



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Conjones
Sive Meditat.

Th. Par. 270.
Hom.

plom. 920^m



CONCIONES
SIVE
MEDITATIONES
R.P.
PETRI COTONI
E Societate Iesv
De præcipuis fidei Myſterijs,
ET QUATVOR NOVISSIMIS
Itemq;
De Vita et paſſione D.N.
IESV CHRISTI.
Nunc primum è gallico ſermone
in latinum traducta.

COLONÆ AGRIPPINÆ
APVD IOANNEM KINCKIVM
Sub Monocerote A° MDCXVII

Sum. Soc. Iesv. Mon. ec. Reg. Mag. Speciali.

R. P. P E T R I
C O T O N I
E Societate Iesu
Regi Christianissimo à Sacris
C O N C I O N E S

Sive
M E D I T A T I O N E S
De praeipuis fidei Myſteryjs,

Itemque
D E Q V A T V O R H O M I N I S N O .
V I S S I M I S


Nunc primum latinè è Gallico edita studio Matthiae
Martinetz.

Accedunt meditationes de Vita, & Paſſione D. N. I E S V
C H R I S T I, Regina Galliarum iuſſu con-
cinnatae.



COLONIAE AGRIPPINAE
Excudebat Petrus à Brachel.

Anno M. DC. XVII.



BENIGNO LECTORI

Autor.



VIGINTI & amplius
anni sunt, amice Lector,
ex quo assidue amicorum
petitioni sum refragatus,
urgentium videlicet me,
ut, quas Dei beneficio ali-
quando publicè habui conciones, praelo com-
mitterem, publicique iuris facerem. Sed, ut
dixi, obstiti, idque varias ob rationes, &
quidem exquisitas. Prima, ea ipsa est, quā
pari in occasione quidam etatis nostræ vir
magnus, apud amicorū quēpiā, opera eius
nimio opere depradicantē amicē reddebat:
Nō is, inquit, sum, quem fingit amor tibi plu-
rimus, aut quem

Nescio quis vulgi rumor & aura facit.

Secundò, numquā eā fui sententiā, ut cre-
dam, in charta ad oculum & nativè expri-
mi conceptus posse, quorum omnis decor &
splendor ab actione & voce dicentis depē-
det. Tertiò, multa sunt quæ dicta placeant,
scripta verò displiceant. Quarto, elegans
& concinnus stylus iudicio, ut optima e-
locutio, memoria ascribēda: quæ simul duo
rarò concurrunt, quòd illud à sicco, hæc ab

P R A E F A T I O.

burrido predominante proficiscatur. Elocutio libera est, & quò lubuerit, fertur; scriptio e contra coacta & limitibus certis continenda. Adhac, in concionando, quem voci suæ Concionator dat, accentus, interdum figura locum occupat; qui dum variatur, benignè grateque transitiones influunt non animaduersæ, quod scribendo fieri non ita commode potest. Præterea similiter cadentia & conduplications, verborum accedente emphasi, gratæ auribus accidunt, quæ scripta nauseam & stomachum mouent. Periodum uno pronuntiatam spiritu Epitheta adiunctaque non reddent obscurâ, quæ charta commissæ aut obscura, aut tædiosa fuerit. Denique non eo vulgò loquimur modo, quo scribimus; nec eo quo loquimur, scribimus. Hac inquam obstabant, quo minus calami arriperem, hæc manum à scribendo deterrebant; donec precibus illorū cedens & coactus, qui mihi simul imperare possunt, eam inuenire & sequi rationem conatus sum, quæ & actionis defectum vocisque energiâ suppleret, & conceptus rei que substantiam etiam distinctius puriusque exprimeret: eum nimirum ordinem seruando, quæ in ijs quas de vita & morte, Redemptoris iam olim edidi Meditationes, tenueram, totam

in pur

P R A E F A T I O.

In Puncta, Fructus & Colloquia concionem distinguendo. Puncta exordium simul & narrationem continent; Fructus confirmationem & amplificationem; Colloquium conclusionem, quam Perorationem vulgò nuncupant. Hinc porro & alius non contemnendus fructus sequitur, nempe, difficillimas quasque materias hoc pacto intellectu faciles reddi, utpote in sectiones, membra, paragraphos distinctas. Ut è Concionibus aut Meditationibus de SS. Trinitate, Incarnatione, Eucharistia, peccato, Indulgentijs, alijsque ad oculum videre poteris, quas intelligere commodè non posses, nisi sæpius relectas & repetitas, & non comprehendere, verbis licet plurimis expositas. In materijs autem magis obuijs, & intellectu facilioribus sum diductior: maiori rerum varietate eas conuestiendo, quam scribendi rationem, si modò tibi placuerit, in posterum in alijs seruabo, idque iuuante & concedente eo, propter quem & cuius unius ad gloriam loquor, scribo, meditor, vivere denique ac mori desidero.

Regi sæculorum immortalì, & inuisibili, soli
DEO honor & gloria.

APPROBATIO.

HAs Conciones Reuerendi
Patris Petri Cotonis è So-
cietate Iesu de mandato admo-
dum Reuerendi & Eximij Patris
F. Cosmæ Morelles Apostolicæ
sedis inquisitoris per tractû Rhe-
nanum, & annexas diocæses, à
me visas lectasq; cum adeo nihil
contineant bonis moribus aut fi-
dei Catholicæ repugnans, & cum
Theologicis quandoque rationi-
bus, etiam documentis plane va-
lidis astruant, dignas prælo ac
luce censeo; quod testor hac 20.
Augusti 1617.

*Fr. Rodolphus Clutius Ordinis Præ-
dicator. Conuentus Colon. SS.
Theologia Baccalaureus.*

Index

INDEX CONCIONVM

SIVE MEDITATIONVM DE

præcipuis fidei myſterijs.

Concio ſive Meditatio prima.

*De Sanctiſſima Trinitati myſterio. fol. 1. eius fru-
ctus.* 3

Meditatio II.

*De myſterio Incarnationis; quod eo ipſo momento,
quo Angeli verbis Virgo aſſenſum dedit pera-
ctum.* 13

Meditatio III.

*De mirabilibus ſanctiſſimi Sacramenti & ſacrificij
Euchariftici.* 24

Meditatio IV.

De excellentijs glorioſæ Matris Dei. 42

*Aſpirationes ad Matrem Dei in congratulationis &
ſalutationis modum concinnatæ.* 53

Aſpirationes ad modum orationis & ſupplicationis. 56

Meditatio V.

De Angelis in genere. 60

Meditatio VI.

De Angelis Cuſtodibus ſingillatim. 79

Meditatio VII.

De Interceſſione Sanctorum. 93

Meditatio VIII.

De bonorum operum merito. 109

Meditatio IX.

De bonorum operum premio ijs à Deo dando. 121

Meditatio X.

De beneficio æternæ prædeſtinationis. 130

*Quatuor puncta debent examinari plenam materia
huius maxime neceſſaria intelligentiam dabunt.*

Meditatio XI.

De ſine ob quem conditus Homo. 153

Concio-

INDEX CONCIONVM.

Concio siue Meditatio XII.

Considerationes de degeneri innaturaliq; peccati natura. 161

E quibus ostenditur per ipsum solum creaturam ratione donatam sine suo vltimo priuari.

Meditatio XIII.

De Indulgentiarum beneficio. 178

Meditatio XIV.

De amore Dei. 196

Meditatio XV.

De Oratione siue familiari Anima cum Deo conuersatione. 246

Exemplum Meditationis quando super verba instituitur. Pater noster qui es in coelis. 304

Exemplum Meditationis per sententias. Sanctificetur nomen tuum. 308

Exemplum meditationis per mysteria. 309

Meditatio XVI.

De morte. 314

Meditatio XVII.

De Iudicio particulari. 337

Meditatio XVIII.

De Purgatorio. 389

Meditatio XIX.

De Iudicio Vniuersali. 424

Meditatio XX.

De Inferno eiusq; pœnis. 493

Meditatio XXI.

De gloria celesti. 535

—) : (—
f

R. P.



R. P. PETRI
C O T T O N I S
è Societate Iesu
C O N C I O

Sive
MEDITATIO I.
DE SANCTISSIMAE TRINITA-
tis mysterio.

PUNCTVM I.



N Deo vnica dumtaxat est essen-
tia, natura & substantia; emanatio-
nes duæ: quarum altera per intelle-
ctum, per voluntatem altera fit;
personæ tres, Pater, Filius, ac Spiri-
tus sanctus; relationes quatuor, paternitas, filia-
tio, spiratio tum actiua, tum passiua.

II.

Patris, vtpote qui agens est perfectissimum,
beatitudo sita in contemplatione eius obiecti, quo
nullum est aut esse potest excellentius, propriæ
inquam essentia. Verbum, quod eam illi repræ-
sentat, perfectè id facere non posset, nisi eam in se
contineret, & esset quidam alter ipse. Patris erga
Filium, & Filij vicissim erga Patrem amor in na-
turæ identitate fundatus infinitam vnus cum al-
tero communicationem, per voluntatem, secu-
dum omnia; dicit & importat; itaq; cõmuni illo-
rum essentia nihil omnino addit, ac existit & sub-
sistit cum relatione ad duas personas, à quibus, ve-
lut ab vno principio, procedit.

III. Deus

Deus ipsum est esse, actus purus, & quidquid esse potest, & proinde vnus, solus & infinitus. Ex hac autem vnitatem & infinitatem sequitur, illum simplicem esse, omnis compositionis expertem; è simplicitate, immutabilem; ex immutabilitate, æternum, quin ipsammet æternitatem. Sicuti, ex eo quod esse sit, & ipsa perfectio, sequitur, ipsa excellentiæ attributa illi dari solita, non modò eminenter, verum etiam formaliter, & iuxta totalem significationis suæ latitudinem illi conuenire, quando scilicet nullam imperfectionem dicunt vel denotant; qualia sunt bonitas, iustitia, sanctitas, sapiëntia, potentia, ac similia.

IV.

Sicuti fieri nequit, quin se semper & inuariabiliter Pater cognoscat, ita semper & inuariabiliter Verbum, per quod seipse cognoscit, generat. Atque vt fieri non potest, quin Pater Verbum hoc amet (quod nempe virtutem eius generatiuam exhaurit, eò quod omnem eius substantiam cum intellectu suo, quod Verbi huius principiū est, identificatam importet;) ita quoque fieri non potest, quin idem Verbum, quod ob repræsentatiuam suam emanationem Filius dicitur, infinito quodam amore, Patrem, à quo procedit, & esse suum accipit, diligat. Et quoniam reciprocus hic Amor, non nisi ipsa effusio, & totalis inter vtrumque communicatio est, per voluntatem cum essentia ipsorum identificatam, vti antè de intellectu diximus; hinc sequitur, ipsum productiuam & Patris & Filij virtutem semper & per omnia elicere, terminare & importare. Aded vt sicut Deus in iis quæ

EXTRA

DE SS. TRINITATE

9

extra se agit planè liber est, & indiuisim, & in cō-
muni tribus personis omnia attribuantur; ita e-
contra beata quadam ratione, necessitetur in eo
quod intra ipsum est & terminatur, & emanatio-
nes ipsæ constituent relationes suas realiter di-
stinctas. Adhæc, quod personæ vnum quid cum
essentia sint, hinc fit nullum inter ipsas discrimen
esse ad differentiam, etsi realiter vna ab altera di-
stinguatur. Adeo vt Deus fit Trinus, non Triplex
in ipso enim dicimus, Vnus, duos, tres, sed non Duo
& tria; Alius & alius, sed non Aliud & aliud; Tres
subsistentiæ, & non Tres substantiæ.

Meditationis huius fructus

I.

SICUT fides in genere inter incredulitatem
& credulitatem, media est spes inter præsum-
ptionem & desperationem, iustitia inter violen-
tiam & indulgentiam, prudentia inter frau-
dem & stultitiam, fortitudo inter temeritatem &
timiditatem, temperantia inter luxum & stupidi-
tatem, liberalitas inter auariciam & prodigalita-
tem, humilitas inter superbiam & pusillanimita-
tem: ita quæ de Deo credenda nobis sunt, duo quo-
que vitiosa extrema habent, errorem scilicet Iu-
dzorum, & Gentium. Illi vnum ita sibi Deum sin-
gunt, itaq; essentiâ singularem, vt & singularem,
quoad personas, constituent: hæ verò quamdam
deorum comminiscuntur farraginem, non essen-
tia modò, sed & sexu distinctorum, quasi & cor-
pori forent, & materiâ constantes. Fides Chri-
stiana medium occupans, adorandam docet De-
um, vnum essentiâ, & personis trinum.

A A

II. Etsi

Et si potissimam eorum quæ diuinitatem concernunt partem nec penetrare, nec demonstrare valeamus (Deus enim, si à nobis comprehendi posset, ut aiebat Epictetus, desineret esse Deus; aut nos, ipsum si comprehenderemus, dii essemus:) singulari tamen prouidentia quædam reliquit nobis indicia & demonstrationes, naturalem tamen discursum non excedentes, quarum adminiculo, etiam grauissimo in errore versantibus, ostendiqueat vnum esse Deum in essentia, & trinum in personis.

Porro ipsum esse cœli terræq; docet consideratio; alioquin enim mundus, machina inquam illa artificiosissima, aut seipso stetit & esse cœpit, aut ab alio, qui omnipotens sit, est conditus. Primum dici nequit; pugnat siquidem dicere quid esse, & non esse: atqui mundus esset, si suiipsius esset causa efficiens, & non esset, si suiipsius esset effectus. Ut quid enim quis producat, sit necesse est: ut producat & fiat, non sit oportet, quæ consistere planè inter se nequeunt. Sequitur ergo, suum mundo architectum & exterius principium fuisse; quod sanè non aliud quàm Deus ipse, quem solum & vnum esse, hac quæ sequitur demonstratione discimus:

Deus nequit esse Deus, quin & ipsa sit perfectio; at si multi sint Dij, vnus ab altero differet, & proinde primi perfectione carebit secundus, & secundus primus, atque ita de ceteris: ergo vel horum nullus Deus est, (idque infinitæ aliorum perfectionis defectu) vel nonnisi vnus supè Deus.

Ceter

Ceterum Trinitatem aliquatenus Mercurius Trismegistus, Plato, & Aristoteles hoc quod sequitur argumento cognouere: Non est Deus, nisi ipsa sit bonitas, ac proinde totus diffusius & sui-ipsius communicatiuus, atqui communicare se potest non modò potentia sua rebus sibi externis, verum etiam per intellectum & voluntatem, extra se non egrediendo: ergo id ipsum fecisse credendum, & se communicando quamdam personarum, quæ in essentia identificatæ sunt, productionem haberi.

Secundò, oportet omni Deum carere imperfectione, quales sunt: otiositas, desidia, & nihil agentia. Vnde sequitur, ipsum nò modò actum purum esse, sed semper in actione versari. Si verò omnis actio suam sortiatur denominationem, excellentiam, & specificationem ab obiecto ad quod refertur; Dei sanè actionem ad obiectum omnium nobilissimum referri, & omnium excellentissimum terminum producere oportet. Nullum porro est obiectum ipsa Dei essentia excellentius: perpetuò ergo sui-ipsius contemplatione Deus occupatur, etsi ob esse sui simplicitatem, contemplans, contemplatio, & obiectum contemplatum, intellectus, intellectio, & res intellecta idem penitus sint.

Adhuc, quoniam hæc cognitio & perfectissima est, & continua, perpetua, æterna; necesse est Verbum intellectuale, quod producit, & per quod ipsa formatur, & in quo terminatur, à nostris longè diuersum esse, quæ accidentaria sunt, & substantias nonnisi per accidentia sua repræsentant: & non modò substantiale sit oportet, verum etiam totaliter & sine exceptione vlla eam ipsam continere

ineat essentiam, quam insinuare debet illi, à quo procedit: ut distinguatur quidem à suo principio, in quantum procedit; nulla tamen ratione ab eo differat, quod eandem cum ipso essentiam, substantiam & naturam habeat; & tam dicta relatio, quam hypostasis quâ subsistit, nulla ratione à dicta eius essentia differant, imo nec distinguantur.

Rursus, si omnis amicitia nostra similitudine & beneficijs naturaliter nitatur, ecquæ haberi cogitarique maior similitudo potest, quàm ipsa identitas? ecquod eminentius beneficium ac donum, quàm essentialis diuinitatis communicatio? Certum est ergo, amorem hic tam magnum & perfectum reperiri, quàm ipsum est beneficium, & ipsa naturæ identitas: à Patre filium diligi, quem velut alterum se intuetur, & à Filio vicissim Patrem, à quo procedit, & accipit quidquid habet, idque non amore limitato & finito, quasi se inuicem diligere homines solent, sed infinito, pro essentia illorum amplitudine.

Porro, si amare & bonum velle idem omnino sint, ecquod asserre bonum filio Patris amor potest, cui iam omne suum esse per intellectum dedit? quod etiam addere Patri bonum Filius, à quo totum quod possidet, sine vlla exceptione accepit? Ecquid igitur huic amori fiet qui nihil minus, quàm ipsa communicatio, & totalis essentia Patris in Filium, & Filij vicissim in Patrem, per voluntatem effusio? Ecquid huic dono, huic vinculo, nexui, amori, & mirabili huic communicationi, quæ nihil sanè minus quàm

quàm Deus ipse? an in nihilum evanescet? eritne inutilis ac frustra? nequaquam: sed existit, sed subsistit, imo pari semper cum Verbi generatione procedit passu, tertiam in diuinitate constituens personam, quæ duarum sit nexus, & amor, essentialis duarum communicatio ab ipsis, velut à principio, procedens, & tertium quemdam **ALTERVM SE** constituens. Atque hoc exprimere voluit è veteribus quidam dicens: *Monas genuit Monadem, & in se reflexa spirauit & mouem.*

Mercurius Trismegist.

I. II.

E tertio puncto discam, quàm pura & ab omni commode proprio aliena Dei mei sit charitas. Licet enim purus sit actus, id est, quidquid esse potest, nihil vt eius magnitudini, felicitati, beatitudini addi queat; nostra tamen obsequia gratæ rataque habet, nostris delectatur laudationibus, actiones remuneratur, intentiones approbat, nihil denique eius nomine dicimus, cogitamus, aut agimus, aut patimur, imo ne haustum frigidæ porrigimus, quin in librum vitæ referat, amplissimâ mercede compensandum; quasi aliquod illi inde emolumentum accederet. Firmiter hic igitur mecum proponam, vitam eius obsequiò dedicare, illi seruire eo quòd mereatur, spiritumque illum mercenarium ac stipendiarium exuere, & omnes finuosos amoris proprii flexus & reflexus ab exercitijs meis spiritualibus excludere.

Matth. 10. 41.

A. 4

IV. Ab

IV.

Ab eodem principio disco, quando Verbum humanam naturam assumpsit, in sola humanitate assumpta exaltationem factam; cum Verbum in se & in eminentia sua æterna omnes, quæ deinde in eius humanitate reluxerunt, perfectiones contineret.

V.

Purissima simplicitas eius docet, nullam in Deo, vel esse, vel essentia, vel naturæ, vel suppositi, vel substantiæ, vel accidentium, vel totius, vel partium compositionem mixtionemue reperiri, & ipsum esse Q V I E S T, uti olim Mosi ait,

VI.

Immutabilitas eius clamat, quando condito homine operis ipsius bonitatem laudauit, post verò ipsum poenituit quòd hominem econdidisset; quando peccatorem abominatur, poenitentem verò in gratiam admittit; quando legem condit, eam deinde aut abrogat, aut in aliam mutat; quidquid in hisce similibusque mutationis est, extra ipsum esse: quòd in eminentia & simplicitate sui esse, quidquid essentia & perfectionis in affectuum, habituum, & actionum nostrarum formalitate, varietate & multitudine est, ipse comprehendat. Et quemadmodum Salomone in folio confidente, à sinistra ad dextram, & à dextra ad sinistram ita transiri poterat, ipsum ut loco moueri minimè opus esset: ita quoque, præsupposito Dei dextram eius amorem esse, & odium sinistram; virtutis studiosus, si in vitium deflectat à dextro ad sinistrum latus; peccator verò, si virtutem sectari incipiat, à sinistro ad dextrum concedet. Omnis porro

Exod. 3,
10.42.

DE SS. TRINITATE.

porro hæc mutatio in solo homine est, Deo stabili
semper & immutabili permanente.

VII.

Ex eius æternitate, quæ est punctum sibi planè
præsens, discō, quòd quemadmodum humana me-
moria nullum in præterita influxum habet, neu
scientia experientiæ in præsentia; ita nec præ-
scientia in Deo in futura, adeo ut quando quid
prædicat, non ipsum sit ideo, quòd prædixit; sed
prædixit eò quòd sit, vel futurum sit; & de eo velut
de præterito loquitur. Hinc cum appoluerit mihi
ignem & aquam, vitam & mortem, bonum & ma-
lum, tam mihi liberum est manum ad quod volue-
ro extendere, quàm si hoc ipse nesciret. Et licet
quod scit, contingat, non tamen contingit, uti di-
ximus, quòd Deus norit, at quia eò ipse inclino. Et
sicut, dum quid præteritum est, & liberè factum,
infallibiliter loqui possumus, ac dicere, id non ne-
cessariò & coactè, sed liberè & infallibiliter fa-
ctum esse; ita quoque à nostro libero arbitrio de-
pendentia, quæ Deus scit & prævidet, infallibili-
ter quidem contingent, non verò necessariò: cum
liberis namque agit liberè, cum contingentibus
accidentariè, cum necessarijs necessariè; res in esse
suo quod ijs dedit relinquens & conseruans. Ope-
ra enim eius sine poenitentia sunt, hominesque ad
supremum finem suum, quantum in se est, gratiâ
suâ potenter ac fortiter, & pro eorum natura, sua-
uiter conducit.

Eccli. 15.

17.

Rom. 11.

29.

Colloquium.

IN nihilitatis meæ abyssò humiliatus, & infra
omnes creaturas tuas prostratus, te magne Deus

A 5

supre-

ſupreme & ſumme Monarcha, Pater, Fili, & Spiritus ſancte, adoro, non ſemel, ſed infinities, & toties quot intellectus aliquis angelicus in æternitate tua cogitare momenta poſſet. Hanc ob cauſam, collectis omnibus animæ meæ viribus, omnes omnino creaturas, quæ ymquam fuere, ſunt & erunt, aduoco auxiliatrices, & diuinæ maiestati tuæ illarum eſſe ac meum, quin & omne eſſe poſſibile rerum quæ numquam erunt, ſed quas ipſe producere poſſes, in infinitæ potentie tuæ, quæ nullam circumferentiam habet, extensione comprehenſas offero. Quod quoniam angeli, & animæ beatæ, qui te facie ad faciem vident, ratione quadam excellenti & perfectæ præſtant; denuo te in nihili mei centro immerſus, cum angelis, Archangelis, Principatibus, Poſſeſtatibus, Virtutibus, Dominationibus, Thronis, Cherubinis & Seraphinis, & præſertim cum ſeptem illis principibus intelligentijs quæ immenſæ magnitudinis & maiestatis tuæ thronum circumſtant, adoro; cui & omnium ſpirituum malignorum, omniumque animarum damnatarum eſſe actioneſque ſupplex ſubiſcio, tibi offerēs quidquid in ipſis naturam redolet; loco verò eius quod ipſis proprium eſt, culpe, inquam, peccati & bläſphemiarum, totidem tibi gratias ago, totiesque te benedico. Quoniam verò nulla pura creatura cum ſanctiſſima matre tua comparari poteſt, te ſupplex oro, Verbum, qui ſuâ Patri eſſentiâ inſinuas, vt adorationes, vota & affectus illi meos, vnâ cum eius precibus, in quantum adoptiua Patris filia, naturalis filij mater, & electa atq; legitimâ Spiritus ſancti ſponſa eſt, offerre & repræſentare digneris.

Et

Et si illa præ ceteris, & super omnia te digna sint, quid de animæ tuæ sanctissimæ affectibus dicendum, iam inde à primo creationis eius articulo, ad vltimum vsque, quo à corpore in arbore crucis auulsa est, momentum quid de ijs etiam quos continuò in cœlis exercet? Cum tam diuinis igitur te socijs adoro, inq; oceani huius profundo immersus, coram te me supplex prosterno. In hac me, Domine, vnione & societate suscipe ac respice, & incomparabilis huius holocausti flammâ expurgatum admitte. Offero tibi istam ipsam beatitudinē, quam ratione verbi in te contines. Memento, obsecro, quas ex ipso hauris delicias, & ipsum vicissim ē te, idq; Spiritus sancti, qui vestrum duorum mutuus est Amor, operā. Tibi teipsum repræsentō, & essentia tuæ vnitati, personarum vestrarum Trinitatem, & personarum trinitati essentia tuæ vnitatem offero.

Beatum me, imò beatissimum dixero, quòd te ipso Domine beatus sis, nihil aliunde mutuando, quòd omnia à te dependēant, ipse à nullo; & quāvis filius tuus esse suum à te, ò Pater amantissime, accipiat, hoc tamen sine vlla sit inferioritate, posterioritate, aut dependentia. Et quamuis Amor tuus ab vtroq; vestrum, velut ab vna solaq; voluntate, eodemq; principio, & inseparabili origine procedat, id non eo fiat modo, quo opus ab auctore, pars à toto, forma à materia, accidens à substantia, denique vt effectus à causa deriuatur; sed quo riuus à fonte, qui quantum & quatenus hic effundit, fluit, & eandem aquam eundemq; liquorem deuehit: in omnibus & per omnia vtriq; vestrum cœternus, coessentialis & consubstantialis.

Quan-

CONCIO I.

Quantum porro tibi debeo, quod ipse velut benignissimus optimusque vnus solùm non minorem quàm omnium simul curam geras; & vt omnipotens, omnes ita gubernes, ac si vnus dumtaxat gubernandus foret. Hem? quantis tibi sum nominibus obstrictus, quòd adeò absolute perfectus sis, nullam vt gloriæ diminutionem tibi damnatorum maledictiones, nec augmentum vllum omnes prædestinatorum laudes afferre queant? Quin & tibi cum primis congaudeo, Deus meus, quòd ambo, velint nolint, honori tuo, illi velut iustitiæ, hi velut misericordiæ tuæ clientes, obsecuturi sint.

Quoniam verò cœlum terramque imples, & in omniũ creaturarũ essentia præsens ades, te in singulis adoro, & singulas in te agnosco. Reueor si quidem te in esse elemētorum, in corporum compositione, in forma vegetatiua herbarum, in sensitiua animalium, in rationabili hominum, in simplici deniq; Angelorum intelligentia. Si quid deinceps anem & complectar, in te id & propter te fieri velim, itaque intelligo. Præter te enim, & extra te nihil penitus cupio, si tu & ego dumtaxat in mundo ageremus, aliudné amare præter te possem? aliudné cogitarem, aliudné placere rei conarer? Cùm igitur adeò in me benignus, bonusq; extiteris, adeoque liberalis, vt merum in vsum & obsequium tot tantaq; alia creaueris, ideòne minùs te diligam, ideòne minori inferiorique cultu prosequar? Obsta Deus meus, & numquam hoc permiseris.

Tu solus es, & tecum solùm mihi agendum; vbi tibi placuero, omnibus placuero & satis fecero,
Nullum

DE INCARNATIONE VERBI. 13

Nullum alium dominum, neu plures Deos, quos colā, agnosco; in quo si deliquero, nulla est in orbe manus, nulla potentia, quæ me de tua possit manu eruere. Ad eò ut vel viuentibus vel morientibus nobis tibi reddenda sit ratio, tecum agendum, & ad te res nostræ referendæ. Ita esto in æternum, tuq; solus in sempiterna sæculorum immortalitate sis, viuas & regnes, Amen.

MEDITATIO II.

DE MYSTERIO INCARNATIONIS;
quod eo ipso momento, quo Angeli verbis Virgo assensum dedit per-
actam.

PVNCTVM I.



MOX ut intemerata Virgo in Angeli verba assensit, Spiritus sanctus è purissimæ eius substantia produxit & formauit corpus, quod nunquam embryo & informe fuit, sed statim perfectissimum; non expectatis quadraginta illis diebus, qui ad masculi in utero formationem, & successiuam trium vitarum naturalium, vegetatiuæ scilicet, sensitiuæ, & rationalis productionem ex naturæ ordine requiruntur.

II.

Eodem quoque instanti animam rationalem creauit Deus, quam corpori illi mox vniuit, duoq; hæc iunctim filio suo vnigenito applicuit. Tres ergo substantiæ maximè inter se differentes, diuinæ scilicet, Verbi spiritualis animæ, & materialis corporis,

poris, non nisi vnicam hypostasim & subsistentiam, Deo hominem induente, & homine Deum, habuerunt.

III.

Hæc autem anima, omnium animarum præstantissima, eo ipso momento tam fuit beata essentialiter, quam est hodie: quod à primo creationis suæ momento, essentiali Verbi, cui personaliter iuncta erat, visione gauderet, & proinde propter esse adeò nobile & diuinum, eximie & singulares in illam gratiæ effusæ sunt, quæ ad septem repocari capita queunt.

Primo, interiorum eius penetralibus tam perfecta sanctitas, totque virtutibus stipata fuit indita, vt eo ipso momento sanctus sanctorum fuerit, in quo scilicet & Spiritus sanctus habitaret, & super quem diuinitatis eius plenitudo requiesceret.

Secundo, voluntas eius humana tripliciter è principio reddita impeccabilis, 1. quòd diuina regeret humanam. 2. Propter visionem beatificam, in qua gloriæ lumen animam determinat, eamque nunquam ab obiecto suo recedere necessitat. 3. Propter gratiam capitalem illi datam, vti qui vtriusque naturæ, angelicæ & humanæ scilicet, caput esset constitutus; de cuius plenitudine iam hauserant Angeli, quando in principatibus suis fuere confirmati; & hausturi erant omnes deinceps futuri Patres, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines omnes denique iusti, à primo ad vltimum vsque.

Tertio, intellectus illius thesauris scientiæ & sapientiæ.

DE INCARNATIONE VERBI

sapientiz Patris repletus fuit, nec quidem eorum parte aliqua, sed integris; adeò vt ab eo tum tempore plenam rerum creatarum, præteritarum, præsentium ac futurarum omnium notitiam habuerit; nec non magna ex parte earum quæ esse possent, numquam tamen futura sunt.

Quartò, data illi miracula patrandi potestas, eaq; non aliter limitata, quàm sola simplicis voluntatis applicatione, vt absolutum in omnem naturam haberet imperium, & consequenter de legibus eius disponendi ac dispensandi potestatem.

Quintò, imperium hoc se ad animas extendit, vt de ijs prout visum fuerit, disponere, gratiam ijs concedere, peccata ignoscere, corda corrigere & immutare, ad hunc effectum Sacramenta instituere, sacrificia constituere, Ecclesiam fundare, talesque illi Pastores, leges & mandata imponere possit, prout illi expedire iudicaret.

Sextò, promisit illi Pater perpetuum Ecclesie huius non modò militantis in terra, sed etiam triumphantis in cælo principatum, vtpote qui filiorum Dei sit primogenitus, prædestinatorum primus, Pater sæculi, verus Christus, vnctus præconfortibus suis, & cui *spiritum sine mensura*, vti *dan. 2* præcursor eius ait, *Pater dedit*. Nec in ipsum solum hæc collata, sed & in alios, quatenus & cui voluerit, eadem distribuendi potestas data.

Denique decretum, vt per ipsum paradisi obsecrati ianua referaretur, eiusq; anima prima foret, quæ Dei videret essentiam, viuorum ac mortuorum denique, id est, omnis creaturæ, quin & Angelorum, iudex esset.

IV. De

Ret. 6.

Domini huius corpus à primo formationis instanti impassibile & immortale duas ob rationes fuit; primò, quòd ab Adami massæ communi generationis ordine non descenderet (nam non nisi peccatum, quòd illi personale, nobis autem originale, mortem in mundum inuexit.) Secundo, quòd anima eius, cum beata esset, & proinde gloriosa, quatuor illas qualitates, quas modò in coelo habet, claritatē scilicet, impassibilitatem, subtilitatem, & agilitatem, corpori suo communicare debebat. Dominus tamen, quæ eius benignitas, nouum hoc miraculum nostri compendio, sui verò dispendio, facere hic voluit, ac iurē suo cedere, quòd sua humanitas pro peccatis nostris, hostiæ ac victimæ instar, pati & occumbere posset.

FRUCTVS. I.

HINC primò disco, quòd quemadmodum in sanctissimæ Trinitatis mysterio tres adorantur personæ in vna substantia, in ipso Incarnationis e contra tres credantur substantiæ, in vna persona. In mysterio Trinitatis dicimus Tres & non tria, vnum & non vnus, alia & alia persona, non aliud & aliud; tem, personas à se inuicem distinguere, non autem differre: At in Incarnationis dicendum est Tria, & non Tres, Vnus, & non vnum. In illo tres sunt personæ realiter à se inuicem distinctæ, nulla tamen ratione differentes: in hoc tres substantiæ totaliter à se mutuo differentes, Verbum, anima & corpus, nequaquam substantiæ distinctæ. Ibi, Alia & alia persona, non Aliud & aliud, hic Aliud & aliud, non Alia & alia persona.

DE INCARNATIONE VERBI 17
fona: ibi denique vna sola substantia & tres hypostases, hic vnica hypostasis & tres substantie.

II.

Secundo, contra Eutychianos disco, nullam fuisse inter tres hasce substantias mixtionem, nullam, contra Nestorianos, hypostaseon combinationem, cum duæ naturæ, diuina & humana, duo intellectus, & duæ voluntates, non nisi vnum constituerent Iesum Christum, quemadmodum omnes è carne & anima rationali constamus.

III.

Tertio obferuo, quemadmodum tota Incarnationis actio (in quantum opus externum) indiuisim tribus sanctissimæ Trinitatis personis communis fuit; & hoc ipsum opus rursus (in quantum actio terminata ad secundam personam) verbo proprium; ita minime dicendum naturam diuinam humanam sibi personam coniunxisse; sed à diuina persona humanam naturam assumptam: ut qui Dei esset filius, hominis fieret. Vnde promanauit illa quam vulgo dicimus, idiomaticam communicationem, quâ sæpè vnius naturarum proprietates vniuersæ personæ attribuuntur, sicut admodum dicimus esse natum, in crucem actum, & mortem subiisse, aliaq; similia, quibus vnius naturæ attributa in aliam, idque propter vnionem, quæ non potest esse arctior, quam per hypostaseos vnitatem, transferimus & adaptamus.

IV.

Quarto, potero posthac rationem reddere, cur actiones & passionες Redemptoris mei infinitæ fuerint meriti, etsi vel solus Incarnationis eius actus existisset, eò quod hypostasis, quæ constituit suppositum, & ad quam actiones illæ ac passionες referun-

referuntur, realiter vnum quid cum diuina natura sit, vti iam antè in meditatione de SS. Trinitate videmus.

V.

Si quando interrogabor, quotnā sint in huius a; deo amabilis œconomie mysteriō vniones; respōdebo tres esse, hypostaticam scilicet, naturæ diuinæ cum humana in subsistentia verbi; beatificatā, animæ Iesu Christi cum diuina essentia; deniq; supremæ gratiæ, quæ voluntatem humanā inseparabiliter diuinæ coniungebat & vniebat. Dicā itē, quadruplicem illum habuisse scientiam, primò diuinam, quæ illi cum Patre & sancto spiritu communis: secundo beatificam, quæ animæ eius gloriā comitabatur, quæq; ab essentiali verbi visione procedit: tertio infusam, quæ illi, velut Prophetarum principi, & vtriusq; naturæ capiti, in plenitudine collata fuit: quarto acquisitam, quæ in ipso singulis momentis, tum per experientiam, tum per nobiles & perfectas intellectus functiones crescebat.

VI.

In hoc mysterio diuina imprimis elucet omnipotentia, quod quæcumque ad virum aut foeminā producendam excogitari concipiūe rationes possunt, in ipso finaliter completa habeantur. Vel enim in mundum nascimur per patris matrisque commixtionem, vel etiam absque illa, vel è viro progignimur sine foeminæ adminiculo, vel è foemina non cooperante viro. Primo modo nascimur omni quotquot sumus, Adam secundo factus est, Eva tertio, Christus Iesus, è Virgine natus, quarto in mundum venit.

VII. Dei

VII.

Dei filius, cum perfecti hominis sibi corpus efformare posset, quæadmodum Adami corpus condidit; vel si matrem habere voluit, cum una costatu eius ad id sufficere potuisset, uti in Eue formatione contigit; tamen in sanctissimæ huius Virginis utero concipi, & infantile sibi corpus efformare maluit; primo ut ipsa verè ita foret mater, quod in alia illa ratione minimè factum esset, (ut nec Adam Eue est pater.) Secundò, ut utrumque sexum ad dignitatem, quæ altior nulla concipi potest, extolleret, virum scilicet ad infinitam filij Dei naturalis excellentiam, foemina vero, ut mater Dei esset, enichendo. Tertio, cum perditio & exitium nostrum à viro simul & muliere coeperint, par itè erat redemptione à viro simul ac muliere incipere; ab illo, velut causa, ab hac, velut occasione; ab illo, velut supremo mediatore; ab hac, ut coadiutrice. Quarto, ut essent ad quos in nostris necessitatibus, velut ad Patrem & matrem, confugeremus. Quintò, ut hoc pacto ceteris se fratribus assimilaret, ipsosque ita ad vehementius ardentiusque se amandum inuicaret. Sextò, ut nos hac ratione humilitatem doceret, videntes infinitam Dei maiestatem paruulum fieri, & eam qui nec coelo nec terrâ comprehenditur, Virginis sinu ac visceribus coarctari. Septimo, ut admirabili patientiæ & mortificationis edito exemplo mundum ingrederetur, dum obscuro & angusto nouè mensis carcere, ceterorum infantium modo, se coarctat, ita inclusus & intolus, ut nec de loco in locum cedere, imò nec pedem, manum mouere posset, non videre, audire, nec sentire, etiam haberet ipse, quo infantes alij carerent, ad semiedum, genedum, & dolendum, perfe-

perfectum rationis vsum, angustias & carceris huius tenebras libentissime perferens, vt æterno nos carcere eriperet, simulque licentiosæ eius petulantia dum per paradysum obambulando, vitam arborem & respexit, & de fructu eius gustauit, viroque comedendum obtulit fructum, iniquam nobis omnibus mortalem, satisfaceret. Octauo, vt sensuum nostrorum leuitates euagationesque lueret, nosque suo exemplo ad illorum mortificationem vitæque licentioris & commodioris refrenationem, in ijs præsertim quæ ad corpus lautè delicateque habendum tendunt, extimularet.

VIII.

Quis comprehendat, quomodo duo affectus ex diametro sibi contrarij in vna conuenerint anima, summum scilicet visionis Dei gaudium, & extrema de visis peccatis nostris tristitia. A primo namque creationis suæ instanti hominum vidit peccata, & enormes, quibus Deum afficerent, iniurias, qua princeps tenebrarum potentia mundo imperaret, ac quantâ animæ copiâ ad inferos præcipientes ruerent, simul & magnum reprobatorum numerum, quæ duo illum incredibiliter afficiebant, Patris scilicet offensa, & fratrum exitium. Quanta porro constantia, quamque ardenti charitate se obtulit, vt duobus hinc malis mederetur?

IX.

Si qua nos afflictio, morbus aut ærumna premit, DEUM oramus, vt miraculo nos aliquo inde eripiat: nec videmus miracula illum patrasse, quod posset pro nobis ipse pati & sustinere: cum enim corpus eius iure meritoque, & ob animæ gloriam immortale & impassibile foret, statutum in gloria corpori suo connaturali ordinem violauit, & miraculo

raculo se reddidit passibilem, mori ut posset, moriendoque suum nobis amorem testaretur, quod sanè miraculum longè maius, quam impedire flammās ne adurant, rubri maris fluctus sistere, solem immobilem reddere, aut efficere, ut illo per horizontem solito splendore micante, nulla lux mundo illucescat. Cuius verò in gratiam hæc mirabilia patrantur, in creaturarum scilicet illum assidue offendentium.

COLLOQVIVM.

Quem mihi præstitisti, honor, filij tui me fratrem constituendo, & quam tecum per illum contraxi consanguinitas, Pater, à quo paternitas omnis in cælo & in terra procedit, animos mihi & fiduciam addunt, ad cogitationes meas sustollendas, & ad usque te vocem meam euehendam, qua te primum adorem, & ex omnibus viribus meis gratias agam; deinde tibi quatuor illas spiritus offeram eminentias, & singulares virtutum actus, quos sanctissima fratris mei, & filij tui, Iesu Christi, anima in productionis sue instanti exercuit; ardentissimi inquam amoris erga te, gratissimæ beneficiorum tuorum agnitiones, profundissimæ coram oculis tuis humiliationis, & inregerrimæ sui ipsius oblationis; optans confestim occasionem dari, quò re ipsa & effectu eam tibi ostenderet: uti ostendit in primis voluntarius ille carcer, & actualis crucis suæ representatio, quam ardentissime complexus est, iam inde efficaci voluntate passionis suæ calicem bibens, & mentis præventionem in futurorum dolorum suorum gurgitem ac baptismum sese immergens. Quam dulciter benedicta illa anima tum colloquia misce-

hæcmodò tecum, qui carissimus & colendissimus
 eius es Pater, qui eam selegeras; modò tecum ò
 Verbum, quod eam tibi coniunxeras, & quodam-
 modo maritaras; modò tecum beatissime Spiritus,
 qui hæc mirabilia in sanctissimæ Virginis sinu o-
 peratus erat.

Ecquod item tutum, sanctissima Trinitas, fuit
 gaudium, quòd promissa tua completa cerneres,
 quòd diffusiux communicationi tuæ satisfecisses,
 quòd denique tam evidens potentia tuæ, charita-
 tis, sapientia, & bonitatis argumentum ac speci-
 men dedisses. Si verò, Pater, filium hunc maiori a-
 more prosequeris, quàm omnes simul Angelos, ho-
 mines & creaturas, ecquod tum, & postea tuum
 fuit gaudium, quòd habuisti, & habebis in semp-
 ternum, eius faciem contemplando? Quæ & quan-
 ta item tua voluptas fuit, ò Verbum æternum, cum
 te hominum causa hominem factum vidisti: quan-
 to, quamq; intimo affectu sanctam humanitatem
 tuam prosecutus es, illam suscipiendo cum num-
 quam eius deponendæ proposito. Dixit olim Ruth
 Boozo: *Expandè pallium tuum super me, quia*
propinquus es: cum, ò Verbum diuinum, vere Booz
 ac robur Patris, tam arcto propinquitatis cum
 hominibus vinculo coniunctus sis, diuinæ prote-
 ctionis tuæ pallium super me expande, me tibi in
 fide & charitate despósa, pacis osculuni ab ore tuo
 mihi impertire, & omnipotentia tuæ dextrâ ita
 me circumstringe, nulla vñ res creata à dilectionis
 tuæ sinu me queat auellere.

Non minor porro tua fuit læticia, beatissime
 Spiritus, cum in operis huius complemento ma-
 ximum amoris argumentum demonstraßes, quo
 dari maior sanè non poterat; vt taceam quòd re-
 perc-

pareris hic florem virgæ de radice Iesse, super quam, secundum prophetias tuas, requiescere, & quam iucundissimè deliciarì debebas? Quantum item sanctissimæ humanitatis fuit gaudium, ubi se ex abyssò nihilitatis, ad supremum esse diuini fastigium ascendisse vidit, adeò vt cum sponsa dicere posset: Inueni quodcumq; optabat anima mea, tenebo, & numquam dimittam.

At quæ tuæ extases & raptus, sanctissima Virgo, ipso Incarnationis instanti fuere, cum per extraordinarium lumen illud, quod tibi tum collatum fuit, quæ in visceribus tuis completa erant mirabilia perfectè agnouisti: quando in te, & ex te Deum factum hominem vidisti, te verò talis filij & filiam & matrem esse cognouisti? Quæ gratiarum actiones, quæ præconia, & iubili corde tuo tum proruperunt? quot quantaque illo momento bona recepisti? Vt enim sol hic visibilis, mox vt conditus, splendore & lumine mundum vniuersum compleuit, eodem illi momento radios, calorem, & influxus suos communicando; ita sol ille, quo mater incomparabilis amicta eras, eo quoq; in compendio viscerum tuorum virginalium mundo productus & formatus est instanti, insolito nouoque te splendore, coelesti feruore, & diuinis infusibus compleuit. Sine Virgo, cui nemo par vnquam, me tecum exultare & collatari, quod ipsa Dei humanitatem induit mater facta, ad supremam hanc sis dignitatem euecta quæ mater eius fieres, cuius ipsa carissima eras filia, & ipse Pater tuus. Quoniam verò eadem ratione & mater & aduocata hominum facta es, nos obsecro, iucundi

huius luminis fac participes, quò te cognoscamus, amemus & colamus, non secus atque illum quem Deus Pater nobis in fratrem dedit; ac ne deinceps à vera illa nobilitate, quæ nos tanti regis, tantæq; reginæ consanguineos ac propinquos constituit, degeneremur.

Quoniam verò beneficia hæc immensa incomparabiliter omnem Angelorum & hominum capacitatem excedunt, quid nobis aliud Pater amantissimè faciendum incumbit, quàm ex totis mentis viribus tibi gratias agere, quòd Patrem & matrem è natura nostra nobis dederis, quorum adminiculo certò tuam nobis gratiam procurare & acquirere liceat. Similiter quoque tibi, Verbum, ex animo gratias agimus, quòd matrem tibi selegeris & inueneris, quæ cum tua facta est, nostra quoque esse coepit, quò per eam facilius nobis ad misericordiae tuæ thronum aditus pateat. Denique & ex toto mentis affectu tibi gratias beatissime Spiritus agimus, quòd nobis in sororem, matrem & aduocatam dederis illam, quæ tua carissima est sponsa. Gloriam tibi proinde, amorem, benedictionem & obsequium reddant creaturæ omnes per infinita sæcula sæculorum. Amen.

MEDITATIO III.

DE MIRABILIBVS SANCTISSIMI
Sacramenti & Sacrificij Eucharistici.

PUNCTVM I.



CHRISTVS Dominus cum nondum plenè ac perfectè ardentissimè & inaudita dilectioni suæ satisfecisset, naturæ humanæ per incomparabile

Incar-

Incarnationis beneficium se dando; insuper ineffabili amore actus, cuique nostrum singillatim fedare, ad nos venire, in nos ingredi, & humanitatis suæ, quam à nobis mutuatus est, nobisq; coniunctæ, admitticulo intimas diuinitatis suæ gratias nobis communicare voluit, certo cum pignore resuscitanda aliquando corpora nostra, quod digna olim fuerint, quæ ipsius corpus realiter acciperent, & illi quodammodo incorporarentur.

I K.

Eandem ob causam, cum satis illi non esset semel se Deo Patri in victimam cruentam, secundum ordinem Aaronicum, in crucis ara, ad delicta nostra luenda, obtulisse, idem voluit sacrificium, secundum ordinem Melchisedec, in cruenta quadam ratione, in hoc Sacramento continuare; ut ita propitiatoriam hostiam, & verum amoris holocaustum semper apud nos haberemus. Quoniam verò impossibile nobis fuisset, aut ipsum accipere, aut offerre, si in propria se figura nobis exhibuisset; industria eum charitas impulit, ut sub obuiò ac communi panis & vini velo signisque nobis se communicaret, quo omnem quem ab illo non velato manducando immolandoque concipere possemus, horrorem apprehensionemque exueremus; tum etiam ut maioris meriti fides nostra foret, & clara & intuitiua diuinæ eius essentia visio, aliquando tandem obscuræ, velatæ, & ænigmaticæ Sacramenti respondeat.

III.

Vt porro duas hæc veritates diuina nobis sapientia persuaderet, voluit Euangelistas singulos, qui quatuor decem suam eius commentatores sunt, quam clarissimis, certissimis, & omni exceptione

maioribus verbis, eas nobis consignare, quod vix in vlllo fidei articulo tam expresse & vniformiter factum animaduertas. S. Ioannes eius rei promissionem cap. VI. prodit, apud quem Saluator hæc inter alia habet: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Verba apertissima & meritedie clariora, quæ ad omnem controuersiam tollendam eluendamque sufficiant. Promissionis porro huius adimpletionem habent Matthæus, Marcus & Lucas de Sacramenti & sacrificij huius

1. Cor. 6.

1. Cor. 11.

1. 23. 24.

25. 26. 27

institutione agentes; item Paulus Corinthijs scribens: *Ego accepi à Domino, quod & tradi- di vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tra- debatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens: Hic calix nouum testa- mentum est in meo sanguine. Hoc facite quoties- cumque biberis, in meam commemorationem. Quo- tiescumque enim manducabitis panem hunc & cali- cem bibitis, mortem Domini annuntiabitis, donec ve- niat. Per verba: Hoc est corpus meum: Sacramentum instituit; dicens verò: Hoc facite: sacrificium con- stituit. Eius enim præcepto obtemperare mini- mè possemus, nisi faciendi eius quod ipse fe- cit, potestatem contulisset. Ipse verò quid aliud fecit, quam corpus suum pro peccatorum remis- sione offerre, non modò in crucis arbore, sed & eo ipso tempore, quo verbis de præsentī ait: *Quod pro vobis traditur; & qui effunditur in remis- sionem peccatorum.* & alibi: *quod frangitur pro vo- bis:* quæ tractio non alibi, quam sub specie Sacra- menti reperitur.*

Cre-

Ceterum sacrificij huius & recipiendi & offe-
 rendi ratio est, passionis eius meminisse, & recon-
 dari, illud idem esse corpus, quod pro nobis tra-
 ditum est, & sanguinem eundem qui nostri causa
 effusus: deinde *mortem eius annuntiare, donec ve-*
niat, vt loquitur Apostolus, ostendens, sacramen-
 tum & sacrificium hoc ad finem vsque saculi in
 Ecclesia Dei administranda, iuxta Danielis vaticini-
 um, iuge illud & continuum appellantis; qui &
 tribus & medio annis ante generale mundi exci-
 dium, illud desiturnum ait. *Atq;* hoc denotant ver-
 ba, *tempus tempora & dimidium temporis*, quæ di-
 lectus Domino discipulis in Apocalypsi exponit,
 & ad quadraginta duos menses reducit,

Dā. 11. 31.

G. 12. v. 17.

C. 7. 25.

Apoc. 11.

12. c. 12. 6.

P R V C T V S I.

Sapientia æterna edificauit sibi domum, ait sa-
 piens, & excidit septem columnas proposuit me-
 sam, & misit vinum. Domus hæc Ecclesia est: co-
 lumnæ septem, totidem Sacramenta: mensa posi-
 ta, ipsum altare: vinum mistum, calix sacer, in quo
 Dominus *frumentum communicat electorum, & vi-*
num generans Virgines, de quibus haud dubie locu-
 tus Isaac primogenito suo dicens: *Frumento &*
vino stabiliui eum, & tibi posthac, Fili mi, ultra quid
faciam.

Prov. 9. 1.

Zach. 9.

17.

Gen. 27.

37.

I I.

Serui Iob erga herum ita afficiebantur, vt dice-
 rent: *Quis det de carnibus eius vt saturemur?*
 Votum hoc in nobis toties completur, quoties fa-
 me quadam spiritali Iesu Christi corpus recipi-
 mus. Hoc est sacrificium carneum pane circum-
 datum, quod Rabbinī ex Deuteronomij capite
 X V I. Messiz tempore futurum consentiunt.

Iob 31. 31.

Hostia

Mal. 1. 11. Hostia & oblatio munda est, quam Malachias in omni loco offerendam etiam inter gentes prædixit. *Isai. 35. 6.* Conuiuium est, quod Isaias præuidit, *pinguium & medullatorum*, rerum scilicet succulentorum, & *vindemia defecata*. Denique verum est manna, & verus agnus Paschalis.

III.

Creatio, Incarnatio, & transsubstantiatio, tria sunt opera primaria, quorum alterum altero pro terminorum consideratione excellentius & dignius. Si enim ad terminum, à quo incipit actio, respectus habeatur, in eo præcellit creatio, quod è nihilo nihil creetur. Quoniam verò distantia inter nihilum & esse, negatiuè infinita est; sequitur causam efficientem infinitæ esse potentia debere ad formam quamdam è nihilo elicendam. Si verò ad terminum in quo actio terminatur, respicias, Incarnatio ceteris præferetur, cum ipsa in Verbi subsistentia terminetur, duas illas in Christo naturas diuinam & humanam, actiuans & sustinens. Si verò ambos actionis terminos simul comprehendas, id est, & eum à quo ipsa procedit, & eum qui producitur; transsubstantiatio feret primas, quod tota panis & vini substantia non annihilatur, sed in realem corporis & sanguinis Iesu Christi substantiam transferatur, idque non accidentaria qualitatis mutatione, ut in alterationibus fit; non quantitatis, ut in augmentationibus; non situs, ut in motu locali; non item transmutatione partiali, ut vxor Loth in statuam salis, æquæ Aegypti in sanguinem, & aqua Canensis in vinum transijt, non sicut calore naturali panis & vinum, quæ corpori nutriendo deseruiunt, in sanguinem, carnem, ossa, musculos, venas, arterias, & cartilagineas

gines mutantur: in quibus mutationibus, siquidem ipsæ accidentariæ dumtaxat sint, substantia eadem perseverat; si substantiales, sola forma mutatur, aliâ succedente ex eadem materia extractâ & sustentatâ, quæ semper eadem sub salis, sanguinis, vini, carnis, & ceterorum formâ manet. Verum hic omnis substantia, id est, forma, ac panis & vini materia, in corpus & sanguinem filij Dei transmutatur; ideoque huiusmodi mutatio, Transsubstantiatio & Transelementatio dici solet; quod accidentia nequaquam tangat, nec panis iam transmutati, quæ per se subsistunt eadem quæ antè erât; nec corporis superuenientis, quæ subiectum suum impassibile, invariabile, & immortale comitantur. Quod autem alium non occupet locum, quàm ipsum substantiæ, quæ per se, quando à quantitate, qualitate, figura, alijsque accidentibus separata est, invisibilis & indivisibilis est: hinc sequitur, filij Dei humanitatem non aliter in Eucharistia contineri, quàm anima rationalis ipsi inest corpori, quod informat, id est, totam in toto, & totâ in qualibet parte totius. Rursus, quod corpus cû sanguine & reciprocè vtrumque simul cum anima, anima & corpus cum Verbo, Verbum in Patre, & Spiritu sancto sit; hinc erûas, in diuino hoc mysterio incomparabilem coeli terræque thesaurum contineri.

IV.

Vt verò melius mysterij huius magnitudo comprehendatur, notanda sunt diligenter duodecim, quæ ipsum concomitantur, mirabilia. Primum est, corpus Domini eadem ibi contineri in se magnitudine, eisdemque dimensionibus, quas ad dexteram Dei Patris habet, quæ tamen loco ipsi con-

mensu-

30 CONCIO III.

mensuræ non sunt, neu hostiæ circumferentiæ
excedunt. Quod non minùs facilè fieri posse fides
docet, quàm quòd idè corpus, sine vlla claustr
virginei læsione, matris suæ vrero, & sepulchrò
obserato prodierit, & quòd post resurrectionem
secundò ad Apostolos ianuis clausis ingressum sit;
quod; coelos ipsos ascendendo penetrarit. Quæ
penetrationes, coexistentiæ, & coëxtensionis lo-
calis, in corporis tum penetrantis, tum eius quod
penetratur, dimensionibus, suspensionem præsup-
ponunt. Notandum porro proprietatem hanc in
Abacuc absolutè supernaturalè fuisse; quando
cum pulcibus in lacum leonum; regis Persarum
signatum sigillo immissus est; verum in Christo
conditioni *comprehensivæ*, itè conditioni corporis
post resurrectionè gloriosi cōaturalè esse, vt quod
coeli instar impassibile, spiritus ad instar subtile,
fluminis ritu agile, & solis in morè splendidū esset.

Notandum quoque tria esse locorum genera,
vnum *circumscriptionis*, qui corporibus communis
& proprius est, quando & pars partì, & totum toti
loci à quo circumcingitur, respondet.

Alterum *definitionis*, qui spiritualibus substan-
tijs quadrat, quæ ita vno sunt in loco, vt eodem
tempore in alio esse nequeant: & quoniam spiritus
quantitatis expers superficie, quæ respondeat su-
perficie loci in quo est, caret, hinc præsentia eius
localis non aliter ibi, quàm per operationes agnos-
citur.

Tertius locus est, *Sacramentalis*, & soli filiis Dei
corpori comenit; nulli alteri: est namque in Eu-
charistia nec circumscriptivè, cum sine dimensio-
num coaptatione ibi existat, nec definitè, cum eo
ipso tempore in cœlo ad Patris confideat dexte-
ram.

ram, & vbicumq; locorum esse voluerit, adfit. Sequitur ergo, tertio illum modo, quem Sacramentalem dicimus, hic esse, totum in toto, & totum in vnaquaque totius parte.

Obseruandum porro hic, humanitatem Christi minimè decere vbius & vbique esse, vt Vbiquiste volunt, cum hoc soli diuinitati proprium sit; nec etiam ad vnicum dumtaxat determinari locum, vt corpora nostra, verum varijs in locis esse, aut saltem posse esse, idque ob præminentiam, quam diuina illi hypostasis communicat.

V.

Secundum mirabile est, accidentia, quæ alio nomine species & symbola nuncupantur, hic seipsis consistere, nullum vt suppositum aut subiectum eadem sustentet, præter quantitatem, quæ per ipsa consistit, nullique materiæ annexa est.

Mirabile similiter dissimile, & ad id quod in sublimi Incarnationis mysterio iam antè floratissimus relatum, in quo duas substantias, spirituales scilicet animæ, & materialem corporis Iesu Christi, non seipsis, sed in alio, in verbi inquam hypostasi, vidimus subsistere. Atqui non minus naturæ substantiarum repugnat non esse per se, & in alio subsistere, quàm accidenti (cuius esse est inesse) per se subsistere, nullumque habere subiectum. Cuius rei tamen experimentum & exemplum mudi architectus iam tum dedit, quando primo mundi die lumen, & quarto demum corpora lucida condidit. Hinc discimus, quemadmodum albedo, sapor, rotunditas, fluiditas, rubedo, aliaq; accidentia, sine naturali fundamento in Eucharistia consistunt, ita claritatem, fulgorem, & lumen, antequam Sol, Luna, & Stellæ condita essent, subsistisse.

VI. Ter-

Tertium, Christi corpus nec crescere, nec decrescere, nec propter omnes consecrationes, alterationes, & consumptiones, quæ speciebus accidunt, aut accidere possunt, mutari, aut aliud fieri. Rei huius primò ratio est, quòd Domini nostræ corpus immortale & impassibile sit. Secundò, quia quamuis nec adesset, uti reuera adest, à legibus mortalitatis nostræ exemptum, tamen ne tunc quidem hic lædi posset, quòd in puncto sit. at in punctum nulla datur actio, nedum passio; est hic igitur, uti substantiæ, quæ per se nullum habent contrarium, indivisibiliter, inuisibiliter, & impassibiliter. Tertio, quòd non maiorem inò multò minorem, cum accidentibus alterationem patientibus coniunctionem Christi corpus habeat, quàm olim cum vestibus, quibus inter mortales agens induebatur, habebat.

Sicut igitur animà nostrà corpore crescente, diminuto, aut immutato non crescit, non minuitur; & sicut creatoris, qui in rebus omnibus est, essentia scilicet, illas replens; præsentia, illas videns; & potentia, in ipsis operans; diuinitas non augetur, mutatur, diminuitur, herbis, frondibus, fructibus; uè aut vere prodeuntibus; aut hieme emorientibus; ita nec corpus Domini consecratione & consumptione hostiarum crescit vel decrescit.

VII.

Quartum, panis viniq; substantiam post consecrationem non amplius hic esse, non tamen euasisse aut esse desisse. Quod ut intelligatur, notandum, in alijs mutationibus substantialibus, primam materiam; & in accidentalibus, quantitatem semper eadem manere, quæ formis aduenientibus

tibus subiecti ac basis sint loco. Et dum Deus olim uxorem Loth in statuam falis, & per Mosis manum fluens Aegypti in sanguinem, & virgam eius in serpentem mutauit; in omnibus hisce mutationibus, nonnisi formarum alterationem, materiâ semper eâdem manente, sub diuersis tamen productionibus vel alterationibus, fuisse. At in hoc mysterio non ita se res habet: nam tota panis substantia, materia & forma, in corporis Christi substantiam per totalem transelementationem, ut eam Græci vocant, transeunt. Et quoniam miræ eximiaque hæc mutatio est termino positiuo, & substantiali in alium fit, hinc nec creatio, nec generatio, nec corruptio est; dicendumque, ut rite debiteque loquamur cum D. Ambrosio, verbum Domini eius esse efficaciz, *ut sint quæ erant*, non quod erant, & *in aliud commutentur*. Et eodem Doctore eodem loco scribente, *de pane fieri carnem Christi*, obseruandum est, præpositionem & particulam *de* quandoque denotare causam efficientem, verbi gratia, dum Christum Dominum *de Spiritu sancto* conceptum dicimus; quandoque materialem, ut dum *De Maria Virgine* natus dicitur; aliàs principium & originem dumtaxat, *Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus, de Deo vero*. Hic verò ad terminum positiuum & transitiuum refertur quem adhibere diuinæ prouidentiz placuit ad carissimi filij sui corpus, loco substantiæ panis, ipsa tñ ut nec corrumpatur, nec euanescat, introducendum & substituendum.

VIII.

Quintum. Sicut in sanctissimæ Trinitatis mysterio eadem & vna substantia in tribus hypostasibus realiter distinctis est: atque ut hominis anima in tot reperitur locis, quot in vniuerso eius corpore sunt

4. De Sacram. c. 4.
& de initiatione. c. 9.

men illuminabat, antequam sol produceretur, atq; vt varius in collo colūbarū, & hyanthinus cœlorum color, & reflexio baculi in aqua non minùs sensus nostros afficiunt, quàm si subiectū aliquod esset, cui hæc accidentia inhærent. Ratio est, quòd accidens sit expressio, vis, & velut ipsū e lixir substantiæ; hinc eodem miraculo, quo seipso in Eucharistia subsistit, etiam naturalem substantiæ virtutem ac proprietatem retinet.

XIII.

Decimum. Etsi vltima corporis Dominici actualitas & perfectio, ipsa scilicet verbi hypostasis & subsistentia sit vbique, ipsū tamen corpus vbique non est; vt quamuis solares radij per vniuersum agtā mundum, Solis tamen corpus non nisi in quarta cœlorum sphaera versatur: & vt brachium non nisi suo est loco, etsi anima à quo informatur, vniuerso sit corpore diffusa; atq; vt Iesu Christi anima cum corpore non erat spatio illo inter mortem & resurrectionem eius intermedio, etsi cum vtroque horum esset hypostasis. Rei huius ratio est, quod cum Verbi subsistentia idem quid sit cum diuinitate, illi cōueniat vbiuis esse, vt iam ante considerauimus. Et quoniam corpus, quod sustinet, nostris longè sublimius est; connaturaliter illi etiam conuenit esse, non tamen vbique, vt diuinitati & hypostasi; nec vno dumtaxat in loco, vt corporibus nostris, verū esse & esse posse varijs in locis, ad dexteram inquam Patris, in sanctissimo Sacramento, & vbi cumque esse & adesse voluerit.

XIV.

Vndecimum. Eucharistia simul & Sacramentum & Sacrificium est: Sacramentum quidem tam quoad

quoad vsum suum, quàm esse permanens: Sacrifici-
um verò, cum tria hæc concurrunt, consecratio sub
veraque specie facta, eius oblatio, & hostiæ con-
summatio, quæ veteri victimarum immolationi
respondet; vti manna, quod ab Israëlitis comede-
batur, idem prorsus erat cum eo, quod in vna as-
servabatur, & deinde in arcam illatum fuit, etsi
hoc illius memoriam dumtaxat refricaret.

Quantum ad sacrificium, Apostoli id offere-
bant; cum *calicem benedictionis* benedicerent, de
quo Apostolus ad Corinthios; & cum *altare habue-
re, de quo comedere potestatem non habent, qui ta-
bernaculo deserviunt*, vti idem ad Hebræos scribit;
& dum notat D. Lucas, apparuisse Spiritum san-
ctum *ieiunantibus & ministrantibus* discipulis. Du-
plici autem huius institutionis, secundum ordi-
nem Melchisedec, ratio est, quod cum hominibus
Deus per Sacramentum, & vicissim cum diuina
maiestate eius per sacrificium homines agant.

1. Cor. 10.

16.

Hebr. 13.

10.

Act. 13.

XV.

Duodecimum mirabile comprehendit quid-
quid in mundo est & esse potest admirabile. Atq;
hoc necessario è rebus quæ mysterium hoc in-
comparabile comitantur sequitur & eruitur. Nam
vna cum corpore sanguis est, & cum sanguine cor-
pus respectuè: cum utroque anima; cum anima
corpore & sanguine persona verbi, cum persona
verbi ipsa Patris & Spiritus sancti. Vt vbi nostra
est anima, simul ibi forma est vegetatiua, sensiti-
ua, motiua; ibi memoria, intellectus, voluntas, idq;
concomitanter & consequentiâ necessariâ. Item
vbi sol est, ibi & claritas, radius, calor, influxus
habetur. Rationes sunt. Prima, quod Christus non
amplius moriatur, & proinde anima eius corpus,

& sanguis à se mutuo separari nequeunt. Secunda, quod Verbum numquam deponat, quod semel sibi personaliter vniuit. Tertia, quod desinet esse Deus, cum desinet esse homo. Quarta, quod filius sit in Patre, Pater in Filio, ambo in Spiritu sancto, & is vicissim in ipsis, non nisi vnâ simul essentiam, naturam & substantiam cum hypostasis suis identificatam habentes. Dic igitur num quid huic Sacramento in mundo comparari queat?

*Dicite cœlestes habitantia numina sedes,
Dicite quid toto maius in orbe fuit
Mortali misero, rex omnipotentis olympi,
Gestiat vt potus, gestiat esse cibus.*

COLLOQVIUM.

VSquequò Domine adeò benignus & bonus es, ris? vsquequò tantę liberalitatis faciès opera, vt quibus ea contulisti, vix eadem credant? nisi enim adeò effusus & largus fuisses, velut quemdam è nobis te constituendo, numquam Nestoriani Deum bidigitum tridigitumue, bimestrem trimestremue commenti essent. Nisi tua prouidentia in omnia se extenderet, & ad minimas vsque creaturas progredèretur, Epicuræi & Athei numquam primigenios Christianos percunctati essent, num muscarum & pulium curam gereres, num omnem Lybicorum desertorum arenam in numero habere posses, num bufones & ranæ ad tuam cognitionem spectarent, num infantium pulibus præsses, & muscæ & aranæ conflictui interesses spectator? Quibus ineptijs & argutijs diuinitatis tuæ effectum eludere & ridere voluerunt, quæ tamen

men

men occupatur non occupata, nihilque se ipsa indignum, vnico excepto peccato, reperit. An non idem de SS.Eucharistia dici potest? in qua quod per infinitæ charitatis excessum, omnia potentiz, sapientiz & bonitatis tuæ mirabilia colleris, & in illa, velut compendiosa quidam in tabella incomparabilem corporis, sanguinis, humanitatis, ac diuinitatis tuæ thesaurum concluderis, tot calumniis & obiectionibus locus est; petit hic, quare? ille quomodo? disputatur, disceptatur, blasphemiz euomuntur, tot etiam seductores & seducti sunt; qui Iesum Christum in panniculis Sacramenti huius inuolutum adorare, & in altaris præsepio, in sacrificio ipsius æterno, secundum ordinem Meschisedec, agnoscere nolunt. O impietatem humanam, ac diabolicam potius malitiam! æternam tam acriter oppugnare veritatem, & euidentissimos diuinæ bonitatis effectus ad causam ipsam impugnandam conuertere. Ni fuisses princeps ille pacis, & veri Deus amoris; ni *paruulus ille qui datus nobis, & filius qui natus est nobis*; si veteri cum rigore Deus exercituum mansisses, Iehoua ille formidabilis, & Adonai admirabilis, ante quem fulgura, coruscationes, & tonitrua præcedebant, non ita priuatim & familiariter hominibus te communicando, forsitan Domine ita non conuellereris; nec minime laborares (modo labor hoc dicendum, quod scienter facis, ut nec ingratitude nostræ præscientiæ, gratiarum tuarum cursum sistere, nec reproborum præuisio bonorum, quæ prædestinatis imperati decreuisti, influxum copiamque impedire queat.) Verum

Exod. 19.

12.

2. Reg. 6.

7.

1. Reg. 6. 19.

4. Reg. 3.

24.

4. Reg. 4.

10.

tamen multis tibi nominibus ob iniurias quas hoc in Sacramento pateris obstricti hi sunt, cum ipsorum duntaxat causa illas patiaris. An non, Deus bone, vel his saltem & alijs quotquot amabile hoc mysterium blasphematuri erāt, formidabilem, adorabilem, terribilemque te reddere poteras, ut olim sine reuerentia ad montem, è quo per Angelum Mosi loquebaris, accedentibus te exhibuisti? Non poteras, aut etiam hodie posses, verbo factoué discernere, ut qui indignis arcam hanc, cibum hunc, calicem hunc, foederis tui æterni tetigerit modis, uti olim Oza, moreretur, & ut Bethsamitæ & Philisthæi, diuinam ultionem persentisceret? Duodecim vrsi quadraginta discerpserunt pueros, ob puerilem in Prophetam tuum sannum vel ridendo prolatum; alius ignem coelo secundo in duos quinquagenarios cum cohortibus suis euocauit, à quo mox omnes deuorati, nullā aliā tamen illi irrogatā iniuriā, quā *virum Dei* illum appellando. Aequumne iam est igitur, te, Dominum & saluatorem meum, Prophetarum regem & infinitæ maiestatis Deum, hæc contumelias & iniurias, quæ quotidie aduersum te in diuino hoc mysterio euomuntur, pati? Vellem aut mihi deessent aures, ne eas audirem; aut oculi, ne legerem; aut utinam rigorem maiorem præferres. expectare enim ut verbis argumentisque ad sanam mentem reducantur, quomodo eheu! sperari amplius queat? nam eheu! quomodo verbis & rationibus cedēt hominum, qui diuina controuertunt, oppugnant, & mendacij coarguunt?

Video tamen eadem bonitate, quæ in hoc te Sacramentum vocauit, ibidem te retineri, & eadem suadente, illos indemnes à te tolerari. nam in triplici

plici hic es qualitate, quæ à sacerdotio tuo separari nequit, vt victima inquam pro peccatis, hostia pacifica, & holocaustum, in quâ tum holocaustum, pateris; vt hostia, propitiaris & placas; vt victima denique peccatum tollis, non secus ac in cruce (quæ continuò in hoc mysterio repræsentatur) pro blasphemantibus & crucifigentibus Patrem orabas.

Expostulare ergo de iniurijs tibi irrogatis desinam, sed hoc vnum dolebo, quòd tam ardentem te non amem, vt amando consumar & destruar; & quòd tam fidelem tibi obsequium non impendam, vt à te nec in vita, nec in morte separari valeam. Verùm quis mihi, dulcissime Iesu, det alas & pennas ad volandum? quis flammâs sufficientes quibus ardeam & flagrem? scio vbi sit hic ignis, scio vbi flammæ hæc flammeſcant. at quis hoc mihi donec, amantissime Iesu, cœli terræq; decus & amor tu ignis hic es Domine, tu flammæ & incendium, tu assidue igni huic materiâ combustibilem subministras: tu illum accensurus in terram descendisti, illumque ardere summopere desideras. Me igitur te ipso accende, & fac me quasi manu vibras, quoties ad te accedo, & tu ad me in diuino hoc mysterio venis, pectori meo applica. Ad te accedo, & solito sæpius accedere volo, ea lege, vt ita me ardere, flagrare & consumi facias, nihil vt mei amplius in me supersit, præter foedam horridamque præteritæ miseriæ meæ recollectionem, quæ igni huic cineris sit locus, & caritatis tuæ prunas & incendium ita foueat, numquam vt extinguatur.



C S

MEDI-

MEDITATIO IV.

De excellentiis gloriosæ Matris Dei.

MEDITATIO HAEC TOT HABERE

puncta debet quot considerationes; & tot considerationes, quot assertiones, idque ob subiecti sui dignitatem & excellentiam.



Anticissima Virgo Maria, in linea recta, è tribu Iuda & collateralis & transuersa è Leuitica descendebat, vti manifestè in cognata eius Elisabetha, quæ erat de stirpe & cognatione

Aaron videre datur.

2. A bonis quæ dicimus fortunæ, non vsque addè illi prospectum erat, etsi regio stemmate oriundæ.

3. Sine vllò peccato cõcepta fuit, quòd in gratia anima eius creata sit, & eodem instanti corpusculo in Annæ matris eius visceribus formato & organizato infusa.

4. In ipso creationis, sanctificationis & infusionis instati, Deū & cognouit & amauit, & per duas hæc intellectus & volūtatís actiones, successinè se ad maiorem sanctificationem disponebat; per easdem etiam actiones primam promeruit gloriam, at non primam gratiam, sine gratia namque nemo operari potest.

5. Speciali Dei priuilegio rationis illi fuit vsus acceleratus, & ni hæc fuisset acceleratio, tam

Cito

citò Deum & cognoscere & amare non potuisset.

6. Verosimile est, hunc rationis usum, ante tempus ordinarium, in Virgine continuū nō fuisse, ac iuxta gratiæ motus, & singulares spiritus sancti influxus.

7. Per gratiā, non verò naturā, à peccato originali non exempta, sed immunis fuit; filius verò eius Dominus noster, naturā ab eodem exemptus fuit, quod ab Adamo communi generationis ordine minimè descenderet, atque ob tres excellentes quæ in ipso erant vniones, gratiæ inquam capitalis, gloriæ consummatæ, & hypostaticam Verbi.

8. Prima gratia, quæ Deiparam sanctificabat, proprietatum iustitiæ originariæ, in qua, ni prænaricatus esset Adam, concepti fuisset, partem cōtinebat & gratiæ huius effectū vnus est, quod nulla in malum ratione propenderet, amore propriocareret, imò & omni imaginatione, quæ rationem præueniat.

9. A primæ sanctificationis suæ articulo, reddita impeccabilis. quod Deus non modò habituali hac illam gratia, quæ eminentissima illi data est, donasset; verum etiam singulari quadam ratione ipsam conseruaret & præseruaret.

10. Nullam vnquam cogitationem inanem vanamq; habuit, nedum vllam tam voluntariā quā involuntariā, quæ Virginali puritati aduersaretur.

11. Iam inde à primò rationis usu, & vt primum virginittatis decus agnouit, voto suam Deo obtulit.

12. Per votum hoc non stetit, quo minus
verum

verum & legitimum Matrimonium cum Iosepho iniret, utpote cum coelesti reuelatione futurum coniugem, eiusdem & voluntatis & status esse cognouisset.

13. Cum Ioachimo & Annæ singulari Dei dono & velut miraculo data esset, & illius productio vnum è maximis Spiritus sancti operibus; corpus eius singulari quodam decore perfectioneque donatum fuisse, credendum est; ita tamen ut venustas eius & pulchritudo nonnisi puritatem & sanctitatem respiraret.

14. Numquam eam morbus aliquis inuasit, tum quod perfecta eius esset complexio, tum quod certam quoad exteriora interioraque omnia moderationem adhiberet, & excessum omnem ignoraret; hinc & omnis corporis animæque maculae expers vixit.

15. Mentem spiritumque sublimem ac subtilissimum habebat, iuxta corporis perfectionem, & supereminentes gratiae, quæ illi præordinata fuerat, functiones.

16. Suas vel ætate vel educatione socias & consortes, scientiis, exercitiis, aliisque habitibus acquisitis, multis incomparabiliter passibus præcedebat.

17. Gratia per singularem infusionem sæpè in ipsa crescebat, qualis illa quam in Sacramentorum applicatione participationeque recipimus, quæ ex opere operato provenire dicitur.

18. Ut plurimum, ac plerumque, gratia in ipsa iuxta meritum, ab eadem gratia procedentium, virtutem crescebat.

19. Triplicis gratiæ, sufficientiæ inquam, abundantia, & eminentiæ perfectionem adeptæ est.

20. Quam-

20. Quamdiu vixit, penè semper & assiduò in gratia proficiebat.

21. Vitam contemplatiuam in supremo quodam perfectionis gradu coluit, adeò vt vix vnquam ab actuali cum Deo vnione diuulsa aut separata fuerit, imò ne tum quidem, cùm somnium caperet.

22. Gratiae & Spiritus sancti motibus, iuxta omnem eius inspirationem, & gratiae datae magnitudinem, cooperabatur.

23. Sæpè charitatis cùm erga Deum, tùm proximum actus exercebat, qui non gratiam, sed habitus iam comparatos excedebant.

24. Gratia eius, circa vitæ extremum ad eam perfectionem peruenit, vt penè incomprehensibilis esset.

25. Perfectione & qualitate gratiae (& consequenter gloriæ) Angelos omnes, & homines superabat, nò modò quemlibet hominum singillatim, (quod certissimum est) verùm etiam omnes simul sumptos, quòd nòn improbabile.

26. Habuit etiam in hac vità explicitam mysteriorum sanctissimæ Trinitatis & Incarnationis verbi fidem, quæ & Apostolorum fidem, etiam post spiritus sancti aduentum, longè superauit.

27. Sacrae scripturae, & omnium veræ Theologiae articulorum intelligentia in ipsa fuit, quàm in vllò vnquam Doctore Theologo, vno filio eius excepto, perfectior. & hoc non modò per scientiam insulam, verùm & per gratiam actualem, & excellentissimi ingenij sui cooperationem.

28. Etsi verò claram fidei mysteriorum (saltem in habitu, in quantum euidentia cum fide comparabilis est) euidentiam ac certitudinem haberet;
hæc

hæc tamen euidencia interdum solâ auctoritatē & certificatione eius, qui hanc veritatem attestabatur & reuelabat nitēbatur.

29. Quamuis indies in rerum naturalium & supernaturalium, quas ante ignorabat, cognitione proficeret, numquam tamē illa ignorantia species, quæ *mala dispositionis* dicitur in ipsâ locum habuit.

30. In scientiis naturalibus & mathematicis nouerat quidquid sibi ad sacrarum litterarum intelligentiam necessarium erat, & ut quidquid ad prudentiam interiorē, & conuersationem exteriorē sibi opus erat, in eo nulla ratione deesset, idque singulari Spiritus sancti magisterio & institutione.

31. Donum prophetiæ eminenter illi communicatum fuit, uti & spiritus ille, qui Librorum Canonici scriptoribus datus, quem *interpretationem sermonum* Apostolus nuncupat. item spirituum discernendorum, sapientiæ, scientiæ & intellectus donum.

32. Verisimile fit, iam inde ab infantia reuelationibus illam Angelicis assueuisse, & dū ab Archangelo Gabriele nuntium accepit, verosimiliter illi reuelatum fuit, illam super Angelos omnes exaltandam.

33. Donum miraculorum hac illi ratione collatum, quod sine vlla corruptione conceperit sine pondere foetū gestarit sine dolore eundē peperit. Post mortē quoq; fuit, est & erit secundaria tot mirabilium, ac miraculorū, quæ per eius inuocationē & singularem intercessionem in mundo facta, sunt, & fiunt aliquando fient, causa.

34. Antequam esset, mereri non potuit ut ad tam sublimem dignitatem prædestinaretur; ac post creationem ac conceptionem sui Dei mater fieri meruit, idque per eminentem gratiam illi collatam, non modò ut mater, sed etiam digna Dei mater esset.

35. Eo ipso instanti, quo ad Angeli verba consensum & assensum præstitit, Iesu Christi corpus è purissima eius substantia productum & formatum fuit, anima creata & infusa, & vtrumque Verbo personaliter vnitum.

36. Actum mater non diuinitatis, sed Dei; non humanitatis, sed Dei hominis, & hominis Dei facta est.

37. Dicitur quidem Christus Dominus à Virgine conceptus, à Virgine genitus, & à Virgine formatus, non tamen à Virgine creatus aut causatus.

38. Relatio quæ inter ipsam ac filium est, non est propriè loquendo, diuinitatis aut humanitatis, sed Dei hominis; hæc porro relatio finita est, & initium quoddam habuit, uti & ceterorum infantium, ad parentes suos.

39. Relatio hæc in Christi morte esse desuit, uti & in sanctissimæ matris eius morte; ac ambobus ad vitam resuscitatis, denuo redintegrata est, & beata hæc relatio in cœlo æternum durabitura est.

40. Dignitas *matris* multò inferior est dignitate *visionis personalis*: cui quamvis creata nulla excellentia conferri queat, dignitas tamen *filij Dei adoptiui* quadam tenus illi par est, & quadam tenus etiam superior & dignior.

41. Et si Christus de Spiritu sancto conceptus sit,
hic

hic tamen eius pater tam quoad diuinitatem, quam humanitatem nec est, nec dici debet, cum nec quoad illam, nec quoad hanc ab eius substantia dimanarit.

42. Christus Dominus matris suæ vtero, non per dilationem, sed dimensionum penetrationem, & consequenter sine vlllo dolore, sordibus & immunditie prodijt.

43. Purificationi legali se ipsa subiecit, tum vtriusque exemplo præluceret, tum ex mētis humilitate, & nimio obedientiæ studio, cum ad eam legis obseruantiam in rigore non teneretur.

44. Donum fortitudinis, ad patiendum, & charitatis, quam in animo sentiebat, quæq; in corpus redundabat effectum ferendum, in quantum filij mater, filia Patris, & Spiritus sancti sponsa, eminenter habuit.

45. Idem illi donum imprimis fuit necessarium ad immensos, quos carissimi filij sui passio & mors illi afferebant, dolores tolerandos: qui sanè dolores excessiui erāt, siquidem priuationes habitibus oppositis respondeant & commensurentur, at quo filium complectebatur amor penitus erat incomparabilis.

46. Ipsi primò præ ceteris post resurrectionem Dominus se spectandum dedit.

47. Quadraginta illis ante ascensionem suam diebus, Christus vt plurimum apud illam commorabatur, vt & sponsus eius Iosephus, quem vnâ cum Christo Domino cum anima simul & corpore in coelos, eodem ascensionis die, assumptum esse fit verissimile.

48. Quin etiam probabile est, sapè postquā iam in coelos ascendisset, Christum matrem suam carissimam visitasse.

49. Quæ

49. Quatuordecim aut circiter annis filio suo dilectissimo superuixit, eumque charitate & deuotione quadam incredibili in Vener. Eucharistiae Sacramento recipiebat.

50. Mortem eius (quem somni nomine veteres dixere) causata est non corporis aliqua in dispositio aut ægritudo, sed nimius & excessiuus in Deum amor, cuius impetus adeo vehementes & potentes erant, ut quæ ad animam & corpus conseruanda requiritur dispositio, ab iisdem dissipata & dissoluta fuerit, adeo ut sine omni prorsus dolore, sed præ excessu amoris mortua fuerit.

51. Mox ut corpore anima euolauit, coelestem in gloriam inuecta est, nulla ut inter incomparabilem amoris actum, qui animam corpore eduxit, & eum quo diuinam essentiam coram videre & perfrui coepit, parenthesis aut interruptio daretur.

52. Triduo post mortem corpus quatuor gloriosis dotibus, impassibilitate inquam, subtilitate, agilitate, & claritate donatum resumpsit.

53. Cum anima simul & corpore assumpta fuit, angelicis turmis stipata, & iuncta super dilectum suum ad primum à filij sui humanitate thronum deducta, nihil supra se, præter vnum Deum, at infra se, quidquid Deus non est, habens.

54. Gloria & beatitudine tam essentiali, quam accidentaria omnes superat beatos, & in verbi essentia conspicatur & intuetur, quidquid ceteri simul & singillatim.

55. Aureolas virginitatis & martyrij, eminenti quadam ratione habet, & quadam tenus etiam doctoratus.

56. Quoniam verò honor excellentiæ respondere solet, & dignitas eius omnium sanctorum gloriæ præcellit, cultu quodam superiori & maiori quàm quo ceteros sanctorum colimus, honorandus est; cultum hunc Theologi *Hyperduliam* vocant, qui specie differt à *dulia* quam sanctis damus; & magis etiam à *Latria*, qui soli convenit Deo.

57. Deipara Virgo salutis nostræ non est causa, uti nec Eua ruinæ nostræ & perditionis existit: sed filius eius carissimus, Adam coelestis, solusterrestris Adæ casum reparavit.

58. Errorem Collyridianorum & Collyridianarum, qui illi velut Deæ sacrificabāt, reiicimus; simul & Nouantium, debitum illi honorem & cultum denegantium, impietatem exercitatur.

FRUCTVS.

1. **V**T gratas Virgini preces fundamus, in Christo Iesu & per Iesum Christum illæ fundendæ: ut enim per illam ad nos venire Deus voluit, ita per illam ad se vicissim nos vult accedere.

2. Ut illa in mortali degens corpore pro peccatoribus orabat, maiori haud dubiè charitate & efficaciam, quàm sancti simul omnes, pro eisdem modo apud filium intercedit.

3. Maiori à nobis hac honore colenda, magisq; inuocanda, quàm ceteri sanctorum, vel singillatim, vel simul omnes sumpti.

4. Nullas de matre Dei pretiosiores dignioresq; reliquias habemus, quàm sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum.

5. Perutile fuerit & bonum imprimis, non modo

Angel

DE EXCELLENTIIS B. VIRGINIS 51
Angeli, latum Incarnationis Verbi nuntium illi
afferentis verbis, sed & eodem, quo ipse affectu,
Deiparam salutare.

6. Utile quoq; erit in animo nostro Elisabethę co-
gnatę eius deuotionem & reuerentiam excitare,
& eodem mentis ardore illam salutare.

7. Utile item sanctorum clientum eius, & imprimis
SS. Bernardi, Dominici, Thomę Aquinatis,
Hildephonsi, Anselmi, Catharinę Senensis, Ger-
trudis, aliorumq; ipsius cultui addictissimorum
feruorem illi repręsentare.

8. Utile quoque illam cum vniuersę Ecclesię Pur-
gantis, Militantis, & Triumphantis affectu com-
pellaro.

9. Multo verò & incomparabiliter magis Dei
Patris charitatem, & Spiritus sancti erga eam a-
morem repręsentare.

10. Quin & pręteritas filij eius salutationes, &
pręsentem eius erga ipsam affectum, quin & eius
vicissim erga filium, exultando cum ipsa, quod cõ-
munem indiuisum cum Deo Patre filium habeat.

11. Gratissimum illi haud dubiè est, si quando vr-
gentibus filij sui dilectissimi sponsę, Ecclesię in-
quam, necessitatibus, eius auxilium inuocatur.

12. Gratissimum quoque, si quando tres virtutes,
quę in ipsa imprimis claruẽro, charitatem in-
quam, humilitatem, & puritatem ab ipsa petimus.

13. Gratissimum denique, cum filij ipsius dilectio-
nem, numquam eius offendendi gratiam, & erga
augustissimum Eucharistię Sacramentum piete-
tem exposcimus.

*Plures alij è singulis elici punctis fructus poste-
runt; verbi gratia è primo discemus.*

14. Pluris Dominũ cognitionẽ spirituale, q̃ corpo-
ralem

ralem ducere, cum in tanto auorum & proauorum eius (vti è continua genealogiæ Iosephi & B. Virginis serie videre licet) numero vix sex reperire sit iustos, vti rectè obseruauit D. Hieronymus.

15. E secundo diuitiarum docemur contemptum, cum eas in filij sui pauperis, ac matris eius ac nutritij vsum conseruari noluerit; permittens, vt Iamnes Iosephi F. ab Arabibus, Antiocho Epiphani iunctis, bello dissideret. Antiocho verò Hierosòlymam expugnante, Iamnes, ne in hostium manus potestatemque veniret viuus, sibi violentas manus intulit; vnde omnes eius facultates fisco illatæ, atque hæc posterorum eius & Iosephi paupertatis causa.

Ioseph.

12. An-

siq. c. 5.

Gene-

brard. in

Chron.

16. Et tertio discemus, quo sanctam Annam cultu obsequioq; colere debeamus, cum ipsa benedicta illa terra fuerit, è qua incomparabilis hic thesaurus erutus est. Cum item fieri nequeat, quin ipsa mirabilium, quæ suo in vtero Spiritus sanctus operabatur, quando nempe filix eius animam præuenit, ne fortè originali illa peccato, cum matris in visceribus, Ioachimi operâ corpus eius formatum fuit, inquinaretur, reflexione quadam participat.

*Atq; ita de ceteris, quos materia aded ampla vni-
cuique facile suggeret. Et quoniam singula conside-
rationes suum quodammodo colloquium, aut saltem
orationem aliquam iaculatoriam, admirationem, ele-
uationem mentis & aspirationem exigerent, satius e-
rit aliquas hic inserere, quarum exemplum eò solidius
futurum, quod è sanctis ea Patribus petita sint.*

ASPI.

ASPIRATIONES AD Matrem Dei.

IN CONGRATULATIONIS ET Salutationis modum concin- nata.

1. **A**VE gratia plena, cum Archangeli reue-
rentia. 2. Ave benedicta in mulieribus,
cum affectu & deuotione Elisabethæ. 3. Ave ma-
ter Filij, filia Patris, sponsa Spiritus sancti, cum a-
more beatissimi Iosephi.

ORIGENES.

Aue Mater, quæ communem cum Deo Patre ha- *Hom. 1. in*
bes filiū, tali filio digna mater, immaculata, quæ *diuers.*
& immaculatum vtero gestasti, cœlestis diuinita-
tis thesaure, sanctitate opulētissima, iustitiāq; quā
perfectissimè donata, sacrū regis cœlestis palatiū.

GREGORIUS NICOMEDIENSIS.

Salue porta clausa, thuribulum aureum, sancti-
ficationis arca, vas excellentissimum, virga sacer- *Orat. de*
dotalis, terra sancta, oliua fructifera, throne glo- *purific.*
riæ, currus triumphalis, ciuitas sancta, liber clau- *Virg.*
se, sponsa Christi, fons signate, tabernaculum san-
ctificatum, templum Dei, quod euertere destruiq; ne-
quit.

GREGORIUS NEOCAESARIENSIS.

Salue latens gratiæ thesaure, super omnes mu- *Serm. in*
lieres & corpore & anima sanctissima, quæ sola *annunt.*
verbum portas, quod portat omnia. *B. Virgin.*

S. EPIPHANIVS.

Aue Virgo gratia plena, Virgo virtutibus cumu- *Serm. de*
lata, lampas æternum gestans lumen, Mulier ami- *landibus*
cta sole, Aue foederis arca, cibe cœlestis, rube spi- *Deipara.*
ritua-

ritualis, diuinitatis hame, fons semper fecundus; tu comprehendisti incomprehensibilem, & portantem omnia vtero portasti. Ave regina virginum, coelorum ianua, mundi oculus; tua maiestas & gloria Cherubinorum thronos & Seraphinorum splendorem longè præcellit. Ave nubes celestis, & columna populum Dei, ne in mundi huius deserto erret, deducens. Quid dicam de te tu unico Deo excepto, præ ceteris exaltata es, tu omnem coeli aulam pulchritudine superas; ad te dignè laudandam non hominum, non Angelorum lingua sufficit, vtpote quæ omnem capacitatem excedis.

S. IOANNES CHRYSOSTOMVS.

*Hom. in
Elyp. apud
C. mis-
um lib. 1.
de Dei
para C. 2.
circa
medium.*

Ave ingens & portentosum mundi miraculum, quæ quidquid coelo & terrâ continetur, longè transcendisti; Prophetis omnibus, Apostolis, Martyribus, Patriarchis, Angelis, Thronis, Dominationibus, Cherubinis, & Seraphinis sanctior, denique post Deum visibilibus & inuisibilibus omnibus excellentior.

I D E M.

*Hom. in
sanctiss.
Virgin.
annunt.*

Ave Virgo ad quam velut ad Virginem immaculatam destinatus est nuntius, expers corporis; & qui à peccato immunis erat, legatus ad eam quæ culpa vacabat. Ave templum Dei animatum, coeli terræq; ornamentum, amplissimaq; eius qui comprehendit concludique nequit commoratio.

SOPHRONIVS.

*De as-
sumpt. B.
Mariæ:
attribui-
tur. D.
Hieron.*

Ave sanctissima, cui non visitata vulgarique mensura, sed in plenitudine data fuit gratia, paradise voluptatis, in quo perfectæ virtutis & flos redolet, & fructus gustatur; horte con-
cluse.

DE EXCELENTIIS B. VIRGINIS 55
cluse, & fons sanctissimæ Trinitatis sigillo si-
gnate,

PROCLVS.

Aue spiritualis secundi Adami paradise, nubes
leuis, quæ super Cherubim sedentem gestasti, vel- *Hom. de*
lus mundum coelitus humectatum, in qua & per *natiu.*
quam ouem indutus est pastor. *Domini.*

THEODORETVS.

Aue vnica columba, à Christo Iesu electa, Vir- *Catena*
go & mater, quæ puritate Cherubinos & Seraphi- *in Cant.*
pos transcendis. *sub finem.*

S. CYRILLVS ALEXANDRINVS.

Aue decus mundi, lampas inextinguibilis, do-
ctrinæ sceptrum, deuotionis templum,

ELIAS GRETENSIS.

Aue purissima, quam nulla vnquam sequior co- *Orat.*
gitatio inuasit. *contr. No-*
stor,

S. CYPRIANVS.

Aue vas electionis, nullatenus communibus *In orat. 4.*
lassatum iniurijs, ira quidem à ceteris diffe- *Nazianz.*
rens hominibus, vt naturâ eis communicares, non *De Chri-*
culpâ. *sti nati-*
uit.

D. HIERONYMVS.

Aue nubes Israeleni deducens semper lucida,
& semper à tenebris aliena: quæ tuo splendore ac *In Psal.*
lumine illustrem omnium quæ te præcessere cla- *77.*
ritatem obscurasti.

D. AVGVSTINVS.

Aue Regina sanctorum, de qua nullam prorsus, *De natu-*
sum de peccatis agitur, habendam censẽa quẽstio- *ra & gra-*
nem. *tia cap. 36*
Epist. 174

S. BERNARDVS.

Ex totis animarum viribus te saluto, ac compel-
lo Virginum regina, quæ ab omni immunis

D 4

peccato

peccato vitam transegisti, singularis & eximie
sanctitatis donata privilegio, vt ab eadem manu &
peccati mortem, & vitam gratiæ recipiamus.

ASPIRATIONES

AD MODVM ORATIONIS ET

Supplicationis.

S. ATHANASIUS.

*Athanas.
vel antiq.
auctor
serm. in
euang. de
sanctiss.*

*Deipara,
in fine
tom. 1.*

*Serm. de
sanctiss.*

*Dei Ma-
tris lau-
dib.*

EXA V D I nos filia Dauid, aurem tuam ad
preces nostras inclina, populi tui, nostriq; qui
de Patris tui familia sumus, nolito obliuisci, interce-
de pro nobis magistra, Domina, regina & Dei mater,
S. EPHREM.

Tu portus meus, Virgo purissima, & securum
refugium, sub tuo præsidio ac tutela requiesco,
te lacrymis suffusus inuoco, & corâ te ô Domina,
prostratus te inclamo, rogoq; ne me, benignus fi-
lius tuus, ad vnius beneplacitum vitæ nostræ tem-
pora decurrunt, in ira ac furore suo perdat, vepote
quem grauissimis delictis meis cotidie irritauit,
Gratiarum tuarum dulcedine os meum reple, in-
tellectum illumina tu gratiis plena, & inuolunta-
rium laudum & præconiorum tuorum canticum
os meum & labia aperias. Quoniam verò mater
es Dei humanitatem spirantis, humane me &
materna liberalitate admitte; precibus tuis
apud filium præsta, vt misericordiæ viscera ipse
mihi exhibeat, Adiuua me, Virgo misericors, pia
& benigna, Te laudamus & benedicimus imma-
culata & gloriosa omnium nostrum Dei mater,
coram te ô pura, immaculata, sanctissima, dereli-
ctorum spes, gratia plena, & Christi Iesu ma-
ter nos prosternimus, te inuocamus, libera nos ô
inculpata, libera nos, inquam, & à necessitatibus
nostris

DE EXCELLENTIIS VIRGINIS 57.

nostris & tentationibus omnibus erue. Tu nos filio representa, nobis patrocinare, & à futuris tenebris & incendio nos eripe.

METHODIVS EPISCOPVS OLYMPIVS in LV CIA.

Tu fax fidelium, infiniti circumdatrix, vellus roscidum, incóprehensibilis, propitiatorij, per quod se Deus Incarnatus mortalibus spectádum dedit. *in Epiph. Domin.*
Aue gaudium semper & in æternum ineffabile, ad te in necessitatibus nostris recurrimus. Tu lætitiæ nostræ initiũ, medium ac finis; tu pretiosa regni cælestis portatu exuberans sanctitatis fons, anima: rum ara, & panis vitæ,

S. AMBROSIVS.

Vt verò efficax mea sit deprecatio, beatæ Mariæ Virginis supplex suffragia deponco. *Orat. 2. prepar. ad Mis- sam.*

S. AVGVSTINVS.

Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, consolare afflictos, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu, sentiāt omnes tuũ iuamẽ quicumque celebrant tuã sanctam commemorationem. *Serm. 18. de sanctis.*

S. RVLGENTIVS.

Venite virgines ad virginem, concipientes ad concipientem, puerperæ ad puerperam, *Ser. de laud.*

HILDEPHONSVS TOLETANVS.

Concede mihi obsecro, Virgo mater, vt Deo tibi- *Mar. in partu Saluat. De Vir- gin. Dei genit.*
bique inseparabiliter coniungar, Domino tibi- *c. 12.*
vniar; illi velut creatori meo, tibi velut matri e-
ius à quo conditus & creatus sum.

ELOGIVM & IVBILVS.

Ad comparationes incomparabiles, quibus si-
lio ipsam comparemus, iam descendamus, omnes-
que in mentis ac cordis exultatione, & vnanimi

D 5

con-

consensu dicamus, quòd sicut Christus nouus est Adam de cœlo cœlestis, cuius è latere Ecclesia formata est, ita Maria secūda fuerit Eua de terra nō terrestris, quæ Euz nomen in Aue commutauit. Christus fructus est vitæ, sancta eius Mater arbor in qua ille natus. Ipse terra Eden (essentialis inquam animarum nostrarum paradysus), hæc fons & vena aquarum viua, à qua irrigatur. Ipse iustus Noe prima & secunda natura humanæ origo, qui filiis suis fuit ludibrio; hæc arca ad quam ille se recepit, & in qua passiones, quæ in nobis vt feræ & indomitæ bestię efferaſcunt, quietò & sedatè compositæ fuère. Ipse Abraham noster illustris multarum gentium Pater; hæc Sara non sine miraculo foecunda, quæ latitiam sæculorum vtero gestauit. Ipse obediens Isaac lignorum strue, in qua immolandus erat, onustus; hæc purissima illa Rebecca, vnice conseruata, præseruata, & reſeruata. Ipse supplantator Iacob, qui primò quidem in humanitatis suæ femore fuit læsus, at deinde in resurrectionis aurora victoriam adeptus est; hæc speciosa illa Rachel, quæ enixa est primò quidem Benoin, id est, filium doloris, deinde Benjamin, Filium scilicet ad Patris dexteram exaltatum. Ipse prudens ille Ioseph, mundi Seruator; hæc terra sacerdotalis à peccati tributo immunis, terra inquam virgo, quæ frumentum electorum progerminauit. Ipse rex Salem, qui corporis sui panem, & sanguinis sui vinum offert victoriam de mundo referentibus; hæc ciuitas Sion, cuius vnus portas Deus Israel diligit super omnia tabernacula Iacob. Ipse Moſes ille, qui in cruce

brachia

brachia extendens suis victoriam attulit; hæc *Cant. 6.*
 Aethiopiſſa ſephora, ſoris quidem & inſtar aharū *94*
 nigra, ſed intrinſecus tota pulchra, & macula nō *Exod.*
 eſt in ea, quapropter non immerit Luna compa- *29*
 rata. Ipſe verus Aaron noſter, ſummus pontifex *Exod.*
 & ſacerdos; hæc arca teſtamenti ē ligno. incom- *25. 4*
 putribili compaſta, in qua & diuinitatis manna, *1. Reg.*
 & omnis diſciplinæ virga, & perfectiſſimæ legis *17. 49.*
 obſeruantix tabulæ continentur. Ipſe verus Da- *Cant. 4. 4*
 uid; qui Goliadam tartareum quinque vulnerum *2. Reg. 12*
 ſuorum lapidibus, humanitatis ſudæ inſertis pro- *24*
 ſtrauit; hæc turris Dauidica, in qua velut in arma- *3. Reg. 10*
 mētario, omnis armatura fortiū tum ad vim infe- *8*
 rendam, tum ad propulſandam. Ipſe verus Salo- *Num. 13*
 mon; hæc lectulus iuſtitix ei⁹ in quo ſuauiſſimè re- *25*
 quieuit, & thronus aureus ſolidiſſimis virtuti- *Iudic. 7*
 bus innixus. Ipſe boerus ē terra promiſſionis *8*
 allatus, diuino amoris ſui neſtare animas in- *Iudic. 6*
 ebrians; hæc propago & vitis, in qua excreuit. *27*
 Ipſe Gedeon, qui in commilitones ſeligit e- *Iudic. 7*
 os qui in mundanarum vanitatum torrentera *20*
 prono ore non propendent, ſed vola ma- *Iudic. 15*
 nus dumtaxat neceſſaria ſibi ex eo depromunt; *20*
 hæc ei⁹ ſuſdem Gedeonis vellus coeleſti rore in a- *4. Reg.*
 rida virginittis ſuæ area circumſecus humecta- *241.*
 tum. Ipſe Iofue ille qui Ierichuntem infernalem
 demolitus eſt, diuinitatis facem in fragili hu-
 manitatis ſuæ vaſe præferens; hæc Iudith Be-
 thulix decus, gloria Ieruſalem, læticia populi,
 quæ hoſtilis exercitus duci ceruices præcidit. Ip-
 ſe Elias ille omnipotentix ſuæ curru auctus,
 qui in Eucharixtiæ ſacramento humanitatem
 verum diuinitatis ſuæ palliū reliquit. Ipſe Elifus

qui

4. *Re.* 434 qui mortuum excitaturus, super eodem se con-
Ion. 11 traxit, ipse Ionas, qui è ventre, terræ prodiit redi-
Dan. uiuus, ipse Daniel, qui è lacu sine vlla læsione e-
6. 23 gressus est; hæc gloriosa illa ciuitas refugit, porta
Num. orientalis, hortus conclusus, fons signatus. Deniq;
36. 61. ipse scala Iacob, per quem ad Deum ascendimus,
Ezech. hæc eadem scala, per quam Deus venit ad nos. fi-
1. 1. lio sit gloria propter illam, & illi vicissim propter
Cant. 4 filium.

12.

Gen. 18.

11.

MEDITATIO V DE ANGELIS IN GENERE

PVNCTVM I.



Vnc in creaturarum conditione ordi-
nem Deus seruauit, vt alias purè fece-
rit corporales, alias purè spirituales,
alias partim spirituales, & partim cor-
porales. Voluit itè infimarū perfectionē in mediis,
& mediarū in supremis reperiri. Hinc videm^r, quid
quid in elemētis perfecti habetur, id omne in cor-
poribus mixtis inueniri; quidquid in mixtis, hoc i-
tè in plātis; quidquid in plātis, hoc in bestiis; quid-
quid in bestiis, hoc in homine; & denique quid-
quid in homine eximium & excellens est, Angelis
hoc minimè deesse. Rursum, vt corporum nōn ni-
la cœlestia, alia terrestria firmavit; ita & Angelo-
rum quosdam condidit, qui inter nos agentes nos
tuerentur & custodirent, & quosdam qui gloriæ
suz throno assisterent, salutis nostræ item coope-
rantes. Vt autem beneficij huius magnitudinem
benè comprehendamus, sæpenuerò cum D. Bo-
nauen tura, sex alq; Seraphinorū, quos vidit Isaias,
quos-

quosque Moses, Deo iubete, in propitiatorio constituit, in mentem reuocanda sunt. Prima est creationis, secunda situs, tertia gratia, quarta scientia, quinta potentia, sexta praesidentia.

II.

In ala igitur creationis notandum primo, Angelos puros esse spiritus, sine vlla corporea mixtione, materiae expertes, secus ac Tertullianus, Origenes & Plato voluere. Secundo, tantam illorum esse multitudinem, ut, teste D. Thoma, animarum numero praecellat, sicut coelorum magnitudo ipsam terrae capacitatem longe superat, quae non nisi punctum quoddam cum caelestibus orbibus comparata. Tota quoque illorum multitudo, secundum Dionysium Areopagitam, ut omne maris arenam, & singula naturae corporalis individua numero superent. quod verò longe mirabilius, cum essentiae illorum numerorum essentiae pares sint, specie differunt, ut & equus a leone, & Leo ab homine differt.

III.

Ne autem aliquam multitudo in innumera haec intelligentiarum varietate confusionem causetur, visum mundi Architecto aliquam inter illos distinctionem (atque haec secundae alicuius respondet) facere, & tres illorum hierarchias constituere, quarum unaquaeque ex tribus constaret ordinibus, noverimque vniuersim choris omnes comprehenderentur, quos novem gemmarum, quas Ezechiel vidit, non inscite repraesentant; Sardonyx, Topazius, Iaspis, Chrysolitus, Onyx, Berillus, Sapphyrus, Smaragdus, & carbunculus. Infima Hierarchia, Angelos, Archangelos, & Potestates; secunda Principatus, Dominationes, & virtutes; suprema Thronos, Cherubinos & Seraphinos complectitur. Ex hisce

lib. 1. ad
uersus
Marc.

in Timaeo
1. p. d. 50.
art. 3.

6. Ezech.
28
Greg. ho-
mil. 34
in End.

Seraphi- hisce intelligentiis septem primates sunt coram
notum Deo perpetuo adstantes, ut initio Apocalypseo
mentio traditur.

Isaia 6. 1 Michaelis nominis, quod interpretatur *Quis ut*
Cherubi- *Deus*; Gabrielis, quod volai Dei denotat, & Raphaelis
ndrum quod tantundem valet ac *medicina Dei*, sacra
Ge. 3. 24 volumina mentionem faciunt: *Vrieli* & *Ieremie-*
Throno- *ll* meminit Esdras, ceterorum nomina, uti & fun-
rum, ctiones particulares, unde huiusmodi donomina-
Virin- tiones desumptæ sunt, ignorantur.

IV.

omni, Da In ala gratiæ notabo, quanta sit Angelicæ na-
minatio- turæ præ humana excellentia, quod omnes nos in
num, peccatis concipiamur, Angeli in gratia sint crea-
Princi- ti quin & post iustificationem, quam sacramenta
patuum, ipsaque contritio causantur, quotidie in peccatū
& Pote- relabimur; Angeli verò gratiæ cooperando in ea-
statum dem confirmati sunt. Et si post lapsum resurge-
Coloss. re per gratiæ auxilium ipsi possumus; quod Ange-
1. 6. Eph. lis negatum tum ob gratiæ huius defectum, tum
1. 20. 21. quod naturā inconvertibiles sint, ex quo se semel
Archā- obiecto alicui applicuere. Quin etiam, ut bene D.
gelorum Thomas obseruauit, quo quid excellentius, eò et-
Iuda 9. iam facilius, & paucioribus actionibus ad finem
Angelo- suum perueniat par est. Quod verò magni referat
rum, scire, ut quod primi Angeli qui draconis instar
Exod. 14 caudā suā (id est secum) tertiam stellarum par-
19. Psal. tem attraxit, peccatum fuerit, ipsum ut deteste-
89. 11. mur, & maledictum hoc semen, quod animabus
Mat. 2. 7 nostris protoplastis peccato iniecit, euellamus,
Dan. 19. repetamus oportet quæ de eo scribat Ezechiel ex-
12. tulisse se scilicet propriam dum pulchritudinē cotē-
Luc. 1. 18 platurū, adeo ut Deo, assimilare se præsumperet:
Iob. 12. non quod Deū se crederet, aut Deo posse parē esse. Cū
4. 4. enim
Esd. 14.
1. 4. E/d.
4. 36.

enim altissima & summè perfecta esset intelligētia, ignorare sanè non poterat, quod naturalis ipsa nos docet ratio, nonnisi vnicum esse Deum, nec quos esse posse. at peccatum eius sextupliciter tale fuit, quale patucis his verbis: *Et similis ero altissimo*, à Propheta describitur.

1. Deus per clarā & perfectā essentia suā cognitionem suā in seipso beatitudinem habet: ita & Angelus ille apostata in naturalium suarum perfectionum cognitione hærere voluit, sui ipsius se inebrians pulchritudine, nec eam ad ipsum auctorem referendo,

2. Deus seipso est, ab alio nullo dependens: angelus malignus cognito esse se suum à Deo habere, ab ipsoque pendere, doluit, nec datorem agnoscere voluit, quasi hoc illi debitū esset, & De nihil minus facere potuerit, quò bonitati suæ naturali satisfaceret, quàm talem illum qualis erat cedere,

3. Deus rerum omnium finis est, & omnis creaturæ ratione prædita obiectum. superbiens Dæmon ceteros voluit Angelos oculos in se vnum cōvertere, nec vltius ascendere, quasi ad se cōtemplandum dūtaxat hi conditi essent.

4. Deus beatitudo est illorum, qui essentiam illius contemplantur. Lucifer porro intelligentias sibi tū naturæ tū gratiæ donis inferiores suā voluit felicitatem non aliunde, quàm è gloriæ & perfectionum propriarum, quam ipse iis daret, manifestatione mutuari.

5. Deus non modò nouit ea quæ fecit, & quæ per sciētiam, quam *visionis & approbationis* Theologi dicunt, aliquando faciet, verū & fieri possibilia, licet nūquā futura sint, per cognitionē quā simplicis appellat intelligētiam. Princeps superbiæ

non solum ingenij sui aciem impendebat ut comprehenderet id quod erat, verum etiam eam ad id quod non erat, quodque se esse non posse nouerat, extendebat; in suae vanitate cogitationis sibi complacens, quasi Deus fuisset, non secus atque multi (eius spiritu haud dubie afflati) in seipsis euanescent, cogitantes apud semetipsos ecquid facturi essent, si Reges, Duces, Pares, Principes, ditiores, doctiores, pulchriores, & fortiores quam modò sunt, essent. atque hoc hisce verbis denotat Ezechiel dicens: *Elevatum est cor tuum, & dixisti Deus ego sum.*

Ezech.
28.

6. Denique Deus Pater Angelis significauit, filium carnem humanam aliquando assumpturum, iisque proinde praecepit, ut eum velut hominem Deum, atque vtriusque naturae caput adorarent. arrogans Daemon hoc minimè ferens eum adorare noluit, & tertiam intelligentiarum sibi subiectarum partem in partes suas pertrahens, illarum factus est coryphaeus, quae illi quam Deo se subiicere, eumque in Deum agnoscere, quam Iesum Christum maluerunt. quarum superbia cum se S. Michael obiiceret, ad vnum omnes in profundum abyssi deturbati sunt, victique & triumphati ab iis, qui cum militiae suae duce dixerunt: *Scelesti, quis ut Deus?*

V.

In ala scientiae rerum quas norunt multitudinem, & earum cognoscendarum modum mirabor quidquid enim in rerum natura est, ad Angelicam scientiam refertur, praeterquam cordis humani secretum, quod non est aliud, quam voluntatis consensus, cum nullum sensuum afficit, nullumque sui vel in exteriori vel interiori hominis vestigium

Signum aut signum relinquit, talis verò cum est, soli Deo reservatus est.

Ratio intelligendi illis etiam particularis est, superiores namque inferiores ipsos irradiatione illuminant; ut quando quid sibi inuicem significare volunt, hoc per conuersionem communicatiuam, applicationem voluntatis, & intellectus apertionem fiat. Naturalia illis non per species ab obiecto mutuatas, sed subiecto inhærentes representantur; species inquam intelligibiles, quas Deus iam inde à productionis ipsorum initio ijs infudit, & simul cum ipsis creauit; harum proprium est, effectus in suis causis, quando scilicet determinata sunt, & effectus ipsos extra suas causas, quando existunt, repræsentare, non secus ac speculum obiecta sibi repræsentat. Ita tamen, nihil ut ab obiecto accipiat, & imaginum quæ inde emanarint, nullus sit usus.

Notandum quoque sine vilo discursu Angelum, per simplicem intelligentiam dumtaxat, quæ vno visu & præmissa & conclusiones, antecedens & consequens, principium simul & inductiones penetrat, intelligere. Hinc, ut ceteras taceam causas, uti capita & quidem alata pinguntur; caput non nisi mentem ipsos esse, alæ incredibilem veritatis rerum penetrandæ agilitatem significant, non quidem per accidentia, uti nos, sed in seipsis, & in propriis substantijs. Quæ verò à libero arbitrio pure dependent, non nisi per coniecturas nouerunt; verum & in his ipsis vix vnumquam tum ob longam experientiam, tum ob eximiam motuum omnium naturalium cognitionem falluntur.

VI.

In ala potentia mirabor, quomodo vniuersa
E natura

natura corporalis ad nutum oculi, quantum ad motum, illis pareat non secus ac hominis anima motui corporis sui facultatibus despotice & sine vlla resistantia dominatur. quod autem anima in corpus quod informat, hoc Angelus in virtutis suæ motuæ sphaera vel extensione potest, quæ virtus pro superioris & inferioris excellentia maior aut minor est, ac non nisi in sola potetia suæ applicatione consistit; quæ mirabilia facit passivis actiua iungendo, vti è cœlorum motu manifestè patet, & euidenter ostendit is, qui ipso noctis mediæ puncto omnes Aegypti primogenitos occidit; & in alio illo qui centum octoginta hominum millia in castris Sennacherib nocte vna interfecit, & in plagis Aegypti, quas Magi Pharaonis æmulabantur. Nulla tamen angelicarum operatio nū potest miraculum dici, quòd miraculum communem totius naturæ ordinem & vires transcendat: hinc ob primi defectum, infusio & creatio animarum non ampliùs miraculum est; ob secundi nullus effectus, quem creatura aliqua causatur, miraculum appellandus est.

VII.

In alia præfidentia notabo, quomodo, quamq; in suo esse speciem, bonorum Angelorum opera, Deus conseruet; quomodo illis præfidentibus debito suo moderatoq; cœli motu ferantur, anni tempestates sibi inuicè succedāt, terra cœtro suo affixa stabilis permaneat, nec ab aqua, quòd elementum illā superius, obruatur, mare naturalibus terminis limitibusq; coercetur, & quod infinita simul beneficia includit, per eos infernales potentie, ne nobis noceāt, compescantur. At quoniam longiorem diffusioemq; res hæc meditationem exigit, sequens de ea diductius age.

FRV-

FRUCTVS I.

E prima consideratione disco, Angelum diuinæ similitudinis characterem, vt eum Ezechiel nuncupat, hominem eius imaginem, cetera autem animalia eiusdem velut vestigium notamque esse. Eodem è principio disco, naturam Angelicam tantumdem penè naturali excellentiâ humanæ præstare, quantum animali brutalique humana. Item beatos Angelos tantum gratiâ gloriâque, quantum naturâ, hominibus omnibus præcellere. Hinc denique colligo, si corpora coelestia terrestribus collata ob sublimem ac maximè nobilem illorum substantiam tanta sint, tamque capacia; etiam maiorem Angelorum quàm animarum numerum fore, pro excellentiâ illorum, & inter se, pro ordinum, hierarchiarumque diuersitate, iuxta præminentię ipsorum proportionem.

II.

Ob specificam Angelorum distinctionem, iuxta D. Thomę doctrinam, ipsam Dei potentiam, sapientiam & bonitatem præ ceteris rebus mirabor, cum tam innumerabilem spirituum beatorum atque apostatarum multitudinem videam; & hæc distinctionem simpliciter credere teneor, cum nesciam vnde eam numericam vnus ad alteri sumam, nisi à quopiam gradu formali, cū nulla hic esse possit materia. atqui gradus omnis formalis distinctionem specificam facit, vt in numeris ternere est, vbi vel vnus adiunctio vnionis speciem variam constituit.

III.

Si terra vniuersa cælo collata nō nisi punctum

E a

est,

est, homines Seraphinis comparati non nisi formicæ sunt. Cur ergo tantum cœli relinquimus, ut tantillum terræ adipiscamur? cur vniformem tot intelligentiarum æstimationem sententiamque, ob erroneam matubilemque pauculorum hominum opinionem, negligimus?

IV.

Cùm Angelorum tanta sit excellentia, ipsos nostri curam gerere tantumdem est, ac si quis Princeps è stirpe regia ouibus præseset opilio: cùm verò, quibus præsunt, homines, brutalibus se voluptatibus immergunt, porcis eos præesse dixeris. O bonitatem Dei ineffabilem, admirabilem Angelorum dignationem, & extremam hominum ingratitude!

V.

Nomen Angeli officij est potius quàm naturæ nomen, ut eo denotetur, omne ipsorum esse, constitutò Dei obsequiò seruitioque dedicari, & nulli nobis honorabilius dari nomen posse, quàm si Dei administri famuli que dicamur. Ex eo quod omnes salutis nostræ inuigilent, etiam qui diuinæ maiestatis thronum circumstant, disco, charitatem erga Deum & proximum, vnum eundemque habitum esse, & qui hanc habet, etiam illam habere: ex eo verò quod nobis ministrando Deo famulentur, me proximo seruiendo, Deo seruire. eò autem quod nobis præfentes Dei conspectu minimè frustrentur, doceor ob animarum zelum salutemque orationis exercitium non esse omittendum, at tum illi me diligentius applicare debere, utpote sine quo nec ipsis prodesse, mihi verò obesse possim.

E sex illis modis, quibus Diabolus aduersus Deum

Deum insurgendo peccauit, disco à sex mihi tentationibus, noxijs admodum, & quæ omnes à suggestionem initium habent, cauendum esse. Prima, si ipsius est idololatria, quando nimirum quis proprio amore inebriatus ac quodammodo fasciatus, vanè sibi ob præclaras ingenij, corporis ac vultus dotes eloquétiam, & actiones cõplacet: quod Iobo est, *manum ore osculari*, quod *iniquitatem maximam* esse ait. Quod crimen cum Nabuchodonosor admitteret, mox audiuit: *Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex: regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestia, & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit, det illud.*

Iob 35.

27.

Dan. 4.

28.

Secunda est, quando quis honorem, obsequia, beneficia, officiaque ita à proximo accipit, quasi hæc sibi deberentur, quin & dolet, si quæ cupit sibi non conferuntur, quasi omnia ad se pertinerent. Notandum porro, commune hoc omnium superborum vitium esse, & nullum non arrogantem, ingratum.

Tertia etiam multò communior; est namque omnium illorum & illarum, quæ in omnibus se ipsos quærunt, qui ne verbum proferrent, vel pedem mouerent, nisi proprii quæstus studio, id est, nisi aliquam inde sibi voluptatem, honorem, aut lucrum euenturum scirent: omnes ipsorum orationes, exomologeses & Sacramenti Eucharistici frequentationes non nisi mercenariæ sunt; in omnibus consolationem quærunt, & animo proprio nusquam & numquam non satis-

faciunt, omnis illorum lætitia tristitia, flexus & reflexus interni eò vergunt, denique quocumque demum se conuertant, à seipsis non egrediuntur.

Tertia item est, quando quis nō modò sibi, narcissi exemplo, ob propriam spiritus, aut corporis, aut realem pulchritudinem complacet, verum etiam diuitias, honores, dexteritates, dotestque animi & corporis, quibus caret, sibi effingit, & imaginaria ac phantastica illorum fruitione se oblectat; vti & Deitate, quam reuera non habebat, & habere se non posse sciebat, Lucifer dilectabatur, ac de eadem vanè sibi applaudebat.

Quarta, quando quis alienos oculos in se vult conuerti, aures ad sua verba patere, memoriam sui ipsius recordari, animum de se cogitare, voluntatem erga se vnum affici, denique quando ad se, non verò ad Deum homines pellicere gestit. At qui verè humilis, vel vnam sui recordatione animam in orbe occupari summopere doleret.

Quinta est illorum illarumque, qui neminem sibi conferri, nedum præferri patiuntur, nisi vel doleant, aduersentur, detrectent, illique nocent.

Sexta illorum est, qui non ante quiescunt, aut beatos se credunt, quàm suorum sint primi, in conuentibus primum occupent locum, & familiæ partiumque suarum sint Principes. Et si quando concionator eloquentiâ, mulier venustate, magistratus dignitate, nobilis potentiâ, hominum corda Christi Domini (cuius & iure naturæ, & acquisitionis titulo est quidquid vsquam

usquam est) præiudicio captare satagunt, demones imitantur, qui Verbum in futura humanitate sua agnoscere noluere, sed in Luciferum, ambitiosum gloriæ huius direptorem, oculos, affectum, & cultum conuertere maluerunt.

VII.

Scientiæ ala admonet me primò, præstantissimos ac subtilissimos quosque mundi huius Theologos nonnisi abecedarios & elementares esse, si vel minimo Angelorum comparentur. Secundò, idiotam humilitate præditum phuris à Deo fieri, quàm Dæmonum scientissimum. Tertiò, non per scientiam, aut potestatem, sed solam voluntatem coram Deo nos magnos aut paruos, bonos malosue esse. Quartò, tentari nos à dæmonibus, circa ea in quæ nos potissimum propendere vident; eosque bouem, vti pro uerbio dicitur, cornu, cercopithecum cauda, auribus asinum comprehendere. Quintò, illos mortis horam præuidentes, & distinctissimè perspectum habentes, quando vltimus vitæ nobis sit articulus futurus, (quod vel è causis naturalibus, vel interiori corporum constitutione colligunt) magis minusue nos pro dierum vitæ breuitate aut longitudine, quam præuidet, oppugnare; & consequenter, si quis solitò ampliùs tentetur, hunc & de instanti propediem mortem metuere, & ad eandem præparare se debere.

VIII.

Ex ala potentiæ perspectum habeo, quantis Deo sim nominibus obstrictus, quod tot mihi Angelos in defensores; & singu-

Iob 41.
18.

larem etiam aduersus tot legionum, quæ in meam perniciem conspirarunt, impetum insidiasque protectorem dederit. Adhæc nos Gigantibus illis & Briareis collatos, nonnisi Pygmæos & Mirmidones esse. *Factus est, inquit Iob, ut neminem timeat, reputat enim quasi pallem ferrum, & quasi lignum putridum æs.* Quare cum & malitia ipsorum potentiam superet, quid obsecro ageremus, nisi singularis hæc protectio desuper excubaret? An non certissimum illos, dum in Dominum sæuire nequeunt, in seruum rabiem euomere; & in equum, cum equitem attingere non valent? Odium porro quo Deum prosequuntur, implacabile, & inuidia, quæ nobis inuident, incredibilis est.

IX.

Ex eo quod nos redempti simus, Angeli verò, damnati, nequaquam elicio quantum Deo debeam, etsi vel hoc solo nomine quod naturam nostram adeo honorarit, ut suam illam vniuerit: quis enim Angelorum Deo dixit aliquando: *Filius meus, es tu*, ut Deipara quæ illi ait: *vbi es frater meus* quod & nobis per adoptionem & gratiam dicere licet.

X.

Angelus præuaricator, è partibus contrariis, è quibus homines, minimè compositus erat, nemo cum ad lapsum incitabat, adeo ut cum crimen, quod committebat, cognosceret, malitiam & deliberatam voluntate peccaret, imo verò aduersus ipsum Deum insurgeret; quæ circumstantiæ peccatum incredibiliter aggrauant. An non item verum, unicam obnoxam in desperatorum ac damnationis abyssum illum

illum deturbatum. At quot hæcenus scelera commisere, ac quotidie etiam homines committunt, & qualitate enormia, & quantitate innumerabilia, & malitia intolerabilia, diuinâ bonitate illorum semper poenitentiam expectante, & apertis eos brachiis admittere paratâ, si vel minimû verâ poenitentię actum elicerent? Hinc infero, toties me vitam Deo debere, quoties letalia mihi delicta condonauit, quorum etiam minimum sufficiebat, vt cacodæmonû cohæres & socius constituerer.

XI.

Si quando magi peruersam voluntatem suam, dæmonum voluntati coniungunt, sæpè nocendi facultatem habent, & illorum opera infinita Satanas mala, idque per puluisculos, vnguenta, characteres, membranulas Virgineas, aliasque impietatis execranda ineptias causatur. Quin ergo credam, bonos Angelos mihi proximisque propitios fore, quando, voluntatem meam illorum coniunxero, & illi & ego, meam diuinæ coniunxerimus? An non tanta horum potestas ad bonû, quanta illorum, ad malum faciendum? tantum hi nobis benefacere volunt, quantum illi malefacere? tantum hi Dei gloriam desiderant, quantum illi eadem destruere satagunt? deniq;, verbo, vt absoluiam, tanta hi charitate, quanta illi ardent malitia? Quamobrem danda mihi opera, vt tâto ad benefaciendû studio connitâr, quanto malefici, incantatoresq; alijs nocere conantur.

XII.

Ergo cum cœli ab Angelis (iuxta probabiliorē opinionem) moueantur, illorumque opeta singulę in esse suo species conseruentur, quin verò, (vt ex historia Tobię euidenter apparet)

orationes nostræ per eos Deo offerantur ; firmiter mecum statuam ad ipsos in necessitatibus omnibus tum publicis tum priuatis, grandinis, tonitru, gelu, inundationis, & morbis contagiosis & noxijs protinus cõfugere, illosque, vt cacodæmonis minas euertant, maleficorum veneficia dissipent, vota nostra Deo offerant, gratiasque inde nobis reducant obsecrabo: denique arctam cum eis familiaritatem contraham, ne fortè Deum tentem offendamque, si quæ dat mihi ordinaria auxilia, negligens ad extraordinaria me conuertam.

XIII.

Quoniam verò inter omnes spiritus beatos S^c Michael à Deo in primis militiæ cœlestis proceres cooptratus est, illique Ecclesia vniuersa lis; vti olim Synagoga, concredita; singulari particularique erga magnum hunc Archangelum, militiæ diuinæ antesignanum, affectu ferar, illius sæpè opem inuocabo, sæpè illi tremendum altaris sacrificium offeram, vel offerri curabo, gratias illi acturus de ea qua donatus est glòria, & propter eximia, quæ, eius interuentu, vniuersa recipit Ecclesia beneficia; Angelum quoque custodem orabo, illum vt sæpè meo salutet nomine, illique, filij Dei nomine, adimpletionem illorum quæ interius exteriusque in me Spiritus sanctus fieri desiderat, commendet.

XIV.

Et quoniam Archangelus Gabriel legatum & velut paranympum egit, consanguinitatis eius, quam per Verbi Incarnationem cum Deo omnes initiimus, singulari quoque erga eum cultu afficiar,

ei, frequenter illum inelamabo ac salutabo, fr-
pè illi de gloria quam possidet congratulabor, pe-
tamq; ab eo, vt affectum mihi erga Deiparam Vir-
ginem non minorem quàm D. D. Bernardus &
Dominicus habuère, concedat. Et quoniam san-
ctissimæ hostiæ consecratio quædam Incarnatio-
nis est species, feruorem ab eo charitatis, & puri-
tatis donum toties deposcam, quoties ad diuinam
hanc mensam accessurus sum.

XV.

Quin etiam, quoniam augustissimum sacrifi-
cium dum offertur, infiniti cælo delapsi Angeli ei
adstant, vti suis vidit oculis sacerdos ille sanctus,
de quo Chrysostomus, tam illo ipso tempore, quàm
toto illo, quo diuinum hoc sacramentum in sa-
cerdotis versabitur manibus, beatos spiritus regi
suo adstantes, inuocabo, vt mentem illustrent, fi-
dem accendant, deuotionem inflamment, preces
exaudiant, vota dirigant, necessitates Deo meas
repræsentent, deniq; ita me præparent, vt sim se-
cundum cor eius, qui suum mihi cor, corpus, di-
uinitatem, humanitatem vitæ, ac mortis suæ me-
rita, quidquid denique est, & quidquid in æter-
num futurum est, obtulit.

*lib. 3. de
Sacerd.*

XVI.

Denique ex eo quod draco nō nisi tertiam stel-
larum partem secum detraxerit, efficiam cū Pro-
pheta plures pro nobis quàm contra nos decer-
tare, pluralitatemq; non modò in quantitate, ve-
rùm etiã qualitate cōsistere. Illi principatū & im-
perium

peritū suum amisere, hi retinere; illi non nisi naturales habent vires, & quidem ab omnipotente Dei manu constrictas; hi & naturales, & supernaturales, quas pro diuinæ charitatis beneplacito exerunt; quæ cum hominem complectatur, sperandum illi potius quàm timendum.

COLLOQVIVM.

Sicut infinitis tibi sū Deus meus nominib⁹ obstrict⁹ ppter id q̄ in te ipso es; ita & proportionatē sum obligat⁹ ob id, quod in creaturis tuis es. Et quoniam Angelica natura de perfectionibus tuis magis quàm humana participat, hinc cū sublimissimis & illuminatissimis Seraphinis particularius te laudo, benedico, & gratias ago. Beatum me, si vel scintilla mihi eius esset ignis, qui eos in amorem tuum ita accendit! Tum scilicet fideliter & constanter te diligerem, si vel vnicus splendor Cherubimorum radius mentem meam illustraret, quàm acutum in omnibus quæ à me desideras & expectas cernerem! Si inuarietas, inhæfio, & adhæfio illa, qua Throni diuinę volūtati tuę vniuntur, pectori inesset meo, ecquæ me à te diuelleret tentatio? Si ineffabilis Virtutū operatio in me ageret, vniquam in liberum arbitrium meū inspirationibus tuis obluētaretur! Si sapiens Dominationum directio in me habitaret, annon intellectus, scientiæ & sapientiæ dono donatus, ita rectus ferrer, numquam vt ad dexteram vel sinistram deflecterem? Si passionum imperiū in manu haberem, quàm potens princeps essem, quamque utilis mihi foret benigna Principatuum tuorum influentia? Equidem arena sum mobilis, Euripus instabilis, Chamaleon varius, & signum ad vetos omnes mobile, idque ob nimiam fragilitatem meam. hoc cino foret, si de potestatum tuarū

Robore & constantia vel minimum participaret
 Publicæ magnorum actiones numquam exiguz
 sunt; si enim ad virtutem tendant, heroicæ sunt;
 si in vitium vergant, scandalum afferunt maxi-
 mum. Hinc & sapientiæ tuæ non minimum est
 argumentum, Reges & Principes terræ Archan-
 gelorum curæ protectionique concedidisse. Dia-
 boli siquidem, à quibus exagitantur, potentia pol-
 lent, & malitia potentes sunt. ab ipsorum porro
 exemplo boni malique plus dependet incremen-
 tum, quàm ab aliorum: hoc ergo huic rei reme-
 dium afferre diuinam tuam prouidentiam decuit
 Et quoniam benigno dulcique Patris nomine ab
 omnibus nobis vis compellari, hinc Patris etiam
 exemplo, Angelorum nos auxilio fulcis & iuuas,
 illi nãq; tuo nos nutu gubernât, præsidet & diri-
 gunt. Quoniam verò omnia quæ per eos accipio
 beneficia agnoscere non possem, hoc illis munus
 committam, & tibi, illorum loco, gratias ob sin-
 gularia & eximia, quibus à te donati sunt bene-
 ficia, persolutoris venio: imprimis quod magnū
 Archangelum Michaelem selegeris, qui tuam ad-
 uersus legionum tartarearum Principem causam
 propugnaret. Quam te ob hunc Deus meus cō-
 flictum de prædico, quas in te ob hanc victoriam
 benedictiones effundo? Quantum tibi tum ob
 iustitiam, quam in superbos & execrandos hosce
 apostatas exercuisti, tum verò ob gloriam, qua il-
 lustrem hunc pugilem, fidelem gloriæ tuæ pro-
 pugnatozem donasti, debeo? Ita porro me illi ob-
 strictum agnosco, cum quod fidele tibi obsequi-
 um impenderit, tum quod cacodæmoni tam po-
 tēter restiterit, vt quotidie ei? sim beneficij memo-
 riā renouaturus, & pro eodē semper tibi gratias
 actu-

acturus. Numquam etiam sacram communionem adibo, numquam gratissimum hoc tibi sacrificium offeram, nisi ut tibi gratias persoluum, quod in ipso præsens adsis, & ipsum sit in te, ipsum in te honorem, & te in ipso adorem.

Gratias etiā ago quod Archangelum, qui fortitudo tua dicebatur, in tui cum natura humana connubij paranympum, & lætissimæ omnium quæ unquam extitere legationis interpretem cooptaris. Elucet quidem tua euidenter potentia in creatione omnium quæ extra te sunt, & rerum è nihilo eductarum productione, at verò multò magis cum è malo bonum, è peccato occasionaliter gratiam, ex eo denique quod in contemptum tuum cedebat, maiorem nominis tui gloriam eduxit. Ipsum Incarnationis opus quod illustris hic Archangelus nuntiauit, omnia hæc mirabilia in se continet, ob quod te laudo, & rursus cum animabus omnibus, quibus hoc beneficio salus accessit, gratias ago.

Miraculosum & amicum, quod utrique Tobie Raphael exhibuit, obsequiū aperte clamat, quod singularē tibi seruientium curam geras: nam præter custodem priuatum, quem iis assignas, à potentijs etiam superioribus, aduersus cacodæmonum à quibus eò maiori furore & arte diuexantur, quo tibi adherere fidelius voluerint, rabiē proteguntur.

Angelo, qui Abrahæ filium sub quercu Mambre promissit, qui Eliezerem feliciter deduxit, qui Loth cum suis è Pentapoleos eduxerunt incēdio, qui Iacobi iam inde ab adolescentia curam gessit, qui omnes Aegypti primogenitos internecione deleuit, qui Israëlē columna nubis interdii & ignis

ignis noctu deduxit, qui Mofi legis tabulas dedit, qui Gedeoni & matri Samsonis apparuit, qui castra Sennacherib subuertit, qui Samariam ab obfidio liberauit, qui pro populi è captiuitate reditu laborabat, & omnibus, quotquot nutu tuo in prædestinatorum salutem excubarunt, vti accidentariæ gloriæ augmentum accessit, quod tibi obsequeretur, ita propter hæc nos vicissim illorū clientes facti sumus, multis magnisq; nominibus ipsis obstricti. quāobré & tibi gratias ago. De^o meus pro beneficijs omnib⁹ quæ à te recepere, & quæ illorū operā in nos cōtulisti. Tuam quæso Ecclesiā prōtege, visibile illius caput, tuum in terra Vicarium, auxilio tuo iuva, Regem, Reginas & Principes Christianos tuere, charitatis vinculo eos inter se necte, deque inimicis tam visibilibus quàm invisibilibus victoriam iis largire, concilio illorum inspira quæ tuæ voluntati placeant. Prælati porro solitudinem, zelum, ac debitam super gregem suum vigilantiam infunde, & præsta, vt simul omnes bonorum Angelorū voci auscultent, itaq; se ab iis & per eos dirigant, vt illorum operā, illustratione, & directione tandem aliquando sit vnum ouile, & vnus pastor.

MEDITATIO VLTIMA

DE ANGELIS CVSTODIBVS SIN-

gillati m.

PUNCTVM I.



Acob Patriarcha Iosephi filijs benedictionē daturus ait: *Angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis, & innocetur super eos nomen meū, nomina quoq; Patrū meorū.*
Abra-

Gen. 48.
15.

in 1. Col.

in Isa. 60

Psal. 90.

11.

Cont.

Julia.

Euseb.

lib. 13. de

prepar.

Euang.

6. 7. no-

tat. nō ē

Platone

solum,

sed & ē

sacris lit-

teris o-

stendi

posse esse

Ange-

los tute-

lares.

Iudith.

13. 20

Zach. 23.

lib. 3. πρ-

αρχῶν

lib. 4. in

Job. 6. 29

Abram & Isaac. Horum occasione verborum, quæ Chrysostomus & Hieronymus ad Angelos Tutelares referunt, meminisse iuvat, à quò tum animi, tum corporis malis ac periculis iam inde à pueritia mea ad hunc vsq; diem educt⁹ aut cōseruatus sum, idq; Angelorum operâ & ope, iuxta id Psalmographi: *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* quæ verba Cyrillus Alexandrinus de Angelis Custodibus, quos hominum Pastores & pædagogos appellabat Plato, dicta vult.

II.

Nouerat hoc illustris illa Iudith & perspectum habebat, quando Bethulienfibus narrauit, quidnam in castris Holofernibus patrasset: *Vinit Dominus,* inquit, *quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem.* Et Zacharias: *Et angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius.* E duobus hisce locis discam, semper mihi, imprimis vbi arduū quid & herōicum aggrediendum incumbit, ad fidos custodes meos, & peregrinationis meæ directores ac duces confugiendū: notabo quoq; hic Angelorum mutuū particulariū inter se commercium, cum . . . Origenes & . . . Gregorius Magnus hæc Prophetæ verba de ijs intelligi velint.

III.

Terminus ille distributiuus, *Angeli eorum,* quò Redemptor vsus est, dum doceret, quo pueri habendi sint loco; ostendit suum cuique in particulari Angelum esse. Si verò in pueritia nobis deesse dicantur, quid ni & reliqua ætate, præsertim cū maiora tū animæ sint pericula quam in teneris annis? Verba Saluatoris hæc sunt: *Videte ne con-*

temna-

remnatis vnū ex his pusillis, dico enim vobis: Angeli *Matth.*
eorum in cælis semper vident faciē Patris mei qui in *18.10.*
cælis est. quæ hunc in sensum Patres semper in-
tellexere.

Locus item ille Actorum 12. notandus in primis
est; *Angelus eius est*, aiebant primigenij fideles de
Petro; vnde cum Origene eliciam S. Paulum &
reliquos Apostolorum, non minus quam Petrus *Orig!*
Angelum particularem habuisse: simul hinc eti- *hom. 12. i*
am discam, semper in more fuisse Angelis se, præ- *in Num:*
sertim grauissima in necessitate, commendare, cū *et 23. in*
trederet vulgò Angelos clientibus suis afflictis, *Luc.*
quò ipsis auxilio forent, apparere, quin & ijs, qui *Basil.*
opitulando illis auxilio esse possent. *lib. 3. c. 8.*

I V.

Diligenter item excutiendum ecquæ Angelos *vra*
rationes impellant, vt ita se abijciant & humili- *Virgin.*
ent, tam sedulam corporis & animi nostri curam *Chrysost.*
gerentes. *hom. 3. in*

Prima est, voluntas diuina hinc & Satan ipse, *1. Coloss.*
dum redemptorem in deserto tentaret, in testi- *Theodor.*
moniū p̄ducebat Deū Angelis de illo mādasse. *q. 3. in Gor-*
nes.

Secunda, honor, quem Dei filio impendunt, vt- *Hilbr.*
pōte cū eum humanitate nostra amictum, fra- *c. 18. in*
trem se nostrum dicere, & sibi factum reputare, *Matth.*
quidquid boni maliue nostrum minimo infertur, *Hieron. in*
videant. *Isai. 60.*

Tertia, duplex Christi Iesu imago, quam in no- *Orig. h. 8.*
bis & agnoscunt & reuerentur, diuinitatis qui- *11. in*
dem in anima, humanitatis in corpore. *Num.*

Quarta, pretium & dignitas animæ in gratia *Matt. 4.*
constitutæ, quam *dilectam & sponsam suam* ap- *Cæt. 1. 14.*
pellare Spiritus sanctus non dedignatur. *63. 2. 6. 8.*

Quinta, indefatigabilis & infracta dormo-
num

Job 21.

4.

num in nobis nocendo vigilantia & sollicitudo cum nefas sit inalignorum illorū in nos odium, quod ab extrema illorum malitia promanet, sanctorum & beatarum intelligentiarum bonitati & ardentissimæ charitati præponderare.

FRUCTVS I.

CVM tanti Deus animam meam faciat, vt illi vnum ē Principibus suis in tutorem ac curatorem donet, ne fortē à carne inficiatur, à mundo corrumpatur, à Diabolo decipiatur; cur tantā mea futura cæcitas, salutem vt negligam, animam damnationis æternæ exponam periculo, corpus spiritui præferam, sensibus acquiescam, carni condescendam, mundumque immundum tam facile sequar, maligni suggestionibus consentiam, amicorum denique loco immitissimos habeant inimicos.

II.

Quantum exultant Angeli dum in gratia Dei sumus, tantum etiam contristantur & gemunt, dum in peccati & damnationis statu agimus. atque vt foetor columbas & fumus fugat apes, teste Basilio, ita Angelum custodem peccati horror recedere cogit, dum ipsum committitur. Tamen si eius tanta sit charitas, vt ultro post redeat, quo nos ad poenitentiam excitet.

Basil.
in Psal.

33.

III.

Caue tibi ne quid Angelo tuo præsentē, inquit Bernardus, facias, loquaris aut cogites, quod me præsentē nec facere nec dicere auderes. Ecquæ infamia hominis oculos formidare, & Angeli conspectum non perhorrescere?

IV. s.

IV.

Lib. 4.

Moral.

c. 27.

In ca. 18.

Math.

Si, iuxta Gregorium, ut homines bestiis præ-
sunt, ita & Angeli hominibus præsent; ecquæ mea
cum Angelo custode esse debet conuersatio, de-
pendentia, fiducia, obedientia, ecquæ obligatio
præsertim cum, ut ait Hieronymus, hæc iam
inde à natiuitatis instati cœperit. Et sanè iam in-
de à conceptionis momento custodire me inci-
peret, nisi matris custos, simul & prolem custodi-
ret, quamdiu vterò continetur, quæ eius tum vo-
lunt appendix est, & ut Iurisperiti aruit, *pars vte-
ri*, sicut non secus ac pomum ex arbore dependens
pars arboris censetur.

V.

cap. 18.

S. Augustinus suis in folioloquijs multas depro-
mit rationes, ob quas Angeli nos diligant, & in-
ter ceteras, quod per nos ruinæ suæ scissuras, quas
inimicorum ipsorum simul & nostrorum super-
bia euacuauit, restaurandas ac reparandas sciant.
Deinde de telaribus loquens addit: *Ambulant
nobiscum in omnibus viis nostris. Intran- & exeunt
nobiscum, attentè considerantes, quàm piè quàm hone-
stè in medio prauæ nationis conuersemur: adiuvant
laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugna-
tes, coronant vincentes, denique, grandis est eis cura de
nobis.* Quæ consideratio, ut ait Bernardus, ma-
gnam animæ reuerentiam pro eorum præsen-
tia inferre; deuotionem pro beneuolentia affer-
re; fiduciam denique, quod tam fideliter in nos cu-
stodiendo procedant, conferre debet.

Serm. 10.

Psalm.

Qui habet

tat.

Serm. 12.

VI.

Et si Angeli salutis nostræ assiduè incumbant,
nihil tamen illorum beatitudini decedit. Atque
hoc inter cetera respondet Iustinus Martyr pete-
ntibus ethnicis quid facerent Angeli custodes po-

4. 30.

diluuium, non amplius curam gerentes eorum, qui diluuiio vniuersali obruti perierant; dicens, officium Angelorum non ad solam hominum directionem restringi, sed præcipuas illorum functiones esse *amare & contemplari*, vt taceam reciprocum inter ipsos commercium. Hinc discam, numquam Deum ex oculis amittere, quatenus nostra permittit mortalitas, & sicut ipse ubique est, in omnibus quoque & vbique eum quærere.

VII.

*Hom. II.
in Numeros.*

Si, vt ait Origenes, singuli sint Angeli in die iudicii præsentaturi Deo, quos suæ olim curæ concreditos habuere, simul & omnia illorum verba, opera, & gesta, ah! quantum eniti deberem, vt defensor meus in hora mortis gaudendi, & Deo me præsentandi occasionem habeat? certum namque est, tales nos in vniuersali iudicio fore, quales ante in particulari fuerimus.

VIII.

*Hom. 3.
in I. Cor. Ioss.*

Numquam obliuiscar, & imprimis tentatione agitatus, quod in Psalmum 33. docet D. Basiliius, non antè scilicet ab Angelo custode nos deserui, quam delictum aliquod committamus: quin & memor ero eorum quæ in libro de vera virginitate scripsit, vnam è puritatis integritatisque conseruandæ rationibus esse, cogitare Angelum nobis semper adesse. In mentem quoque reuocabo, quæ D. Chrysostomus alibi refert, non aliter nos in Angeli custodis præsentia nos gerere debere, quam si antè pædagogi oculos versaremur: item quæ in quintum Ecclesiastici caput commentatur Hieronymus, diligentem scilicet nobis rationem verborum habendam, vix enim ex pro-
lata

DE ANGELIS CUSTODIBVS. 83
lata esse, quin ilico ab Angelo, qui numquam nos
deserit, Deo repræsententur.

IX.

Nec nostris dumtaxat Angelis cultum obsequi-
umque debemus, sed & Angelis maiorum ac pa-
rentum nostrorum, & præsertim matrum, quæ
millies sanè periculū cū foetu incurrissent, ni ab
Angelo tutore conseruatae essent. Cum etiam,
iuxta Tertullianum, corpora ipsa in vtero matris,
Angelorum operâ ministerioque organizentur,
quod *diuinum* ipse *officium* vocat; non verò Ale- *Lib. de*
monæ, Nonæ, Decimæ, Partulæ, Lucinæ, cetera- *animæ*
rumque dearum, quas conceptioni, gestationi, & *c. 37.*
partui prægnantium præesse cæca Gentilium fin-
xit superstitio.

X.

Angelorum etiam minimis in rebus agnoscen-
da opitulatio, at præsertim in maximis, à quibus
vniuersæ vitæ ratio dependet. hac de causa S. Gre- *Orat. pa-*
gorius Thaumaturgus Angelo suo custodi gra- *negy. 5*
tias agit, quod Origenem præceptorem ac docto- *chart. ad*
rem nactus sit. *Origenē.*

XI.

Dinæ fratres Iacobo parenti, coedem Sichimita-
rum coarguenti, ita responderunt: *Numquid sicut Gen. 34.*
scorto abuti debuerunt sorore nostra? Audire hæc
videor verba repetentes Angelos tutelares, iu-
sta aduersus improbos, qui naturam humanam,
germanam Angelicæ sororem, dedecorare & in-
famare non cessant, indignatione commo-
tos. Quin si quando verò mentes æmulæ & li-
uidæ explodunt, aut offenduntur, quod ad homi-
nes, suis vita pares, custodiendos vsque sese
abijciant, audire videor respondentes: *Sic ho-*

XII.

eft,

est, quod non in illorum ruinam coniurārit, vos volo & iubeo in illorum beatitudinem conspire, salutem illorum iunctim inuigilare, hos quidem auxiliando, illos illuminando, & simul omnes pro eisdem deprecando. Ab hoc mandato decretoque tam ordinarium quā extraordinarium, quod ab Angelis sentimus, auxilium descendit. Et quoniam mille auxiliorū sunt genera, quae experiri re ipsa satius quā verbis referre, vicissim enucleatius diaboli erga animas odium, & quibus eas in perniciem attrahere, artibus fraudibusque contendat, contemplemur,

XIII.

Imaginabor videre me Luciferum cacodæmonum omnium principem, in medio campi Babylo-nici, ignito confidentē solio, & ipsum quidē toto vndiquaque corpore, quod quā possum teterri-mū & maximē horrendū illi affingā, flammis igni uomis fumoq; cinctum. Pingā me deinde audire, quomodo varios ad se cacodæmones aduocet, & praesertim Leuiathan qui ad superbiam impellit, Baalberit qui iram exaeruit, Beelsebub qui liuorem & inuidiam mouet, Mammon, qui diuitiarum cupiditatem accendit, Asmodeum, qui concupiscentiae motus causatur, Beelphegor qui ad ingluuiem excitat, Baalim denique & Astaroth, qui inertiam fouent; post hosce Principes innumera aliorum spirituum immundorum farraginem adesse iussam ita alloquitur; Est animus sub imperium meum animas omnes Christianas redigere (nam infideles omnes iam clientes habeo) & ita casses & pedicas spargere, nulla ut effugiat, nulla ut crucifixum profiteatur, Agite dum Spiritus bellaces, potentes malitia, audacia

infracti, Italiam omnem, Germaniam, Hispaniā,
 Galliam, insulas Britannicas peragrate; quin &
 mare Mediterraneum traicientes Græciam ipsā
 petite, & vbicumque terrarum Galilæi nomen
 numenque adoratur. Fidem illorum, dogmatum,
 sectarū & Ecclesiarum falsarū, quæ omnes se il-
 luminatas, reformatas, sanctificatas nuncupant,
 varietate turbate, & dum de vera inter se digla-
 diantur, inter verisimiles date operam vt nulla sit
 quin nutet ac vacillet, ac proinde extra veræ fidei
 circumferentiam constituta. Spem illorum in
 præsumptionem, charitatem in amorem propri-
 um degenerare faciatis. Sedem Apostolicam in
 contentionem adducite, idq; potestatis spiritua-
 lis, quam Mariæ filius in Petrum quā abundā-
 tissimè contulit, prætextu. Date operam vt ea
 hominum mentibus infideat opinio, de religio-
 ne non esse magnopere laborandum illi, qui re-
 rum intelligens ac peritus haberi velit, & qui-
 cumque sincerus bonusque patriota esse cupit,
 hunc nec Hispanizare, nec Papistam agere debe-
 re. Voluistis iam ante Galliæ statum religionis
 prætextu subuertere, iam verò religionem itatus
 prætextu subuertite. Si quis autem religiosus ob-
 sistere, si quis cucullio aduersari conatibus vestris
 voluerit, aduersus pestem hanc plenis buccis de-
 bacchemini, purulentam hanc tabem eijcite, pro-
 scribite, calumnijs incessite, iniurijs onerate, ve-
 xate, nulla aut ad respirandum aut viuendum
 quiete data: ita eos omnibus exosos & perosos
 reddite, vt dedecori sibi quisque ducat, il-
 los fouere, amare, & fauore prosequi. Sunt por-
 ro tenebriones nonnulli supersticiosi, Sacramen-
 ta frequentantes, quibus nonnisi difficillimè
 malum,

malum, si nudè palamque proponatur, persuadeatis; cum huiusmodi cautè simulandum, & virtutum specie tales decipiendi. Hos, si de religione res agatur, temerè ad arma impellite, & indiscreto zelo accendite; si orationi incumbant, illusionibus replete; si mortificare corpus & concupiscentias studeant, excessu vt peccent, & valetudinem ladan, efficite; si in Dei præsentia, magnà cum mentis serenitate agere voluerint, scrupulis, anxietatibus, perplexitatibus, tetrica melancholia, ac iudiciis temerariis arrodite; si quis illorum puritati studeat, tentationibus hic crassioribus oppugnandus non est, sed mercenarius huic spiritus in deuotionibus instillandus, vt scilicet consolationes ambiat, in affectibus sensualitatē præferat, ac tum ariditatem spiritus illiingere, vt tū à creaturis emedicare solatiola incipiat, qualia fortè dabunt gratæ cum amicis conuersationes & societates profanorum scriptorum, historiarum, quas dicunt tragicarum, Astree, Armidis, & Metamorphoseos Ouidianæ, similiumque nugarum lectio. Persuadete, eam sine vlla peccandi intentione fieri, at duntaxat vt loquendi, respondendi, litterarumque scribendarum methodus comparatur. Excitanda deinde in mente illorum rerum lectarum memoria, post imprimenda viuax illarum imaginatio, prout memoria suggererit; acucenda curiositas, ad rectè quæ lecta sunt intelligenda, etsi duntaxat vt ad matrimonium propendeant; sensim quoque vellicanda sensualitas, excubandum omnem mox in partem vt fomes hic ignem concipiat, primò in cogitatione, deinde in desiderio, quin & oportunæ actus consummandi occasiones proponendæ; in quos si consenserint, confestim

conscientia obduranda, syndereſis omnis extinguenta, vitium vt honorificum iis proponendū, itaque eiufdem habitus frequentandus, vt in naturam quodammodo tranſeat. Qui verò paſſioni alicui obſecutus eſt, huic perſuadendum, fieri id, quò grauiora mala euitet, & in iis quæ p fragilitatē committuntur ignoſcendis, Deū clementiorē ac benigniorem eſſe ſolere; hic humilitati magis eſſe locū, & ad contritionem facilius hoc pacto perueniri. Notetis velim, ſi quando quis reſipicit, & peccare deſinit, potius illi ieiunium, elemoſynam, orationem, & aliud quiduis permitendum, quàm confeſſionem. In ea namque vel momento amittimus, quod longa annorum ſeruo vix comparamus; & quoniam Confeſſarius omnia penè poteſt, memineritis confeſſionem ſuſpectam reddere, & quibuſcumque licuerit modis confeſſarios perſoſos. Ceterum nec frumēto, nec vino, nec fructibus pareite; vtrumq; peruagamini mare, tempeſtates ciete, duella ſemiſopita reſtaurate, ſi verò legibus decretiſque eadem vetari videritis, occultas cades graſſationeſq; veteres denuo inducite, quæ duellorum vicem occupent. Videte, ne ſuam mercatores opinionem exuant, qua tanti rem vendere, quanti potuerint licere credunt, & ſuam opificeſ mechanici, qua ad oculus ſemper operam præſtant. Denique quoniam Religioſi anima delicatiſſimus nobis eſt bolus & optatiſſimus, duplicato numero & iunctis animis eam, quantum licuerit, exagitate, ex toto conatu viribuſque tentate, magnum quidem honorem ſpondeo, aliquod mari terræ malum cauſantib⁹, at ſingulari illū prærogatiua afficiā qui Religi-

DE ANGELIS CVSTODIBVS. 9

Religiosam aut Religiosam ad casum pellexerit.
Ite igitur, generosi spiritus, ite, currite, volate, & ultionem sumite de eo, qui tam horrendis vos poenis adduxit, nosque infernum nostrum & gehennam, quocumque demum cōcesserimus, nobiscum circumferre cogit, Qui cum vos assidue tor queat & cruciet, vos illum vicissim continuo diuexate; cum implacabili vos & irreconciliabili bello exagitet ac premat, vos quoque incessanter, continuo ac immaniter illum lacestate. Ah æternitas furoris receptaculum!

COLLOQVIUM.

Non ex mihi facultates aut vires sunt, Domine, vt dignas tibi pro ingenti hoc tutelæ ac directionis per Angelum protectorem, cui salutis meæ curam committere tibi placuit, gratias beneficio agam. Ita scilicet, Pater misericordiarum, in omnibus ad me spectantibus excubas, tantamque industriam adhibes; & sanè minor misericordia non requirebatur ad miserum me saluandum, cum præter infirmitates domesticas, quibuscum luctor assidue, etiam cum potestatibus æris mihi sit res, cum gigantibus inquam magnis, & potentibus spiritibus, qui cum ruinâ suâ naturale robur non amiserint, toties suas nos vires cogit persentiscere, quoties in nos sæuiendi illis habenas & potestatem laxas. Contra eos potissimum armigerum & protectorem mihi dedisti, qui noctu diuque me circumstans decertet. quoniam verò beneficium hoc tantum est, quanta sunt bona quæ inde mihi accedunt, & quanta quæ euito mala; necesse est vt ipse mihi custos in gratiis agendis auxilio sit.

fit, ipsumque summa cum humilitate & affectu compellem.

Ad te igitur venio fidissime amice dulcissime sodalis, & suavissime pedagoge, nō tā vt tibi gratias ob mei curā & sollicitudinem agam, quā vt orē quo humillimam actionem gratiarum meo persoluas nomine ei, cuius iussu & amore hæc mihi obsequia præstas. Equidem adeo inops, debilis & miser sum, vt sine ope tua & gratiæ auxilio ne vel minimam cogitationem sanctam piamque à me ipso habere possim, nedum tam singulare beneficium agnoscere. Quamobrem tuum erit, si placuerit, pro more defectum meum supplere, simulq; meminisse, esse te huius obligationis subiectum, & charitatem tuam hypothecæ huius materiam. Quoniam verò operam tuam & laborem rectè collocatū existimas, cū tempus ipse meum communis vtriusque nostrum Domini obsequio impendo, fac obsecro, omnis vt vita mea continuum sit holocaustum & nonnisi eius nomine viuam, nonnisi eius nomine operer, nonnisi de ipso loquar, & de ipso solo cogitem. Corpore velut ergastulo quodam conclusus teneor, in eo velut alter Ioseph compedibus vinctus suspiro. vos verò benigni & anici conductores adeste, & ad perfectam nos libertatem traducite, vos veri terræ promissæ exploratores animos suggerite, vt ad veram patriam nostram tendamus, vos diuini consiliarij praua maligni Achitophelis dissipate molimina, magni Salomonis stipatores arcæ testamenti obuiam procedite, eamque in debitum habitationis suæ locum deducite; certissimi ac peritissimi conductores Tobiam deducite, & peregrinantem nolite deserere, donec paternam in domum ipsam introduxeritis. Vos ^{vite} ~~coram~~

nostræ

DE INTERCESSIONE SANCTORVM 93
 nostræ præfides, peregrinationis duces, navigationis nauarchi, dierum nostrorum Pharos; præceptores, qui mores efformatis; catechistæ, qui mentes purificatis; ducēs, qui nos ad bellum progredientes præceditis. verbo vt absoluiam, vos amici nostri integerrimi, vos necessitates nostras perspectas habetis, vos hostium nostrorum & odium & robur nouistis, infirmitatem nostram videtis, vos quantum damnationis sit malum, quanti momenti nostra sit salus, intelligitis. Præstate absceō, illam vt euitare, ad hanc verò peruenire valeamus, vt tandem finitis vitæ nostrę diebus, laborum vestrorum fructus offerre Deo possitis. Amen.

MEDITATIO VII. DE INTERCESSIONE SANCTO-

rum

PVNCTVM I.



Eximium hoc beneficium est, & vix vllū ad salutem nostram ita necessarium, modò verum sit multum valere deprecationem iusti, vt Apostolorum quidam ait. Quod vt intelligamus, consideremus

Iac. 5. 16

oportet, sanctos qui cum Deo beati sunt, nobis auxiliari nosse, velle & posse. Inprimis verò necessitates nostras perspectas habent, miseras & ærumnas nostras vident, precesque nostras triplici ratione audiunt; primò in Deo, deinde referentibus Angelis, tertio per species impressas aut notiones infusas. In Deo quidem eò quod eis suam manifestando essentiam eadem simul opera manifestat ea quæ ad beatitudinem ipsorum

psorum interest scire, cum summa felicitate consistere nequeat, cum per hanc liberi sint & à culpa, & eam comitari solitis, ignorantia inquam, fragilitate, & malitia. Notissimum porro est non modò in Deo nos repræsentari, verùm & in ipso esse, viuere & subsistere, magis quàm in nobismetipsis: & proinde eum qui videt, nos videre, mox vt inuocatio aut alius nexus tum naturalis tum supernaturalis quamdam inter nos, & spiritum Dei visione fruentem relationem ponit; qui velut speculum & voluntarium theatrum est, in quo cuncta sua in essentia reuera, nò verò per accidentia sua & apparentes imagines repræsentantur. Hinc primitiuus Christianis Apostolus Petrus promittebat, non modò se viuentem, sed & mortuum, vnicuiusq; illorum memorem fore: hæc eius verba:

1. Pet. 1.
13. *Iustum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione: certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos POST OBITVM MEVM, vt horum memoriam faciatis: ita porro id ipsum Chrysostomus intelligebat, quando in homilia de natali beatorum Apostolorum Petri & Pauli, suis ipsos verbis commonefacit, vt pro se intercedant, & huius loci promissum potissimum iis proponit.*

Tobia 12.
12. *Et si hac ratione in Deo cuncta non viderent, Angeli haud dubiè id ad sanctos referrent. vnde in historia Tobiaë legimus: Quando orabas, cum lacrymis ego obtuli orationem Deo: & apud Zacharia, in quo Angelus Dei ait: Domi-*

ne exercitium, vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & urbium Iuda quibus iratus es? Iste iam Zach. 1. septuagesimus annus est. Si preces nostras & 12 necessitates repræsentent Deo, qui seipso easdem cognouit, quanto potius sanctis eas aperirêt, si eas ipsi aliunde non scirent? Accedente præsertim affectu quo nos prosequuntur, & gloriæ diuinæ ac salutis nostræ zelo huc eos inuitante. Testatur hoc gaudium quod peccatore à vitâ praua resipiscente illis esse Saluator ait: *Luc. 15. ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis super uno peccatore pœnitentiam agente.*

An verò gaudere quis dere quapiam potest quam ignorat? an voluptatem afferat id cuius contrarium aut priuatio nullum dolorem causatur?

Tertia ratio, qua & preces nostras sancti audiunt, & necessitates intuentur, in speciebus quæ ipsis impressæ, & notionibus quæ illis, mox vt anima mortalibus vinculis soluta gloria donatur, collatæ sunt, sita, quod rationibus variis declarari potest.

1. Par est Animam beatam iis omnibus qualitatibus donari, quæ beatitudini suæ proportionatæ sunt, & minimè decet rustici animâ, verbi gratia, in coelo semper ignaram rerumq; omnium insciam manere? quæ si veritates tam naturales, quàm supernaturales mox penetret & assequatur, cur non & morales & totius Ecclesiæ statum? cur non & proximorum conditionem ac necessitates, ad ipsos humiliter ac certa cum fiducia confugientium, oremque implorantium, perspectas habeat.

2. Negari

2. Negari non potest quin animæ, statim vè corpore excedunt, ac cœleste habitaculum subeunt, non minori, per scientiam diuinitus infusâ, rerum omnium intelligentiâ scientiaque donentur, quàm Adâ, cùm omnibus quę in paradiso erât animalibus, nomina imponeret; & Salomon, quâdo ad populum ritè gubernandum diuinitus edoctus fuit. At quanta hæc ipsorum scientia infusa fuit? quis eam verbis assequatur?

3. Dubitandum non est, quin gloriæ lumen in anima beata tantum operetur, quantum prophetia in peccatores. Si ergo Prophetæ viderunt, quod non amplius erat, & præviderunt, quod nōdum exstabat, cur sancti non videant & cognoscant ea quæ iam existunt?

4. S. Stephanus cum in terra inter mortales ageret, & in Iudæorum tribunali confisteret, vidit quæ in cœlo agebantur; quid ni è cœlo iam videat quæ in terra fiunt? maiornè spatij distantia à terra in cœlum, quàm è cœlo ad terram vsque? maior Thebis Athenas, quàm Athenis Thebas vsque,

5. Elias cum curru igniuomo à mortalium conspectu auectus esset, rerum Israëlitarum sub Rege Ioram statim cognouit, vnde & litteras ad eum destinat, quarum in libris Paralipomenō fit mentio; negabimus ergo sanctos vnâ cum Angelis de conuersione peccatorum lætari & exultare?

6. Apostolus etsi corpore absens, animo tamen mētēq; apud Corinthios versabatur, & quid inter eos rerum ageretur nouerat; iam cœlo receptus, & gloria beatus, hæcce ignorabit.

7. Elifæus puero suo Giezi ait: *Nonne cor me-*

2. Par. al.
21. 11.

1. Cor. 5.
2.

4. Reg. 5.
21.

um in prasēti erat, qādo reuersus est homo de curru suo in occursum tui? cor autē Sanctorū nobis præsens esse non poterit? Lineæ à se inuicem in circumferentia diffusæ sunt, verū in centro non modò sibi mutuo vicinæ, sed & contiguæ.

II.

Notandum, Sanctos perfecto nos amore prosequi, non nisi vnum nobiscum corpus constituturum, idem nobiscum habere caput, & proinde *caritatem* illorū *numquam excidere*, vt ait Apostolus, *sive Prophetia euacuentur, sive lingua cessent, sive scientia destruantur.* Fides euacuatur, quando eius obiectum ad oculum patet; item spes, cum bonum exoptatum iam possidemus; at *charitas numquam excidit*, vt idem Apostolus docet. In secundo Machabæorum Onias Pontifex de Ieremia Prophetā hunc in modum loquitur: *Hic est fratrum amator, hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate.* Idem nouerat & Baruchi Prophetā, Ieremiæ puer & discipulus, dicens: *Domine omnipotens, Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te.* Ioannes item cum thymiamā ante thronum Dei ascendens exponit, *orationes sanctorum* eodem designari ait. Ergo cum D. Hieronymo dicam, si Apostoli & Martyres etiam in corpore agentes pro alijs orabant, cum tamen de sua ipsi beatitudine nondum securi essent, cur non id faciant modò, post coronas, victorias & triumphos? Vnicus Moses sexcēta hominum bellatorum millia Deo conciliare orando potuit:

1. Cor. 13.
8.

1. Cor. 13.
15.
2. Mach.
15. 14.

Bar. 3. 4.

Apo. 8. 4.
Aduersus
Vigilant.

Exod. 34.

G

Pro-

Protomartyr Stephanus, magistri exemplo, pro persecutorib⁹ & lapidantibus se Dominū deprecatus est; modò cum Deo regnantium minor erit auctoritas, aut imminuta potestas? Narrat D. Lucas, orante Apostolo, ducentas septuaginta sex animas, quæ eadem vehebantur navi, naufragii periculo eductas; & iam post toties optatam corporis sui dissolutionem, cum Christo præsens adest, obmutescet, labiaque laxare non audebit pro ijs, qui & prædicante & scribente illo, Euangelio credidêre.

III.

At quanta illorum apud Deum potestas & auctoritas? hanc ut melius intelligamus, perpendamus eos *constitutos esse Principes super omnem terram*: Ioannem autem dicere: *Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabq̃ illi potestatem super gentes, & reget eas*. Notanda quoque nobis miracula, quæ illorum, tum in vita, tum post mortem, operâ Deo exhibere placuit. hæc namque euidentis potestatis & auctoritatis ipsorum argumentum. Vti dum legimus ad officium Elisæi contactū mortuū ad vitā rediisse; & in Apostolorū actis, Petri vmbra, Pauli sudaria & senicinctia morbosos sanitati restituisse. Vnde cū Cyrillo Ierosolymitano infero animas ipsorū etiam longè maiora posse, precesq; & suffragia illorum tantò nobis utiliora esse, quantò anima corpore, ac cælum terra dignius, & quantò æternitas præponderat ei quod tempori & mutationi obnoxium. Quia verò cum Augustino dico, mirū ne-

rains

mini videri debere, si per Petri eatenas (quidni & preces) mirabilia patret Deus, iam coelo recepti, cum per eius mortali in corpore videntis vmbra non minora faceret. Cum eodem rursus dico, miracula, quæ per B. Stephani reliquias & suffragia facta sunt, esse propè innumera; ac proinde utile esse, ad sepulcra & monumenta Martyrum preces fundere, quòd hoc pacto animarum illorum merita & auctoritas nobis refricetur, quorum corpora & exuiz apud nos conspiciuntur. Obseruandum porro dum Sanctorum opem auxiliumq; depono, non in ipsis hærendum esse, sed eos inuitandos dumtaxat, vt coram diuinæ maiestatis throno se mecum abijciant, eique pro gloria ipsis data, gratijsque collatis, meo nomine grates persoluant; & ipsi vicissim pro me & vniuersa Ecclesia militante, eundem deprecantur.

*Serm. 5.
de sanctis
in fest.
Apost.
Petri &
Pauli.
Lib. 22. de
ciuit. r. R.
de cura
pro mort.
genent.
c. 4.*

2. Hoc in sensu Sanctorum inuocatio è sanctorum Patrum scriptis mirificè adstrui & probari potest.

3. Hoc item in sensu, qui communis totius Ecclesiæ est, non maior Christo Iesu iniuria fit, dum Sanctos cum ipso in gloria regnantes inuocamus, quàm Deo irrogatur (etsi comparare nolum) cum ad Christi Iesu animam nos conuertimus.

4. Dei Patris gloria, & Filij ipsius redemptoris nostri mediatio non magis læditur, dum Pauli opem quis inelamat, quàm dum idem Apostolus Romanorum se, Ephesiorum, Thessalonicensium, Rhodiorum, & Hebræorum precibus commendat,

mendat; & dum Deus ipse Eliphaz Themanitem, Baldad Suhitem, & Sopharem Naamathitem
Iob. 42. ad seruum suum Iob destinat, vt pro ijs ipse in-
8. tercederet.

5. Quemadmodum non repugnat paternitas & magisterium nostrum ijs, de quibus apud Mat-
Matth. thæum legimus: *Nolite vocari Rabbi, vnus*
23. 89. *est enim magister vester:* scilicet Iesus Christus, &: *Patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim Pater vester qui in cælis est:* sic nec mediatio & intercessio sanctorum Christi Iesu mediationi repugnat, modo vtraque sanè intelligatur. Denique cum deprecatio iusti assidua plurimum possit, magnum ad salutem momētum adfert à sanctis iuuari; & sanè hoc remedium minimè negligi, aut reprehendi ab ijs debet, qui Sanctorum communionem credunt, & gloriæ diuinæ exaltationem, animæq; salutem ardentèr faciunt.

FRVCTVS I.

IN primis hic discō quàm detestabilis sit hæresis, qua quæ nobis ad salutem comparandam media reliquit Deus, enervantur aut euertuntur; verbi gratia, bona opera, quæ ipsa bona esse negat, vel vllum meritum asserre; deinde diuinorū mādatorum obseruantia, quæ impleri minimè à nobis posse ait; Sacramentorum quoq; adminiculū, dum è septem quinque refecant, & in duobus reliquis, Eucharistia inquam, & Baptismo, in illo realitatem, in illo necessitatem tollunt; consilia docens quæcumque mandata esse; quæ à sanctis speramus auxilia & suffragia, nostras ab illis pre-

DE INTERCESSIONE SANCT. 101
ees afferens non audiri, Christoq; iniuriam fieri
illos dum inuocamus, atq; ita de ceteris.

II.

Si quando hæreticus dicet, sanctos à nobis tur-
bari, dum precibus, quæ ipsis offeruntur, illos
intentos esse volumus, eosque in Dei fruitione
& cõtemplatione quodammodo absorptos, de i-
pso dumtaxat cogitare; hinc disco quid illi re-
spondere debeam, scilicet illos aut nequitiam suã
prodere, aut Theologiæ parum gnaros esse, dum
spirituum Deo fruuentium capacitatem ad anima-
rum nostrarum, corpore etiam conclusarum, ca-
pacitatem metiri volunt; ita namque & Deo tol-
li posset providentia, ne fortè nimium circa sub-
lunaria & inferiora hæc occuparetur. Angeli cu-
stodes vix vmquam delectationem vllam habe-
rent, si aliquod necessitates nostræ beatitudini
ipsum impedimentum afferrent; quin verò nec
beati ipsi gloriã cœlesti donati se contemplari
mutuo auderent, si reciproca illos charitas
Dei visione priuaret. & sanè Deus ipse om-
nium miserrimus foret, si precum nostrarum
& supplicationum multitudo quietem eius in-
terturbare posset. Dicamus potius, sicut immuta-
bilitas, æternitas, & diuinæ essentia simplicitas
cum affectuum nostrorum varietate consistere
potest, quam eminenter & sine imperfectione vl-
la continet; ita & intelligentias Angelicas, & a-
nimas beatas, iuxta perfectionem suam tam na-
turalem quàm supernaturalem, videre quidquid
ad ipsos spectat, tum in diuina essentia, tum per
species impressas; quæ non magis imperturbabi-
lem illorum beatitudinem turbant, quàm habi-
tus nostri infusi aut acquisiti intellectû nostrum

grauant; & quàm aërem turbant species sensibiles, quibus plenus est. Quis autem nescit creaturas omnes esse velut totidem lineas quæ in Deum, velut in verum centrum, à quo exeunt, & in quod desinunt, terminentur? Quis inquam nescit, mundi huius vniuersi machinam esse, existere, & subsistere in Deo, qui causa eius efficiens, exemplaris, & finalis est, & verbo vt dicam, verus mundus archetypus.

III.

Circa mediationem Iesu Christi, omnibus errantibus os obturabo, eum nonnisi vnum *Mediatorem* esse dicam, *Advocatum* vnum, & *Intercessorem* vnũ, qui 1. natura sit, 2. redẽptione, 3. qui suo nomine loquatur, 4. qui absolutus interpositor sit, 5. solus mediator vtramque continens naturam, diuinam & humanam. 6. vnus mediator noui testamenti, per cuius sanguinem Pater reconciliauit & pacificauit omnia siue quæ in coelis, siue quæ in terris sunt. 7. quem *propositum* Deus propitiatione omnibus in ipsũ credentibus. Quæ non obstant, quò minus alij sint Mediatores inferiores & subalterni, quorum mediatio & intercessio supremi Mediatoris meritis & mediationi innitatur. Hinc Apostolus eum dixisset: *Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus*; Galatis scribere non veretur: *lex ordinata per Angelos in manu mediatoris*. Moïsi inquam, qui de seipso etiam ait: *Ego sequeſter & medius fui inter Dominum & vos*.

IV.

Benè in Threnis suis intellexit Origines, quomodo sancti coram throno agni se prosternere dicantur, ac vocem pauperis mendicantis, non tam

tam ad eleēmosynarium eleēmosynas distribuentem, quàm ad Principem dantem referri: *Incipiam*, inquit, *in genua me prostrornere, & Sanctos omnes orare, ut cùm oratio mea, ab peccatorum gravitate coram Deo comparere non audeat, ipsi mihi auxilientur. Obsecro ergo vos sancti Dei, cum fletu & lacrymis, quas plenus dolor elicit, ut pro me misero ad divina misericordia pedes accidat.*

V.

Circa id quod dictum est charitatem Sanctorum in altera vita durare, adducam Gregorij Nazianzeni hac de re sententiam, qui in oratione funebri qua Patrem mortuum est prosecutus, certè sibi persuasum ait, illum, sicut documentis & instructionibus filio dum viveret auxilio fuerat, ita & post obitum precibus sibi apud Deum adfuturum, & in oratione qua S. Basilium defunctum laudavit, inter cetera ab eo efflagitat, ut stimulum carnis, quem illi Deus reliquerat, reeunderet, aut gratiam saltem apud Patrem coelestem ad eum ferendum, & animosè exsuperandum obtineat. Cyprianus in quadam Epistola Christianos ad mutuam charitatem adhortatur, ut si quis à Deo vocetur, dilectio illum sequatur, & in vita meliori charitas perseveret. & a-

*Epist. 57.
qua est 7.
lib. 1.*

lio loco: *magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secuta, & adhuc de nostra salute sollicita. Ne verò hæc fortè consanguinitas me in errorem inducat, monet me Ambrosius, cognitione spiritus, sanctos ad pro nobis orandū & intercedendū, invitari magis quàm affinitate ipsa & cōsanguinitate,*

*Lib. de
mortal.*

*Lib. de
viduis.*

aitque spiritualement hanc cognationem in virtutum affinitate consistere.

VI.

Cum audio Sanctorum intercessionem singularem esse Dei gratiam, occurrit neminem ea Chrysostomo melius in homilia de poenitentia & confessione, cuius initium: *Obsecro, flagito, supplico*, expressisse, ait ergo: *Equidem & aliud longe euentius diuinae misericordiae argumentum agnoscō, dum enim nullos reperit in terra Deus, qui eius sint virtutia, veniam ut delictorum precibus suis obtinere queant, ad eos qui iam decesserunt se confert, illorumque opera & intercessione peccata remissurum spondet*, vti cum Ezechiae regi ait: *Protegam urbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter David seruum meum.*

4. Reg. 19.
34.

VII.

Vnde etiam discam, etsi nullo speciali praecepto sanctorum inuocatio in scriptura nobis commendetur; eius tamen vsum ē veteri testamento astrui posse, vti dum Israelitae Deum orant, vt Abrahami, Isaac, Iacob, Dauidis recordaretur. ē nouo item, in quo mulier Chananæ Apostolos etiamnum viuētes orat; & in quo thymiamatis & incensi odor ante Deum ascendens, de orationibus Sanctorum exponitur. Credere item debeo illam præcipi in quantum iubemur omnes Ecclesiae obedire, nisi instar ethnicorum haberi à Deo velimus, cum & ipsa in illorum honorem solennitates & dies festos instituerit, monumenta erexerit, preces publicas indixerit, quæ ad sanctos referuntur, quorum omnes participare tenemur.

VIII.

Adhæc sicut dare & non dare eleemosynam, si

exte.

DE INTERCESSIONE SANCTORVM IO:
extremam necessitatem, & singulare quod de ea
danda imponi posset præceptum, demas, vnicui-
que liberum est, item huic illam potius quam
illi dare ita quoad inuocationem Sanctorum, si &
Ecclesiæ præceptum, & ceterorum scandalum ex-
cipias, cuique liberum est, aut ad Deum solum
recurrere, aut sanctos insuper inuocare: & si au-
xilium inuocandum, aut ad illū aut ad hos clama-
re, & vno id tempore magis quam altero, prout
cuique videbitur, dummodo nulli hac in re ter-
minus aliquis aut taxa præscribatur, aut non re-
prehendantur qui pio quodā motu secus fecerint.

Primò autem Deus inuocandus, deinde Chri-
stus Iesus in quantum homo; post sequetur Dei-
para Virgo, deinde Angeli & sancti, quorum in-
uocatio nullam Deo mouere iniuriam potest, vti
nec honor quem iis deferimus, cum omnia ad i-
psum referantur. Exempli causa, si Virginem Ma-
riam singulari reuerentia prosequimur, eamque
inclamamus, nō aliam id ob causam fit, quam q̃
carissima eius sit mater: si SS. Petrum & Paulum,
quia eius Apostoli sunt, si Martyres, quia testes e-
ius fideles, atque ita de cæteris. Deū ergo in san-
ctis honoramus, & sanctos inuocamus in Deo.

Cum Ecclesia patiens, militans, & triumphans
nonnisi vnum cōstituant corpus, cuius mylticum
caput ipse Christus est; cū vnicuiq; de proximo
suo mādārit Deus, cum in sanctorū communione
sim⁹, cū primis homicida dixerit, *anne custos fra-*
tris mei ego sum: cū Dauid participē se esse dicat o-
mnium timentium Dominum, cum Angeli rebelles
in perniciem omnium nostrū conspirent, cum
sancti nobis auxiliari & norint, & possint; num-
quam du bitabo num & velint, nisi dum dubitare

G 5

coepero

coepero num in charitate sint, & Dei visione fruantur. Adhæc cum apud Deum nihil præteritum, at omnia sint illi præsentia, Sanctorum illi ac Deiparæ matris tam præterita quàm præsentia suffragia, pro alijs facta, quasi pro meipso offeram, rogaboq; ea mihi vt applicet, & illa imprimis, quæ Redemptor meus tam quadraginta illis, quibus ieiunauit, diebus, quàm in horto oliuarum & in cruce, meâ causâ Patri suo proposuit. Et tamen illa semper maiestatis eius ob oculos versentur, Patrem nihilominus, tam per merita quàm per desideria filij sui dilectissimi, mihi vt ea applicet & attribuat, obtestabor.

COLLOQVIVM.

O Terq; quaterq; beatæ animæ quæ apud Deum versamini tanta, imò maior mihi gaudendi occasio est, vos tales esse, quàm dolendi, me esse talem qualis sum, etsi omnium me peccatorum qui in terra degunt, credam maximum. Ratio evidens est, quòd vos communem nostrum Dominum magis honoretis, quàm ipse eum contemnã & vilipendã. Vos multò puriores, quàm ipse impurus; iustiores, quàm ipse iniquus feliciores, quàm ipse calamitosior. Hinc ex totis virib⁹ gratias ago, ac infinities benedico illum qui vos beavit, quòd vestrum minimus plus illi afferat gloriæ, quàm oēs simul mundi peccatores cõtumeliæ ac dedecoris. At continere me nequeo, quin in maxima miseria mea meipsum exstimulem, dicens: Eia age anima mea, licet miseri & ærumnosi simus, fratres habemus beatitudinẽ affluentes, si nos pauperes, illi opulenti; si nos peccatis obnoxij, illi delinquere nequeunt; si seruire Deo non possumus aut nolimus, illi & sciunt, & possunt, & volunt. Benedi-

nediſtus Deus qui tales ſibi ſeruos reſeruauit,
 quorum minimus pluris eſt, quàm dæmones cùm
 damnatis omnibus. Vtinã aliquando ijs annume-
 rari detur, vtinã eos imiter ! vtinã iter quod illi
 calcarunt inſiſtam! quanti vocationem meam fa-
 cerẽ! Verũ ſi in hoc, anima, defecerimus, quid no-
 bis fiet? annon ſatius millies eſſet numquã fuiſſe,
 vel amodò deſinere eſſe , quã eſſe noſtrum nolle
 ſubiicere ei à quo ipſum accepimus, & qui ipſũ eſt
 eſſe! Verũ ſic quidem hætenus, chariſſima, pro-
 ceſſimus , iam greſſum mutemus, vnica mea.
 Greſſus noſtri , ſunt affectus , hos expurge-
 mus ; mores noſtri diffuſi ſunt , colligamus;
 viz noſtræ errantes & deuia, dirigamus ; ac ne
 ampliùs erremus, ſequamur Sanctos, illorum-
 quæ veſtigijs inſiſtamus. Ex iſdem formati e-
 rant principijs quibus nos, ex iſdẽ compoſiti ele-
 mentis, eiſdem è qualitatibus compacti, iſdẽ ten-
 tationibus ſubiecti, eiſdem expoſiti periculis, ab
 iſdẽ vexati inimicis, eadẽ iſtis intentata ſuppli-
 cia, nõ erat pectus eorum æreũ aut Chalybeũ, na-
 tura eorum fragilis & infirma, vt noſtra, mundus
 nõ minùs eos allatrabat quàm nos , caro illis erat
 refractaria, & aduerſarius Satanas; quãdo ſuos i-
 pſi debellarũt hoſtes, noſtros debellarũt; oſtẽdẽ-
 tes nos, ſi modò velimus, non minùs iſtis, victores
 fore, non noſtrã ipſorum ope, ſed iſdẽ , quibus
 ipſi auxilijs. Adfuitnẽ illis Deus? aderit & nobis,
 eius gratia affulſit? affulgebit & nobis, Sacramen-
 ta vim contulerunt? conferent & nobis, aliorum
 iſtis ſanctorum , qui præceſſere, fauor auxilio
 fuit illorum ſimul & horum fauor iunctus nobis
 non dærit. Demum eundem habemus Crea-
 rem, Patrem, ac Redemptorem, eandẽ Eccleſiã
 in ma-

In matrem, eandem Scripturam in librum vitæ, idem quod ipsi verbum velut nuntium receptibile, eadem mandata, eadem consilia, eadem promissa, eadem auxilia, & ni per nos stet, tandem & eandem mercedem ac præmium. O Iesu Christe, sancte sanctorum, primogenitæ familie Dei, miserere mei propitius. Tu oceanus, è quo omnis sanctitatis flumina, pmanât, & in q̄ deinde reuertuntur: merita tuâ nostrâ sunt, & nonnisi per te gratia nobis daturî fac Domine vt sim secundum cor patris tui, & si non sanctus, saltem in gratia tua sim, & inimicus non sim. Ignis me consumat, aqua absorbeat, terra deuoret, quàm vt ad te offendendum viuam.

Obsecro te, ô mater, regina Angelorum, mundi imperatrix, inter puras purissima, inter sanctas sanctissima, per viscera quæ redemptorẽ meum tulere, per vbera quæ illum lactauere. Adiuro te, immaculata, & oro te, ô caritate inter omnes puras quæ sunt vel vmquam fuerunt creaturas ardentissima, hanc vt mihi gratiam obtinere digneris, vt quas commisi in filium offensæ, mihi ignoscantur, & ne in posterum easdem committam.

Vosque animæ beatæ, quæ ad coelestem Hierusalem ius habetis, animæ, quæ magni regis mensæ assidetis, oro vt nos reliquiarû & anactorum, quæ diuinis epulis vestris supersunt, participes reddatis. Magni Assueri spôsæ, quarum connubiũ hic in terra initum & contractum est, benignos oculos vestros in nos coniicite, & benignarum influentiarum vestrarum partem in nos depluite. Coelestis Booz messorum aspicilegium aliquod relinquite iis, qui post vos spicas legunt. Fideles terræ pro-

DE BONORVM OPERVM MERITO 109
 ræ promissæ exploratores, cum racemum iam
 manu teneatis, facite obsecro, vt aliquis in nos vs-
 que liquor distillet. Colubæ, quæ in arbore vitæ
 nidificatis, liberate nos à vulture infernali, har-
 pyis & rapacibus miluis nonnisi animarum no-
 strarum direptioni ac deuoratiōi inhiantibus.
 Agni sine macula, qui in montibus pascimini, o-
 uiculam hanc quam in mundi huius deserto er-
 rantem & continuò voracissimos inter lupos a-
 gentem cernitis, curate. Tuque in primis, diuine
 Salomon, qui gloriæ tuæ templum è mundi hu-
 ius Libano extruisti, conserua & reserua nos, quò
 aliquando in lapides diuini Sionis coaptemur.
 atque vt mallei sonus in domustuæ structura
 auditus nō est, ita nec vitæ huius passiones ac per-
 secutiones lapides electionis, in tam nobilis
 ædificii structuram destinatos, lædant aut com-
 minuant.

MEDITATIO VII.

DE BONORVM OPERVM MERITO. PVNCTVM I.



Vinq; sunt operum genera: *Vituum*,
mortuum, *mortiferum*, *mortificatū*,
 ac *uiuificatum*.

Exech.
 18. 9.

Vituum est, quod in gratia factū,
 quodque caritas comitatur, quo,
 vt Dominus ait, *Iustus uiuet*: si vel

Matth.
 10. 41
 2. Cor.
 4. 12.

haustum frigida porrexerit, mercede sua non
 carebit: & quod etiam Apostolus scripsit, *vitam
 operari in nobis*.

Mortuum est, quod bonum quidem & morali-
 ter ex se laudabile est, at factum ab eo qui in pec-
 cato mortali est: quodque gratiæ iustificantis (que
 vnicū

unicum vitæ principium formale) defectu mortuum est, nullumq; cum æternitate commercium habet; non tamen desinit esse bonum, quoniam vel ad aliud peccatum evitandum, vel ad animã, ut se agnoscere incipiat, disponendam, vel ad bonum exemplum aliis dandum, vel ad diutius vel beatius viuendum, conducit. Tales fuere virtutes Socratis, Epicteti, Senecæ aliorumque similium: talis & fides plurimorum, quam D. Iacobus *mortuum* nuntiat, quoniam charitate destituta est.

Mortiferum, ipsum peccatum est, de quo scriptum: *Anima qua peccaverit ipsa morietur*, & alibi: *Si auerterit se in flus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem in prauaricatione, qua prauaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur*. Hinc & Angelus quidam dicebat: *Qui faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt anime sue*.

Mortificatum est, quod initio quidẽ meritorium erat, cum scilicet qui ipsum faciebat, in gratiæ statu erat, sed spiritali auctoris sui morte quodammodo mortificatur; *Si in flus*, ait oraculum vitæ, *à iustitia sua se auerterit, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones, quas operari solet impius, numquid viuet? omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur*.

Opus viuificatum est, ipsum quod ante mortificatum diximus, quando nempe vitam, quam aliàs habuit, recuperat, idque auctoris sui conuersione, iuxta id quod per eundem Ezechielẽ Deus asseruit dicens: *Omnium iniquitatum peccatoris poenitẽtis, quas operatus est nõ recordabor*.

in in.

DE BONORVM OPERVM MERITO IN
in iustitia sua quam operatus est viuet. Atque hæc
 est prima stola quæ prodigo filio parentis sui ius- *..Lib. 3.*
 su reddita, iuxta *..* Augustini & Hieronymi ex- *qq. Ench.*
 positionem. *c. 33.*

II.

Opus omne *vinum* vel *uiuificatum* quatuor *Damasc.*
 habet qualitates : est enim *meritorium*, *satis-*
factorium, *impetratorium*, *consolatorium.* de *Matth.*
 prima dictum est, filium hominis vnique
 redditurum mercedem secundum opera sua. de se- *16. 27.*
 cunda *..* Daniel Nabuchodonosori ait, *peccata* *Rom. 2. 6.*
sua elemosynis redime. Propter tertiam promisit *Apoc. 2. 2.*
 Abraham Deus, * *Quia fecisti hanc rem benedicam* *12.*
tibi benedictionibus varijs. De quarta scriptum, *Psalm.*
 † *Dicite iusto, quoniam bene.* & alio loco : *13.*
securus *.. Dan.*
iusti, quasi iuge conuiuium. *4. 24.*
** Gen. 22.*

Inter quatuor hæc boni operis proprietates *16.*
 hoc discrimen : primam dumtaxat personalem *† Esai. 3.*
 auctori suo manere, *meritum* inquam, nulli alteri *10.*
 vt communicari queat, Deo per Ezechielem dicē- *Prou. 15.*
 tes *Iustitia iusti super eum erit.* At *satisfactio*, *impe-* *15.*
tratio, & *consolatio* extendi & communicari pos- *Ezech.*
 sunt ijs qui per gratiam myltico filij Dei corpori *13. 20.*
 inserti, ac proinde in Sanctorum communione
 sunt. Ita satisfaciebat Apostolus, *adimplens ea*
qua defunt passionum Christi pro corpore eius
quod est Ecclesia. & alibi dum optat esse anathema *Col. 1. 24.*
 pro fratribus suis. ita & Daniel ieiunabat, seq; af- *Rom. 9. 3.*
 fligebat pro populo, qui in Babylone capti- *Dan. 10.*
 uus detinebatur. Quantum ad *Impetrationem*, *12.*
 Iob pro filijs & amicis sacrificia offerebat. De *Iob. 35.*
Consolatione scriptum est, *gaudium esse in celo* *Luc. 15.*
super peccatore penitentiam agente. & alibi, ita o- *10.*
 pera nostra coram hominibus relucere de- *Matth. 5.*
 bere *16.*

bere, vt glorificetur Pater noster coelestis, qui in coelis est.

III.

Quatuor harum proprietatum nobilissima & excellentissima est *meritoria*, cui ex condigno & in rigore iustitiæ visio, possessio, & essentiae diuinæ fructio respondet, simul & alia ad gloriam æternam spectantia. Quod vt bene comprehendatur, meriti omniumq; bonorum operū, quæ in mundo fiunt, considerandæ causæ. Prima est *efficiens*, eaq; principalis, & hæc est Deus ipse primus omnis bonæ actionis & intentionis auctor, motor, & promotor, qui *operatur omnia in omnibus*, nec modò *dat velle, sed & perficere*, suaque in nobis opera præmiatur. At nihil facit ipse quod non se sit dignum, & sine, ad quem id ipse refert. Hic porrò finis eius est gloria, quæ consequenter suum in omnes actiones, verba & cogitationes, quæ ad ipsam referuntur influxum habet; atque hæc secunda est causa, quam *finalem* nūcupat. tertia *meritoria* est, ipse inquam Christus Iesus, sine quo nihil, quod coram Patre eius velut dignum apparere queat, dicere, facere, aut cogitare possumus; cuius ea erga nos fuit bonitas, vt non modò promereri pro nobis voluerint, verum insuper ita sua nobis dare & applicare merita, vt in ipso & per ipsū mereri possimus, etsi vel tantū haustum frigidæ indigenti præberemus, q; ipsemet exempli loco proposuit. Quarta *formalis* est, ipsa inquam gratia, per quam esse se Apostolus ait quod erat, & quam per iustitiam regnare in nobis optabat, sicut per eandem iustificati sumus.

Sicut ergo adamas aut carbunculus monili, cui inserti sunt, decus ac pretium addunt: ita actiones no-

DE BONORVM OPERVM MERITO.

nes nostræ omnem à gratia valorem suum hauriunt, gratia vero numquam sine charitate est, nec charitas sine perfectionibus quas illi Apostolus attribuit. 1. Cor. 13.
7.8.

Quinta est *exemplaris*, quæ est Iesu Christi vita, ad quam omnis actio laudabilis conformari debet: cum vero per charitatem anima illi unita est, eius actiones in illius actionibus *absconduntur*, ut loquitur Apostolus, quin & sepulta & vivificantur cum ipso, anima quoque vitam in ipso habet, perque ipsum omnimodis ditescit; atque vas ferreum fornaci iniectum ignis qualitatē induit, inque eius substantiā mutatum videtur, ita omnia sunt nostra, *Nos Christi, Christus autē Dei*. Col. 3.3.
Gal. 2.20.
1. Cor. 1.5.
1. Cor. 30.
23.

Sexta *instrumentalis*, quæ rursus duplex est, *coniuncta & separata*; hæc sacramenta sunt, illa sanguis eius & passio. Nam ut aquæ in vinum infuso hanc illi perfectionem adfert, ut colorem, saporem ac potentiam vini induat; ita actiones nostræ per supradictam transfusionē, & in actiones filij Dei incorporationē supernaturaliter nobilitantur, ac quodāmodo deificantur. Hinc Apostolus omnia, etiam vel edere ac bibere, in Dei nomine fieri vult, qui scilicet nos intuetur, non in nobis ipsis, sed in carissimo filio. Quam unionem ut demonstraret, voluit in calicis consecratione paucillum aquæ vino immisceri. 1. Cor. 10.
13.
Matth. 16.
17.
Rom. 1.6.
Matth. 2.
12.
Ezech. 10.
41. 42.6.
20.8.
Marc. 9.
40.
Luc. 6.23.
1. Cor. 3.8.

Septima causa, ob quam bona opera meritoria sunt, à Dei promissis nobis factis procedit, dum nempe se singulos ex operibus suis agniturum, singulis mercedem redditurum; & vitam æternam in præmium daturum ait. Quamobrem quēdāmodum Saul filiam suam Michol dare tenebatur in conjugem illi qui Goliadam prostravit.

H

1. Reg. 2. Reg. 3. 14

set, & David illum, in rigore iustitiæ, ad fidem promissam tenendam cogere poterat, etsi tam illustrem sponsam vel vno fundæ iactu sibi cõparasset; ita etsi opera nostra multo viliora & abieciõra essent quàm reuera sunt, modò in Deo & propter Deum facta sint, verè vitæ æternæ sunt meritoria, tum ob rationes iam commemoratas, tum quòd ita Deus promiserit.

FRVCTVS I.

E Supradicta operum distinctione disco, quando quis gratiâ destitutus est, illum esse velut nauem clauo directoreq; carentem; vt ouem sine pastore, vrbem sine magistratu, mundum, si dicere fas, sine sole, corpus inanime, animam spiritus expertein, & spiritum Deo vacuum. Nam vt corpus, post animæ egressum, cadauer fit; sensus omnis & motus expers, ita & anima gratiâ denudata, nihil facere, dicere aut cogitare potest, quòd coram Deo comparere dignum sit. Atque vt corpus mortuum & exanime in putredinẽ conuertitur, & quò diutius in terra manet, eo magis corrumpitur; ita & animæ, quæ in peccati mortalis est statu, quotidie crescit corruptio, cæcitas, malitia, foetor, scandalum, & in iniquitate; sordibus, maloq; habitu magis magisque procedit.

II.

Cum nihil præter Deum, sine Deo, & comparisonẽ Dei magnum sit; quæcumque sine ipso, præter ipsum, aut cõtra ipsum facta sunt, etiamsi mundi iudicio optima ac præstantissima iudicentur, nullius prorsus sunt valoris. Et cum ipse sit esse, ab ipso, quidquid esse vult, hauriat necesse est. Rursus, sicut vt quid ab ipso naturaliter dependeat, illi per naturalia principia vnitum sit oportet, per

DE BONORVM OPERVM MERITO in
materiã inquam, formam, earumq; dependen-
tia: ita vt quid supernaturaliter ad ipsum perti-
neat, per gloriæ principia, quæ sunt gratia, chari-
tas, & quæ ad ipsas referuntur virtutes Theologa-
les, Cardinales, & morales; illi coniungatur o-
porter.

III.

Vt nullum Deus malum impune habere sinat,
ita nec bonum vllum irremuneratum; hinc & pre-
miatur opera moraliter tantum bona; etsi vitæ
supernaturalis principio destituta; ac propterea,
secundum Augustinum, Romanis mundi impe-
rium concessit, quod omnibus quæ tum in mun-
do agebant gentibus aut virtute præcellerent, aut
minus vitijs indulgerent. Quin & huiusmodi o-
pera animam quodammodo disponunt; & eam
aut aptiorem, aut saltem minus inhabilem red-
dunt, ad gratiam iustificantem recipiendam.

IV.

Ratio, cur omne opus extra gratiam factum,
sit mortuum est, quia ipsa vnicum vitæ supernatu-
ralis principium; quod cum illi defuerit, vitæ om-
nis deest. non aliter atque id cui anima vegetans
deest, crescere nequit; quod sensitivum caret, omni
sensu priuatum est; quod rationali destitutum,
ratiocinari nequit. Denique res vltius ac subli-
mius efferri aut enehi nequeunt, quam ipsarum
formæ vis ferat. Nihil ergo magis nobis cordi es-
se debet, quam gratiæ ipsius conseruatio & sedu-
la custodia.

V.

Ex hoc antecedenti discrimen inter opera
Mortificata & *mortua* colligere est; *Mortuum*
namque cum in peccati letalis statu fa-
ctum sit, nunquam vitæ habuit principium.

mortificatum verò è contrà vitæ initium habuit, vtpote factum cum auctor eius in gratia erat. Hinc dum peccator resipiscit, opera *mortificata*, velut iure doloris, aut potius resurrectionis aut regenerationis recuperat: quòd de *mortuo* dici nequit, quòd cum numquam vitæ principium habuerint, nec ipsum regenerationis aut resurrectionis consequenter habere possint.

VI.

Opus *uiuificatum* insignem me Dei docet misericordiam; quod diuina maiestas peccatori in aliquod, post resipiscentiam erratum prolābenti, peccata antè condonata non imputet (præter maiorem eius ingratitudinem:)& dum iustus qui cecidit, resurgit, bona illi opera & vestem iustitiæ reddat, quam D. Lucas *solum primam* nuntiā. Misericordia ergo iustitiæ in omnibus effectibus in naturam humanam redundantibus præcellit.

VII.

Quæ opus *mortiferum* sequuntur mala, docent omnem hominis sapientiam in peccato letali euitādo consistere. Qui in gratiæ statu est, etsi à bonis externis pessimè instructus, diues & magnus est; in statu verò peccati nihil est, imò minus & peius nihilo, etsi aliàs ditissimus, doctissimus aut potentissimus. Utinam vel eo pertinissēmus, vt de nobis dici queat, quòd olim de S. Ioanne Chrysostomo non nemo: *Frustra homines hunc mīa intentantur, vt qui præter peccatum nihil timeat.*

VIII.

Ex eo quòd bonum opus omne *meritorium* sit, *satisfactorium*, *impetratorium*, & *consola-*

DE BONORVM OPERVM MERITO 117
solatarium, video quantā & me & alios iniuriā af-
ficiam, cum à bonis operibus deſiſto : quantumq;
ſanctis, & ſimul omnibus Dei ſeruis & ancillis
debeamus, cum ipſi illi ſeruiendo nobis ſeruiant,
& pro ſeiſſis operando, nos ſuorum operum fa-
ciant participes.

IX.

Imprimis verò diſco, quantis Ieſu Chriſto no-
minibus obſtrictus ſim, cum ipſe ſolus pro me
mereri potuerit, cum ſolum caput in vniuerſum
corpus influxum habeat, & Deipara mater col-
lum ſit, per quam, velut per collum, ipſe ad nos
deriuetur,

X.

Obligatio porro hæc eſt maior, cum conſidero
nihil penitus ipſum ſibi promeruiſſe, præter vni-
cam nominis ſui exaltationē, & corporis ſui glo-
riam; cum ſanctiſſima eius anima tam fuerit eſ-
ſentialiter à primo creationis ſuæ momento bea-
ta, quàm hodie eſt. Adeò vt omnia eius merita mi-
hi cedant, & quidquid paſſus ſit, dixerit, fecerit
aut cogitarit, in meū commodū vergat. Hæc meæ
ſunt opes, hæc mea hæreditas, hæc me⁹ theſaurus.

XI.

Gratia velut *cauſa formalis* actionibus omnibus
raturalibus pretiū ac valorem dat: & hæc, velut
regina quædam, numquam ſola eſt, ſecum enim
trahit fidem, ſpem, charitatem, virtutes ſcilicet
Theologicas; iuſtitiam, prudētiam, fortitudinem
ac temperantiam, Cardinales; ſapientiam, ſcien-
tiam, intellectum, conſilium, robur, pietatem, &
timorem Domini, quæ dona ſunt Spiritus ſancti;
adhæc charitatem, pacem, patientiam, benignita-
tem, bonitatem, longanimitatem, manſuetudi-

nem, fidem, modestiam, continentiam ac castitatem, qui eiusdem Spiritus fructus sunt. Quæ omnia vnico peccato letali in nihilum redacta euanescent. quis neget igitur, quin eius actio mortem afferat, & gratia vitam causetur, & viuam quoque sit.

X I L

1. Tim.
4. 8.

In Psal.
21. sub
fin.

Huius gratiæ efficaciam & Filij Dei meritis in-nixus Paulus dicere audet, Timotheo suo scribēs, quasi iam in vitæ metâ cōstitutus: *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. quam reddet mihi Dominus iustus iudex in die illa, non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius.* Non vocat autem gloriam sempiternam donum gratuitum, sed coronam iustitiæ: nec eam ait sibi dandam, sed repositam esse, nec quidē a patre misericordie, sed a iusto iudice; nec illum hac daturum, sed redditurum sibi & omnibus sui similibus. Quibus verbis, vt notat Augustinus, numquam Apostolus vsus fuisset, si actiones Sanctorum meritoria non essent, & ob rationes omnes iam allatas magni valoris ac dignitatis.

X I I I.

In hac ergo doctrina duo extrema vitanda sunt, contra quæ Augustinus tam acriter scribēdo decertauit: vnū Manichæorū, qui omnia gratiæ attributuri, omne operum meritum negabant; alterum Pelagianorum, tantum operibus tribuentium, gratiæ vt præiudicarent. Intermedium est, a Deo tam salutem nostram, quam gloriæ, ad quæ electi peruenient, gradus primario ac principaliter dependere: verum hac conditione, vt, cum a gratia præuenti & adiuti fuerint, per opera merito-

DE BONORVM OPERVM MERITO HISTORIA in charitate facta, & integram mandatorum eius obseruantiam eidem cooperentur.

GOLLOQVIUM.

Quam tibi, supreme mundi architecte, obligationem debemus, pro gratiarum, quas & iam ante, & etiam num nobis communicas, magnitudine excrescit. Multum tibi haud dubie debemus, quod nos ad tui ipsius imaginem ac similitudinem condideris; plus, quod propter te ipsum formaris; plurimum, quod hereditatem, quæ in tui ipsius possessione sita est, nobis obtuleris, adeptus sis & recuperaris; supereminenter, quod filium tuum carissimum nobis totum dederis, ut per merita eius legitimi huiusmodi Patris heredes, & talis filij cohæredes fieri mereamur. Filius qui ita à parentibus educatur, ut ab omnibus dignus iudicetur, qui in eorum facultates debite iureque succedat, plus illis debet, quàm si præter sola bona (quæ malà potius quàm bona sunt rectè illis uti nescienti) aliud ab ipsis non acciperet. Ecquæ igitur hæc gratia, ut nos, qui ne vel unicam à nobis ipsis habere cogitationem bonam valeamus, gratiã tuã nihilominus edperueniamus, ut opera tali præmio digna præstemus? Quam utile tecum agere? quàm bonum in gratia tua esse, eam ambire, querere, conseruare, imo milles potius vitam corporalem exponere, quàm eam vel momento amittere! Ah quid sumus illa destituti! quid verò cum illa esse non possumus! Per illam imagini & similitudini tuæ similes sumus, sine illa imaginem quidem tuam seruamus, sed

bestijs similitudine similes sumus. Quotidie videmus, vt si quis nobis gratus & acceptus, actiones eius & opera placeant; si displiceat & grauis sit, displiceat & illa. Hinc ergo quin discam tantū bonum, tuam inquam gratiam, & beneuolentiā conseruare? & licet mundo id displiceret, & creaturarum omnium ideo odium incurrerem, quantillum hoc est, si cum bono, quod omnia in se bona complectitur, comparetur? Da Domine, da, obsecro, tuam mihi gratiam, quæ si venialis foret, quocumq; eam pretio emerem, etiam si quidquid habeo, impendendum foret. Ipsa verus lapis Philosophicus, omnia in aurum commutans; ipsa mirabilis & efficax ille puluisculus quæ actiones nostras sublimat, itaque nobilitat, vt ad immortalitatem eas euehat. Per eam agis in nobis, & per nos; per eam filio tuo vnimur & incorporamur; per eam vita nostra abscondita est in vita ipsius; per eam tu nos in illo, & in nobis illum contemplaris; per eam quidquid tuum est, fit nostrum, & quidquid nostrum, tuum; per eam tu nobis Pater, tibi nos filij constituimur; per eam Christus frater noster primogenitus est, nos secundo geniti; per eam tu regnas in nobis, & nos in te; per eam carissimus filius tuus omnia nobis sua communicat bona, per eam rursus eadem tibi offerimus & reddimus; per eam ipse in nobis, & nos in ipso; per eam ipse agit in nobis, & nos cum ipso; per eam ipse meretur in nobis, & nos in illo; per eam meremur, satisfacimus & impetramus; per eam in Sanctorum communione sumus, ac de illorum operibus & satisfactionibus, quæ velut riuuli sunt è tuo oceano deriuati, velut radij à splendore tuo emanantes
partici-

DE BONORVM OPERVM PRAEMIO **121**
participamus. Vt enim sol, oculus ille mundi,
in medio planetarum à re constitutus, coelos su-
peros & inferos illustrat; ita Christus Dominus
carissimus filius tuus, & frater noster colendissi-
mus, merita, splendores & influxus suos cunctis
beatis spiritibus, & omnibus, quæ iam inde à pri-
ma mundi constitutione hætenus fuere, & ad fi-
nem vsque sæculorum futuræ sunt, animabus
communicauit. Adeo vt dum sanctos exaltamus,
illorumque merita deprædicamus, nonnisi
communis Redemptoris omnium nostrum meri-
ta annuntiemus, commemoremus, & reueren-
mur; vt qui aquam riuui & fluminis laudat, ipsam
fontis & scaturiginis laudat. ita scilicet in mare
reuertuntur flumina, vnde exiêre: ita Iesus Alpha
& Omega mundi, Principiũ & finis omnium re-
rum est. Illi ergo, tibi, & Spiritui sancto honor &
gloria in sæculorum immortalitate. Amen.

MEDITATIO IX.

DE BONORVM OPERVM PRAEMIO
ijs à Deo dando.

P V N C T V M I.



T hæc nobis meditatio fructum
aliquem afferat, sequentes exami-
nandæ sunt sententiæ, si vis ad vi-
tam ingredi, serua mandata. & Fi-
lius hominis venturus est in gloria

Patris sui cum Angelis suis; & tunc reddet unicuique
secundum opera sua. & hæc: Nolite errare. Deus non
irridetur, quæ enim seminauerit homo, hæc & metet,
quoniam qui seminat in carne sua, de carne & me-

Matth.

19. 27

Matth.

16. 17

Galat.

67

Rom. 2. *et corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Deus reddet unicuique secundum opera sua, is quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quaerunt, vitam aeternam; is autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.* Hisce è verbis manifestè liquet, Deum opera cuiusque respicere, non quidè per præscientiã, quæ electionis quæsi causa sit, sed velut ingrediens & concomitans prædestinationis pars: vt enim nullum elegit Deus, postquam iam ratione vti cœpit, nisi sub conditione gratiæ datæ cooperandi, ita quoque nemo gloriam eius sine præiis operibus nancisci potest. Paucis ergo notandum, beatitudinẽ à Deo velut coronam dari, postquam scilicet ad eam perueniendi, & per iustitiam eius ad quod per gratiam nos prædestinauit, obtinendi media dedit; eius inquam mandata seruando, bona opera patrando, in vera fide perseverando, eiusq; inspirationibus respondendõ: quæ, vti & gloria ipsa, quæ eadem velut præmium comitari solet, effectus sunt prædestinationis, quos post latius excutiemus.

II.

Quoniam *meritum* & *merces* termini correlatiui sunt, quorum vnus præsupponit alterum, & vita æterna in sacris litteris *merces* dicitur; sequitur illam à parte nostra *meritum* præsupponere.

Matth. 5.

1. 29.

Matth.

209.

Apud Matthæum ipsa *denarius diurnus* nominatur, quem Paterfamilias operarijs suis persoluit, item *merces copiosa* in cœlo nobis reseruata, &

remune-

DE BONORVM OPERVM PRAEMIO 113
remuneratio, de qua gaudere & exultare nos oportet. Et quando toties legimus, non esse *accepta-* Rom. 2.
nem personarum apud Deum, illum *sine accepta-* 11.
ne iudicare, exteriorem apparentiam non respice- Gal. 2, 6.
 re, & opera vniuscuiusq; examinare, & vnicuique secundum opera mercedem reddere, an non idem dicere, & superiora confirmare est?

III.

Notandum, quotiescumq; scriptura vitæ æternæ & bonorum operum meminit, particulis illatiuis & causatiuis illam vti: *Possidete paratum vo-* Matth.
bis regnum à constitutione mundi, esurui enim & 25. 34.
de dissi mihi manducare, sitiui, &c. & alibi: *Quo-* Matth.
nam super pauca fuisti fidelis, super multa te con- 25. 21.
stituam, & alio loco: Hi sunt qui venerunt de tribu- Apoc. 7.
latione magna, ideo stant ante thronum Dei. Ait item vitæ huius actiones & passiones æterni gloriæ pondus in immortalitate operari, 2. Cor. 4.
 quodcumque homo seminarit, illud ab eo metendum, & ut salutem nostram operemur cum tremore & metu, vitam æternam iustitiæ iure dari, Gal. 6. 7.
 Deum nostrorum operum non obliuisci, bea- Philip.
 tos esse persecutionem patientes, quoniam 2. 2.
 ipsorum est regnum coelorum, ut ad mortem vsq; Hebr. 10.
 fideles maneamus, & coronam vitæ ab illo nobis dandam; item, quicumque reliquerit domum, Luc. 6. 21.
 fratres, sorores, Patrem & matrem, uxorem & Apoc. 2.
 filios, & alia quæ possederit propter Deum, 10.
 centuplum in hac vita recepturum, & vitam æternam possessurum: pietatem ad omnia utilem esse, Matth.
 ac promissionem vitæ habere, & eius quæ 19. 19.
 nunc est, & futuræ. Denique monemur, ut vitæ 1. Tim. 4.
 nos æternæ dignos præbeamus, quæ proinde coro- Apoc. 3. 11.
 na, præ-

na, præmium, stipendium, depositum, retributio, merces vocari solet: qui loquendi modi absurdissimi forent, ni merita Deus non respiceret.

FRUCTVS I.

EX hisce considerationibus variorum sacra Scriptura locorum intellectum haurio, in quib⁹ vita æterna dicitur gratia, & *ex misericordia Dei* dari, nec vitæ huius passiones ad illâ esse cõdignas, id est, illi proportionatas, Deum denique nos *per bonitatem suam* elegisse ei similes. Quinque enim propositiones huic illationi aptè claresque respondent. I. Vita æterna gratia nominatur, quod per gratiâ acquiratur, & gloria gratiæ velut principio innitatur; vnde & ipsa *gloria inchoata*; & gloria *gratia consummata* vocatur. 2. Ipsa è misericordia datur, & De⁹ misericordiâ suâ prædestinatos è cãmuni perditionis massa, in quâ protoplastis prævaricatione prolapsi erant, eduxerit. 3. Per misericordiam gratiam iis dedit, suorum vt erratorum eos poeniteret; & post lapsum resurgendi. 4. Per misericordiâ à multis eos peccatis, in quæ, ni à gratia specialiter iuuantur, impingerent, præseruat. 5. Per misericordiam donum eis dat perseverantiæ, quod in eo sitû, vt sanctam eius voluntatem semper compleant, ac nunquâ à debita mādatis eius obediētia deflectât; & si interdû eos deflectere cõtingat, resipiscēdi, & priusquâ hinc decedant, efficaciter poenitendi gratiam det.

II

Quantum ad condignitatem, disco vitæ huius mortalis passiones, æternæ in se consideratæ, non æquipollere; & in termino meriti, & in quantum meritis Filij De iunctæ & incorporate per analogiâ *attributionis* potius, quàm *proportionis* illi re-

li respondere, id est, per relationem & dependentiam potius quàm æqualitatem plenamque similitudinem.

III.

Circa electionem disco, sicut certum est Deum è sua nos bonitate elegisse, & è misericordia prædestinasse, ita & certum esse prædestinationem tria continere in iis qui ad rationis vsum pèrtingunt, scilicet *vocationem ad gratiam, ad finem vsque perseverantiam* (vel agnitionem finalem) & *gloria collationem*. Vocatio & perseverantia à Deo, sine vilo merito, ex mera gratia dantur; gloria item collatio, at non vt donum dumtaxat, sed etiam velut meriti, id est, operum in gratia ipsa factorum, & doni perseverantiae merces ac præmium. Denique vt S. Augustinus ait, Gratia dicitur quòd gratis detur, nò tamen dicendum, quod meritis non detur, sed quia merita, quibus illa applicatur, vobis donata sunt. Hinc omnia sacrae scripturae loca, soli diuinæ misericordiae salutem hominis tribuentia, loquuntur & intelligi debent de prædestinatione in suo principio, quod est gratia; quæ verò fidei, bonis operibus, mandatorum obseruantia ac merito eam ascribunt, intelligenda de prædestinatione in termino, qui est gloria, quæ non nisi hisce conditionibus & hoc modo datur, propter illos qui iam rationis vsum adepti sunt.

IV.

Disco item quomodo Paulus Hebræis scribens, euangelica opera non oppugnet, verum illorum occasione ostendat, quanta fidei sit, præsertim in aduersis & tribulationibus virtus ad animandos eos quibus scribebat. E contra verò quomodo D. Iacobus, ad vanam gloriam & fiduciam illo-

rum

Ser. I. de
verbis
Dom.

rum, qui se fideles dicebant, fideq; sua gloriabantur, retundendam, operum excellentiam, vtilitatem, ac necessitatem commendet, ac sine illis fidem esse mortuam dicat.

V.

Video eumdū Apostolum in epistola ad Philip-
Philip. 3. pensas *stercora* ac *detrimētum* appellare quid-
8. quid ante conuersionem in iudaismo fecisset: ad
Ephes. 1. Ephesios verò ac Titum aliud non docere, quàm
5. gratiam & gloriam per Christum Iesum nobis
Tir. 3. 4. accessisse; & ea occasione legis Mosaicæ opera de-
5. primere, & fidem in filium Dei exaltare. In Epistola autem ad Romanos inanem eorum, qui in seipsis, non verò in eo qui ipsorum auctor, primus motor & continuus bonorum operum promotor, in quo, per quem, & à quo omne bonum ponitur, quiq; in nobis sua coronat opera, gloriantur, gloriationem reprehendit. Vnde colligam, quidquid in nobis nostri est & pure nostrum, non nisi sordes & imperfectionem esse; quod porro Dei in nobis est, & per nos, præmium, quod nobis ipse promittere voluit, & ad quod omnia opera nostra sua, simul & sua nostra retulit, promereri.

VI.

Denique cum D. Chrysostomo noto, quando
Rom. 3. Deus vult vt nos *seruos inuitiles*, etsi impletis iam
in hac omnibus, credamus & nominemus, dicamusque
verbis, *quæ debuimus facere, fecimus*; non id ita intelligendum quasi Deus hoc dicturus sit, sed nos id dicere iubere. Adeo namq; opera nostra non repellit, vt in parabola talentorum ipsemet dixerit: *Euge*
Matth. *serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis,*
23. 21, *super multa te constituam, intra in gaudiū Domini*
in tua

Hic tui. Humilitatem igitur nobis commendat, ne forte vana gloria omnem gratiae & laborum nostrorum fructum dissipet. Quare cum D. Augustino dicam: *Hem quanta Dei nostri bonitas, quae praemium promittit nostre in se affectui, et si id ei debeamus obsequium, quod spe praemij à nobis quodammodo vult extorquere.* Ser. 3. de verbis Domini.

COLLOQVIUM.

Hic oculi tibi aperiendi, anima mea, ad cognoscendam, nisi belluis ipsis ingrator & bestialior esse velis, incomparabilem Dei tui bonitatem & charitatem; cui cum satis non esset tam nobilem te in finem condidisse qualis est aeterna essentiae suae fruitio & possessio, voluit insuper mercedem ad hanc gloriam proprio merito perueniendi suggerere; ut eò ipsa maior foret, quod eam nò modo ut donum gratuitum, aut debitam hereditatem, verum etiam in rigore & iustitiae titulo ipsa accipias. Considera, quod quamvis omnia bona à potentiae eius brachio dentur, tuo tamen ea valori ascribat; quasi diceret, quae sua, tua esse; & quae tua, vicissim ad se pertinere, atque ut in gloria per ipsum eum videbis, ita in terra per ipsum eum te habiturum. In coelo quippe obiectum & intelligibilis erit species beatitudinis tuae, in terra tua est gratia, iustitia, sanctificatio; ibi vita tua; hic via est. Quid Domino huic protuli & tam ineffabili liberalitate retribues? quò non odio execraberis virulentas illas linguas sanctam Ecclesiam Catholicam matrem tuam detrahentem blasphemantium & fugillantium; quam nulla, merita Iesu Christi annihilet ac deprimat, tua ut vendideris an non quae illorum cecitas, vident

dent longè alia ab ea doceri? an non. n. filii Dei honorè ipsa tueretur, dum nō modò nostri saluandi efficaciam illi attribuit, verùm etiam nos cum illo mereri & cooperari docet? An non ipsa declarat, Deum nobiscum agere vt pater aliquis cum carissimis filijs, dum suas non modò illis facultates, nomina, rationes & actiones cedit, sed honestè etiam eos haberi liberaliterq; institui curat, tùm ne aliquando facultatibus relinquendis abutantur, tùm verò vt legitimòs illos dignosque hæreditate sua hæredes reddat? Nōris ergo, animam meam, & omni data occasione illis dicito, quod sicut qui fructum laudat, laudat & arborem; qui palmites deprædicat, vitem quoq; extollit è qua progerminant, ita quicumque sancti Spiritus fructus magni facit, actiones inquam meritorias, honorat & illum qui dixit: *Ego sum vitis, vos palmites.* Et quod, quando in bonis operibus producendis, intellectu nostro, voluntate, libero arbitrio, alijsque facultatibus & functionibus naturalibus vtitur, hoc eius omnipotentia nō violet, nec minùs infinitæ eius sapientiæ repugnet, quā dum in naturalibus productionibus solè, lunā, astra, illorūq; influxus, & causas oēs secundas, quæ in rerū natura existunt, adhibet. Verū si rem liquida, natuaque in claritate perspicere velimus, fateantur oportet, diuinam eò hinc magis relucere, & resplendere perfectiones, quò potentia, quæ per se, & per alium facere quid potest, quæ & facit & facere iubet, quæ & potest, simul & posse suum communicat, maior est ea quæ nō nisi ex se, in se, & per se potest, & sapientia eò illustrior, quo plures causas ad opus cogit, vnam alteri egregia symmetica subalternans; bonitas deni-

DE BONORVM OPERVM PRAEMIO 129
denique eò amplius se exerit, amoremque sui &
admirationem maiorem mouet, quò communica-
tio ipsa diffusior. Ea tua est potentia, sapientia, ac
bonitas Domine; quam superbas mentes; tua-
que visione indignas non magis experiri, quàm
agnoscere oportet. Noctuae sunt in tenebris erro-
ris & ignorantie volitantes, & in medio veritatis
tuae meridie planè cæcutientes; aues nocti-
uagæ, malique ominis à Principe tenebrarum
ad dirigendas animas, quæ nimia sua arrogantia
lumen fidei amisere emissæ. Gratiastibi & glo-
riam in sempiternum dicant omnes, ob iustum
tuum in eas iudicium, fidei, quam impugnant, the-
saurum ijs adimendo, & maledictione Cain, &
contradictione Core inuolutos deferendo. Adeo
mihi carus & amabilis es Domine in huiusmodi
animas & reprobos omnes vindictam tuam exse-
rens, quàm sanctos præmians, & prædestinatorum
beans. Hic verum esse comprobatur illud Psal-
mographi: *Letabitur iustus cum viderit vindictam;*
manus suas laudabit in sanguine peccatoris, non in-
quam lætabitur quod fratrum suorum flagella vi-
deat, at, quæ tibi inde, Pater colendissime, accidit
gloria, cum rationi maximè consenraneum sit, ut
qui misericordiarum tuarum esse obiectum

holuerint, in æternum ineuitabilis

iustitiæ scopus fiant.

Amen.



I

MEDI-

MEDITATIO X.

De Beneficio æternæ Prædestina-
tionis.

QUATVOR PVNCTA, DEBITE EXA-
minata, plenam materia huius maximè ne-
cessaria intelligentiam
dabunt.

PVNCTVM I.



Sap. 1. 12.

EV S, quantum in se est, nullius in-
teritum, sed omnium saluationem
salutemque desiderat; verba eius id
manifestè declarāt; apud Sapientem
namq; legimus: Nolite zelare mortē

Sap. 11.
18.

in errore vitæ vestræ, neq; acquiratis perditionem in
operibus manuum vestrarum, quoniam Deus mortem
non fecit, nec latatur in perditione viuorum. &
post paulo: Non erat impossibilis manus tua, qua
creauit orbem terrarum in materia inuisa, immit-
tere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leo-
nes, aut noui generis irā plenas ignotas bestias, aut
vaporem ignium spirantes, aut fumū odorem profe-
rentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes;
quarum non solum lesura poterat illos extermina-
re, sed & aspectus per timorem occidere. Sed & sine
his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi
ab ipsis facti suis, & dispersi per spiritum virtutis
tue: sed omnia in mensura, & numero, & pondere di-
sposuiisti. Multum enim valere tibi soli supererat sem-
per: & virtuti brachij tui quis resistet? Quoniam
tamquam momentū statet, sic est ante te orbis ter-
rarum.

*videtur, & tamquam gutta roris antelucani. Sed misere-
ris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata
hominum propter poenitentiam. Diligis enim omnia
quae sunt, & nihil odisti eorum quae fecisti: nec enim
odiens aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo au-
tem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses: aut quod
a te vocatum non esset, conseruaretur? Pars autem
omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.*

Apud Ezechielem ait: Nolo mortem morientis. *Ezech. 18.*
Apud Ozeam vero: Perditio tua Israel, tantummo- *32.*
do in me auxilium tuum. & in epist. 1. ad Timo- *Osce 13. 9.*
rheum: Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad *1. Tim. 2.*
agnitionem veritatis venire. item alibi: Dominus a- *4.*
git patienter, nolens aliquos petire, sed omnes ad po- *2. Pet. 3.*
nitentiam reuerti. *9.*

Demonstrationes sacrae scripturae etiam plane
conformes sunt, & cum ea conueniunt; certissimu
namq; est Deum omnium, propter quos Christus
Dominus mortuus est, salutem desiderare; mortuus
est autem ille non pro nostris solum, vt Ioannes ait,
sed pro totius mundi delictis. Ergo omnes saluos
fieri vult: gratia eius omnibus differtur, mandata
omnibus in genere hominibus data, Sacramenta
omnium vsui deseruiut, ad cunctos illius promif-
sa extenduntur. vnde cum Iesu Siracida inferam:
Non dixeris, Per Deum abest: quia enim odit ne fece-
ris. Non dicas, Ille me implanauit, non enim neces-
sary sunt etiam homines impij. Omne execrumentu er-
roris odit Dominus, & non erit antabile timentibus
eum. Deus ab initio constituit hominem, & reli-
quit illum in manu consilij sui. adiecit mandata &
praecepta sua: si volueris mandata seruare, con-
seruabunt te, & in perpetuum fidem pla-
citam

Ezech. 18.
12.

citam facere. Apposuit tibi aquam & ignem : ad quod volueris porrigere manum tuam, ante hominem vita & mors: bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.

II.

Sap. I. 14.

Et si maiorem huic quam illi Deus gratiā conferat, maiorem Iacobo quam Esau; singulis tamen sufficientem ad salutem. Quod hisce verbis sapiens docet: *Creauit ut essent omnia & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij.* Eam ob causam vnumquēque

Iac. I. 5.

Apostolus Iacobus adhortatur, ut a Deo sapientiam, quæ ad salutem conducit, efflagitet, asserens eam omnibus, & quidem quam copiosissime dari: *Si quis autem vestrum, inquit, indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter.*

Apoc. 3.
20.

Atque idem Dominus se ait ad ianuam cuiusque pulsare, & ad eum qui aperuerit ingressurum, & mansionem apud illum facturum: *Ecce sto, inquit, ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.* Et quomodo suam non det gratiam is qui sanguinem dedit? quomodo neget opem ijs, pro quibus vitam exposuit? quomodo ouem errabundam negligat, quam tanto labore per mundi huius desertum inuestigauit? Si autem Sacramenta canales sunt per quos gratia dimanet, cui non hæc gratia erit, cum pro omnibus Sacramenta sint?

III.

Rom. 8.
29.

Bonos prædestinauit Deus illorum præuidens merita, improbos autem repudiauit, quod illorum demerita etiam præsciuerit. Ita loquitur & Apostolus: *Quos præsciuit & prædestinauit conformes*

mes fieri. imaginis filij sui. ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem praeordinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Notandum porro hic, quod quemadmodum omnis in homine affectus intellectionem praesupponit; ita omnis in Deo praedestinatio vel reprobatio praesupponit praescientiam non in prioritate *existentiae*, sed *rationis*, aut potius *ordinis*, vel secundum alios, *natura*. Cum hoc tamen notabili inter bonorum ac malorum operum praeuisionem discriminē, quod horum praescientia vnica sit improborum reprobationis causa, tam quoad finem, qui aeterna est damnatio, quam principium suum, quod est diuina iustitia; cum Deus voluntate anteriori, & in quantum in ipso est, nullius damnationem velit: quando autem praedicat, aut mortis sententiam pronuntiat, hoc per voluntatem actionibus nostris posteriorem, ac per rerum praeteritarum vel futurarum, ac praesertim finalis impenitentiae scientiam & praescientiam fit.

Ceterum bonorum operum praeuisio, in bonorum praedestinatione non est velut ipsa causalitas, nisi quatenus finem spectat, retributionem scilicet gloriae; non verò quatenus principium, ipsam inquam gratiam. Gloria ergo ipsis secundum merita distribuitur, & eo pertingendi gratia gratis & ante omne meritum illis datur. Adeo ut per misericordiam vocentur, per iustitiam verò coronentur: per vnicam eius bonitatem vocentur, & per fidem mandatorum eius obseruantiam, in obsequio illius fidelitatem, & ad finem usque perseuerantiam, saluentur. Idque propter Iesu

Christi merita, & gratiam gratis illis donatā, quæ tales tamq; illustres in eis effectus produxit. Hæc autem distinctio notanda: quod per illam sacre scripturæ sanctorumque Patrum sententijs, quæ contrarium è diametro docere videntur, facile concilientur; nam aliqua Prædestinationem electorum bonis operibus ascribunt, cum aliæ eamde voluntati diuinę attribuant, utraq; recte; quod & facile intellectu, modò præsupponamus prædestinationē trimembrem esse. 1. *Vocationem ad gratiam*, 2. *perseuerantiā, vel beatā consummationem*, 3. *communicationem gloria, vel glorificationē*. Prima & secunda purè à sola gratia, tertia à meritis procedit, in ijs scilicet qui iam vsuratiōis donati sunt, vel ab opere operato in ijs, qui à morte statim post baptismum præueniuntur.

IV.

Sine speciali Dei reuelatione nemo de sua est prædestinatione certus; & omnes adulti, & vsuratiōis adepti, salutem suam *cum metu & tremore*, iuxta Apostoli consiliū, operentur oportet. Licet enim præscientia Dei infallibilis sit, necessarium tamen suū influxum non habet; & adeo nobis liberum est, ad bonum aut malum inclinare, præsuppositā iā sciētiā, ac si nihil penitus ipse sciret. Ratio clara est ac manifesta, quia nō ideo quid euenit, quia Deus id nouit, sed id ipse ideo nouit, quod accidat, nosq; eodē disponamus. Vnde sequitur, quemadmodū memoria in causa non est, cur quæ præterita iam præterierint; nec scientia vel experientia causa cur præsentia præsentia sint; ita præscientiam futurorum in causa non esse, cur illa euentura sint, cum vna non maiorem influxum habeat in futura, quàm aliæ in præsentia aut præterita,

acria. Ergo cum semper liberi simus, & liberum
 arbitrium nostrum indifferens ad in hoc vel il-
 lud inclinandum maneat, nemo de seipso securus
 esse potest: tum vero, quod nulla sit gratia tam ma-
 gna cui non homo resistere queat; neu tentatio a-
 deo exigua, cui non per se consentire, & *castigo cor-
 pus meum*, dicebat hanc ob causam Apostolus, *&* 1. Cor. 9.
in servitutem redigo, ne forte cum alijs predicauero, 2. T.
ipse reprobus efficiar. Et ad Romanos: *Tua autem fide* Rom. 11.
has, noli altum sapere, sed time. Sicut enim Deus natu-
 ralibus rebus non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vi-
 de ergo bonitatem & severitatem Dei: in eos qui-
 dem qui ceciderunt, severitatem: in te autem boni-
 tatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin &
excideris. Postea vero exclamat: *O altitudo divi-* Vers. 33.
tiarum sapientie ac scientie Dei: quam incompre-
hensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via
eius! Qui enim cognovit sensum Domini? aut
quis consiliarius eius fuit? Ad Philippenses: *Philipp-*
cum metu & tremore salutem vestram opera- 2. 11.
mini. & ad Timotheum: *Solicite cura te ipsum* 2. Tim. 2.
probabilem exhibere Deo: & S. Petrus: Quapropter 15.
fratres magis satagite, ut per bona opera certam ve- 2. Pet. 1:
stram vocationem & electionem faciatis. Et verbo: 10.
Nescit homo utrum amore an odio dignus sit: sed Eccle. 9. 1.
omnia in futurum seruantur incerta. Hinc sibi dicat Rom. 11.
 quisque quod Romanis Apostolus: *Noli altum sa-* 20.
pere, sed time. & Corinthijs, *Qui se existimat stare,* 1. Cor. 10.
videat ne cadat. & in Apocalypsi sua Ioannes: *Tene* Apoc. 3. 11:
quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. & alibi: 2. Ioan. 8.
Videte vosmetipsos ne perdatis qua operati estis: sed
ut mercedem plenam accipiatis. & Psalmogra- Psal. 2. 11.
 phus: *Servite Domino cum timore, & exultate*

*Prou. 15. ei cum tremore. Denique: Beatus homo qui semper
14 est pauidus.*

FRVCTVS I.

E Primo puncto, in quo notauimus, Deum quantum in se est omnium salutem, & nullius perditionem querere, colligo, illum esse velut patrem benignissimum, qui filium ingratum ac refractarium inuitus & lacrymans exhereditat, dolens quodammodo, lege se & ratione cogi ad negandas facultates suas illi quem in mundum induxit; nutriuit, educauit, formauit, instruxit, totiesque admonuit, quod hereditatis eum suæ si non capacem, saltem haud incapacem redderet. Atque ut hoc in Patre duas noto voluntates, vnâ anteriorem, quæ facultates filio cedere desideret; & alteram posteriorem, quæ degeneres prauasque ingrati huius actiones subsequatur, quæ illum hereditate priuet: ita & in Deo (à quo omnis in cœlo & in terra paternitas procedit) voluntatem inuenio, quam *antecedentem* vocant, quæ quantum in ipso, omnium omnino mortalium salutem querit; & hoc sensu nemo non ad salutem prædestinatus & præordinatus: aliam item, quam *subsequentem* nuncupant, quæ scilicet operum præuisionem sequatur, quæ nempe hereditatem suam reseruat bonis, malis aufert. Nam quamuis omnia in Deo vnita sint, etiam vnitatem cum essentia eius simplicissima; hæc tamē vnitas ac simplicitas perfecte eminenterque omnes rationabiles varietates, vicissitudines & subordinationes, quæ sunt in nobis, continet. Adeo ut sicut bonos quamdiu boni diligimus, malos verò, quamdiu eorum nequitia

quiritia dicitur; odimus; bonum & malum vni eodemq; homini pro merito vel demerito suo volumus: ita & Deus, ad cuius omnes imaginem conditi sumus. Sed licet nos in eo mutemur, inaequales simus, & imperfectionem admisceamus, ipse tamen quàm perfectissimè id facit, immutabilis, stabilis, semperq; sibi similis manens: vt supra in meditatione de diuinis perfectionib⁹ dictū est.

II.

Vt hac in similitudine maneamus, dicere reuera possumus nullum vniquam patrem tam ingratos habuisse filios, ac Deus noster. Si enim & plures sunt frondes quàm fructus, spinarum maior copia quàm rosarum, plus aquae salis quàm dulcis atq;, vt ait Esdras, plus terrae auri minimè feracis quàm auriferæ; ita & maior reprobatorū quàm praeordinatorū sit numerus, quātula Christo Domino manebit portio? Verū illinc etiā cogitandū est, parentū felicitatē non tā in filiorū quantitate, quā qualitate cōsistere; & vt adamas nuci magnitudine par pluris valet, quā omnia saxa Parisiēsia, ita animam gloriā donatam pluris aestimandam, quàm omnes gehennae damnatos. Et si, si ad numerum descendere oporteat, (præterquam quod reprobi apud Deum velut nihil sint) Angelorum infiniti in posteriori hierarchia chori numerus, oēs simul homines longè superet; vt colligere licet ex Angelis nostris tutelaribus, qui duobus minimè praesunt, quiq; hunc ad ordinem communiter referuntur. Ceterum filij Dei hereditas Angelos simul & homines complectitur.

III.

Si quod ætatis nostræ Nouatores docēt, verum esset, homines scilicet omnes pares à Deo condi-

Caluin. *lib. 3. in-* *fit. c. 21.* *S. 5.* *ros non esse, sed hos ad vitam, illos ad sempiternam*
damnationem prædestinatos; an non Cerdonia-
norum, Marcionistarum, Manichæorum, Priscil-
lianistarum, aliorumque hæreticorum duo com-
miniscentium principia, bonum vnum, alterum
malum, illud rerum bonarum & prædestinato-
rum, hoc malarum & reprobatorum, blasphem-
ijis hoc modo ostium laxaretur? Meminerimus
ergo, uti olim Irenæus Cerdonianos, Tertullianus
Marcionistas, Augustinus Manichæos, S. Leo Pri-
scillianistas iugularunt, & Ecclesia eos velut hæ-
reticos condemnauit; ita & hodie hos ab eadem
velut intolerabiles blasphematores conuelli &
condemnari.

I V.

E tribus pœiissimum, planè ad atheismum inducentibus, blasphemia hæc colligitur. Si enim Deus sola sua voluntate damnationem reprobatorum decreuit, sequitur ipsum peccatorem, iniustum, ac tyrannum esse, id est, non amplius *Deum, sed idolum. Peccator* quidem erit, quod fieri nequeat, quem quid efficaciter velle, quin simul media ad id perueniendi velit. atqui peccatum vnica via est (modò sacris litteris credamus) quæ ad perditionem ducat: sequitur ergo, Deum, aut velle peccatum, aut nullius damnationem cupere. *crudeli & tyrannus*: quod si tam exiguus sit electorum numerus, si cum damnatis eos comparemus, & id ipse Deus ita voluerit, rectè inferas, potissimè illum creaturarum suarum, quas ad imaginem suam formauit, partis perditionis & ruinæ auctorem esse, & voluntate sua *anteriori* magnam & innumerabilem hanc multitudinem pœnis æternis addixisse, *Tyrannus* rursus quod subditos suos
ridens

videns & latus perderet, iudicaturus esset illos, quos iam ante condemnarat, leges eis imposuisset quas seruare non possent, nullo ad easdem implendas collato auxilio, Sacramenta omnis effectus experientia instituisset, illusoria, vanaq; illis promissa dedisset, eadem implere nolens, deniq; ideo in mundo eos collocasset, vt omnium qui fuere, sunt, & vniquam erunt, mortalium redderet miserrimos. quæ enim miseria & malum damnatorum malo respondeat aut par sit?

V.

Cum error errorem trahat, & mendacium vnum alterius sit plerumq; Pater; eò impietatis ætatis nostræ hæretici venere, vt docere non sint veriti, quidquid in orbe accideret, aut prædestinationem esse aut reprobationem, bonum aut malum, omnia Dei voluntate, non verò permissione fieri. An non hoc Gentilium commenta inducere, qui Iouem incestu infamem, Iunonem superbam, Martem inhumanum, Mercurium impostorem, Bacchum vinosum, Venerem lasciuam, & similes Deorum fæces adorabant? Atqui vt taceam sacram scripturam, quæ docet Deum nostrum non esse Deum qui iniquitatem velit, *Psal. 5. 6.* ad quam terris eliminandam è coelo descendit, vt *Isaias* loquitur; ipsa quoque nos docet ratio, fore vt, si peccatum vellet Deus, aut ipse Deus esse, aut peccatum peccatum esse defineret. Deus defineret esse Deus, quod malus & scelestus fieret, & eò scelestior, quod maior & superior omnibus: peccatum quoq; defineret esse peccatum, nam non esset amplius dictum, factum aut concupitum contra legem æter-

eternam, quam tamen peccati definitionem tradit Augustinus.

*Lib. 4. ad
Monim.
c. 22.*

*3. Conf.
c. 2.*

Sequeretur item, Deum Peccatorem simul & eodem tempore amare & odisse; amare quidem, quia is faceret, ad quod diuinitus impelleretur; odisse verò, quod vetita committeret. Atqui quomodo non iniusta esset ipsa iustitia, inquit Fulgentius, quæ peccatorem, quem ipsa culpabilem & peccatorem ad peccandum impellendo reddidisset, castigaret? Rursus quomodo non maleuola beneuolentia, & crudelis misericordia (vt scribit Augustinus) quæ nos cupiat miseros esse, vt misereatur? Nisi fortè illius sit laudanda clementia, qui fratrem vestibus denudaret, quò eum vestiret; laderet, quo vulnere mederetur; præcipitem è rupe daret, quo subleuaret?

Adhæc si Deus peccatum iubeat, cur inter illius mandata hoc non refertur? si hoc inter mandata eius refertur, quomodo ea vñquam violari poterunt? quomodo dicemus, peccatores alias & olim in terra vixisse, cum non seruare præcepta, vñum è præceptis futurum sit? An non hoc pacto homo fiat impeccabilis, facere Dei iussa nesciens? Denique an non hoc è principio sequeretur, Deum latrociniorum, furtorum, adulteriorum instigatorè esse, prauas ac inhonestas cogitationes, & affectus non modò permittendo, sed & voluntate determinata, quæ sit penitus ineuitabilis suscitare impios ab illo sua in impietate obdurari? non amplius Satanam animarum homicidam esse, easq; ad exitium instigare, sed Deum ipsum? O blasphemias execrandas!

VI.

Ex eo quòd singulis Deus sufficientem ad salu-

tem

sem comparandam gratiam donet, insignem Dei benignitatem noto, quod tā pretiosum quid offerat ijs, quos id scit nolle admittere. Quod verò huic quàm illi vberiore cōferat, ex hoc infero, illum absolutum rerum omnium Dominum ac regem esse, de suo illum absq; alicuius praeiudiciò & iniuriā disponere posse, non secus ac Pater ille familias, de quo in Euangelio, qui tantum serò in vineam venientibus, quantum qui pondus diei & æstus pertulerant, dare voluit stipendium. Si Iacobo maior gratia, quàm Esau data, si dictum, *Maior seruiet minori*, quid est quod conqueratur? Vas figulone dicere poterit: *Cut me fecisti sic?* Et si ex vna argillæ lutique parte vas in honorem, ex alia vas vile & in ignominia, pro luti qualitate, efformetur, idcōne figulus culpandus? An non in vase ignominioso duo sunt; primò quòd sit vas; deinde quòd in ignominiosa opera cedat? an non primum figuli illi manus dedit, alterum materia ipsa in quam argilla, quæ ex se contemptibilis ac vilis est? si verò in vas honorificum commutetur, & ceteris vasis præferatur, an non tunc esse & benè esse à figulo habet? Ita quis non videt, duo item in impio esse; primò quòd homo sit, deinde quòd peccator? quòd sit vas, & vas ita? Primum à Deo, à quo formatus est, accepit; secundum à massa Adami, à quò descendit. Si verò pòst regehèremur, reformemur, ditemur, exornemur, Iacoboq; similes reddamur, Esau in sua massa permanente; an non hoc supremi hominum architecti misericordiæ, puræq; liberalitati ascribendum, cui placet Iacobo media dare, non modò vt ijs se ab infectione, quæ illi cum fratre communis erat, & originis ratione irè filium constituebat, purgaret; verum etiam gratiæ

lingu-

ingularis, & totalis aduersus peccata personalis
efficacia? In quo quis non videt diuinam bonitatē
non maiorem Esauo iniuriam facere, quā si quis
supremus Princeps ē lase maiestatis reis vni dum-
taxat culpam dimitteret, ceteros supplicio addi-
ceret, et si eiusdem omnes Patris essent filij, & eiuf-
dem criminis conuicti, dum se erga reliquos ius-
tum, erga hunc vnum benignum ostendit. Atque
Rom. 9. hoc Mosi olim ait Deus, vti Apostolus refert: *Mi-
19. serebor cuius misereor, & misericordiam praeabo,
Rom. 11. cuius miserebo.* ad quā Vas electionis exclamat: *O-
33. altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam
incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabi-
Lib. 3. les via eius!* & Augustinus: *Deus est bonus, Deus est
contra iustus. vt bonus, hos liberare sine vilo merito; vt ius-
Iulian. tus, damnare neminem sine proprio demerito potest.*

Concludam ergo reprobari hominem vel ob
culpam originalem, vel quam ipse committit: &
cōtra electionē, perseverantiā, ac gloriam origi-
naliter à gratia & misericordia diuina proficisci.

VII.

Notandū quoq; duo in peccato reperiri, *mate-
riale & formale.* De^o illud vult, hoc permittit; quin
imò in formali tanta eius elucet bōnitas, nūquā vt
deformitatem permetteret, nisi simul omnipotēs
esset ad suam inde gloriā eliciendam; non quòd
ea opus habeat, aut quòd deformitatem hanc ali-
quatenus velit; at sicut ē nihilo creauit omnia, ita
ē boni esse praeuaricatione melius esse elicit, ad se
suūq; cultum *vocans*, (vt scriptum est) *tamen*
Gen. 40. *qua non sunt, quā qua sunt.* Atq; hoc sensu vēditio
50. Iosephi Madianitis, filij sui mors & passio, in scri-
ptura illi attribuūtur, & Semei Dauidi a Deo iube-
4. ri dicitur maledicere; ita spiritui mendacij iube-
1. Reg. ri
16. 10.

ve

ut Achabo imponat. ita & auctor rebellionis Ie- 3. Reg. 22.
 roboam aduersus Roboam, & Iesu aduersus A- 12.
 chab esse scribitur. Ab Isaia Sēnachērib virga fi- 3. Reg. 11.
 toris eius dicitur, & Assur baculus eius, ita Me- 12.
 dos in Ieremia excitasse legitur. Ita Rex Babylo- 4. Reg. 9.
 nius mūdi malleus ab Ezechiele nominatur, & re- 10.
 te ad filios Israel irretiendos extensum, & ita de 1. Isai. 10. 13.
 alijs multis, in quibus peccati *materiale* Deus vo- 1. Ierem. 50.
 luit, *formale* permisit.

VIII.

Quantum ad loca, in quibus Deus ad malū insti-
 gare & impellere, excacare, obdurare, &c. dicitur;
 præter ea quæ de *materiale* diximus, hoc illa
 modo intelligenda sunt; Deo ab homine ob eius
 demerita recedēte in cecitatē & cordis duritiem
 illum prolabi, passionū violentiæ expositū esse, in-
 star nauis, nautā absente, vētorū ac procellarū fu-
 rori expositū. Hinc peccator refrigerescit & indurē-
 scit, vti & aqua sole Capricornum ingrediente cō-
 gelascit: In tenebris agit, sicut nox ingruit sole he-
 misphæriū nostrū deferente; in scholis hoc voca-
 tur tentare, excacare, obdurare *negative*, & nō po-
 sitive. Quod sanē diuinæ maiestati culpæ verti ne-
 quit: nō. n. reperiemus Deū ita ab vllō homine an-
 te peccatum recessisse, eumq; recessu suo obduraf-
 se alios, præterquā qui excessu suo & ingratitude
 illud demeriti erāt, vti Pharaō. Vnde Augustinus:
Deus excacat & obdurat deferendo, nec adiuvando;
idq; per occulta iudicia sua, nobis quidem incognita, Epist. 10. 5.
non tamen iniuste. Et Hieronymus commentario in
 Epistolā ad Ephesios ait, Deum omnia iuxta volū- Cap. 1.
 tatis suæ consiliū operari: non quodd quidquid in Epist. ad
 mundo est, ab illius persuasione ac nutu proue- Ephes.
 niat (alioquin. n. & peccata illi imputari queant).
 Verū

verum ad denotandum, quidquid facit, illum consultò & voluntariè facere, opus suum ratione & potentiâ confirmando.

I X.

Ex eo quòd diximus, ea quæ à libero arbitriò nostro dependent, non idèo euenire aut euentura, quòd illa prænorit Deus, at idcirco hæc nosse Deum, quòd ea sint, aut futura sint; colligo quâ ridicula sit vulgi illa obiection, quæ omnes per multis licentiæ habenas laxet, dicentis: Faciat homo quodcumque voluerit, aliud non erit, quam Deus præuiderit; si norit, beatum me fore, haud dubiè certissimeq; beabor; si me damnandum & infelicem, fieri non potest quin damner infelix.

Si quam illatio hæc vim haberet, eadem ratione subuerteret, quidquid tam in natura quam gratia laudabile est; verbi gratia, si Deus norit, nos victuros, ad quid opus cibos parare? si messes collecturos; ad quid opus seminare? si victores fore; cur arma induimus? si doctos, quare studebimus? si saluandos, cur crucem eius fabricare opus? ad quid Sacramenta, eius doctrina, miracula, vita, mors, sanguinis effusio, & cetera salutis remedia? Cur & diabolus nos tentando exagitandq; se fatiget, cum Dei scientia sit infallibilis; & sine tot laboribus, sudoribusque talia ineuitabiliter accidere debeant? & è contrà, si norit nos morituros, messes non collecturos, vincendos, indoctos fore, ac damnandos; cui erunt vsui panes, aratrum, lorica, libri, sacramenta, verbum Dei, eius miracula, sanguis & mors? Hæc aliaque absurda, quæ instar truncorum & stipitum nos redderent, ad obiectionis huius ineptias & inanitatem ostendendam sufficiunt, itaque concludendum; quòd
licet

sicut, dum Deus praevidit quid his in rebus futurum esset, item praevidit ac praesciuit obstacula; ita dum salutem cuiuspiam praevidit; praevidit quoque id fore vera mediante fide; & Sacramentorum auxilio, per viam scilicet mandatorum eius ambulando, &c. è contrà reprobato vel ob peccatum actuale, vel originale perditum iri.

X.

Vt melius apparentem hanc difficultatem elucidemus, notemus necesse, magnum inter *necessitatem* atq; *infallibilitatem* discrimen esse; & proinde aliud esse, *infallibiliter* esse aut facere; & aliud; esse aut facere *necessario*. Infallibilitas actionem respicit; necessitas ad facultatem refertur operantem; illa ad effectum, hæc ad causam pertinet. quidquid enim necessario est; hoc est infallibiliter; at quidquid infallibiliter, necessario non est. Verbi causa, si quis orat, infallibiliter orat, at non necessario, verum liberè & non coactus; aliter quidem hic non est; sed esse posset.

Porro cum omnia Deo præsentia sint, tam præterita quam futura, ita ipse iudicat; uti nos de re quapiam, quæ coram nobis sit, iudicaremus: visus noster eam facere non posset aliam, quam reuera sit, etsi infallibiliter talis esset, qualem eam videremus: ita & præscientia Dei nihil in te quàm videt aut praevidet, mutat, etsi infallibiliter talis, qualè eam Deus dixerit prædixeritve, futura sit aut eveniura: atq; hoc spectat similitudo illa; quia quis è turris fastigio duos conspiciens homines; quorum unus semitam ad latronum latibula deducentem ingreditur, alter verò viam regiam; ab omni periculo immunis futuris; primum prædicat iugulandum, alium sospitem & incolumem ad
desti-

destinatum locum peruenturum; non tamen quod prædictio eius aut visio huius sint causæ, sed vtriusq; propositum & decretum in tale iter insistendo.

XI.

Eius quod dixi, neminem de sua salute securum esse posse; nisi peculiariter id ei coelitus reuelatum sit, duas demonstrationes evidentissimas habeo, hanc quæ veritatem confirmabunt. Primæ, nihil certi affirmari posse de rebus à Dei voluntate dependentibus; nisi fortè illi ante placuerit eadem manifestare, aut manifestaturus sit: atqui prædestinatio cum efficacia à Dei voluntate dependet, de illa ergo certi nihil dici potest, si specialiter id Deus non reuelarit. Altera; solum illum saluandum, qui ad finem usque perseverabit. atqui nemini certum est usque in finem se perseveraturum, nemo ergo prædestinatione sua securus est. si quis à nobis petat, cur hac in perplexitate & salutis incertitudine nos suspensos tenere velit Deus, cum Augustino respondebimus ad humiliationem nostri id fieri, utque assiduo & indefesso studio virtutibus incumberemus. Et si quis ulterius urgeat, plures alias dicens nostri humiliandi esse rationes, cum eodem Doctore dicemus, plures quidem esse, at ægri non esse, medico legem præscribere nec medici, ab ægro regulam directionemque sanitatis restituendæ accipere. Prosper, illi æqualis, maxime ait expediens fuisse, sua ut reprobatos celaretur prædestinatio, nam eam si scirent, in desperationis haud dubie abyssum proruerent.

XII.

Ephes.
1. 13.

Quoad id quod Apostolus ait, habere nos Spiritum habitantem in nobis, *pignus hereditatis nostræ;* certum

Heb. 3.
13.

Lib. de
corr. pt.
& grat.
v. 14.

Lib. 2.
de voc.
Gent.

certum est, illos aeternae hereditatis arrham habere, qui spiritum Dei intra se habent. At cui certum erit, huiusmodi se introrsum hospitem habere, quis dicat, esse se in charitate & gratia cum Deo vel, *Mundum est cor meum, purus sum à peccato?* *Prou. 10. 9.* Quis animam puriorem meliusq; dispositam habeat, quam ipse Iob, qui tamen omnibus in operibus suis diuina iudicia formidabat, etsi non arguente illum conscientia? Quis certior Dauide, *Iob. 9. 29. c. 9. 21.* qui tamen occulta sibi petebat delicta condonari, *Psal. 18. 13.* ac toties Deum orabat ne intraret secum in iudiciū? quis maiorem electionis & iustificationis suae probabilitatem habeat Paulo Apostolo, qui *2. Cor. 9. 4.* etsi se nullius consciū sentiret, non tamen propterea se iustificatum credebatur? Quis scit, annon in intimis cordis fibris culpabilis aliqua lateat ignorantia, aut occulta nequitia, propter quam forte animae vitiosus quidam affectus inhæreat, quem ipse non videat? Et licet hoc fortè ita non esset, ecceui certò constat, ad finem vsque se perseueraturum? Concludendum igitur, sine speciali Dei reuelatione neminem infallibilem hanc securitatem ac certitudinem habere posse, imo ne quidem rerum eam præcedentium, ipsius inquam remissionis peccatorum. Reuelata porro hæc fuit Beatae Magdalene, Apostolis, ut in Euangelio legitur, D. Antonio eremita, teste D. Athanasio; D. Gallo, ut D. Gregorius testatur; D. Francisco, referente S. Bonaventura; & alijs nonnullis etsi paucissimis. Nobis verò huiusmodi privilegio indignis, satis sit in spe viuere, quæ virtus Theologica est, & habitus animæ infusus, ad debilitatem eius corroborandam, & infirmitatem solidandam; quam Apostolus *Hebr. 6. 19.* *etiam ac firmam animam*

anchoram vocat; & alio loco *fidem* ait esse *sperandam substantiam verum, argumentum non apparentium*. Quemadmodum igitur meritum adferre, credere quæ non videntur, ita & sperare quæ non percipiuntur. Humilitas porro nullam in utraque difficultatem sentit, at consolationem, dum se per paternam Dei providentiam dirigi sinit; illi sine ulla præmij spe obsequitur, cæcam illi obedientiam præstat, magis illius bonitati fidit, quam sibi diffidit malitiæ, magis de eius omnipotentia sperat, quàm de propria ignorantia ac fragilitate desperat.

COLLOQVIVM

QUæ me contristare posset anxietas, ob eorum quæ mihi post fragilem ac miseram hanc vitam euentura sint ignorantiam, penitus dissipatur; Deus cordis mei, cum tuum in nos amorem cõsidero, quid filius tuus nobis sit, quidq; vicissim nos tibi per ipsum simus. Si à me mea dependeret prædestinatio, certus planè essem ac securus; ob naturalem mei erga meipsum affectum & amorem, ut quo tu me prosequeris, ipse naturalis, diuinus, infinitus est; & proinde tantò meo superior, quantò cælum terrâ, gratia naturâ, creator creaturâ dignior. Beatum me igitur, quòd in tam bonum incidam Domum; cum à meipso egredior; quòdq; salus mea illi committatur ac cura sit, qui me infinites maiore, quàm ego ipse, amore prosequitur, qui plura nouit, potest, & vult in me conferre beneficia; quàm ipse scirem, possem, aut vellem. Tum verò, quòd fidei iussorem & vadem admirabilem habeam, Iesum Christum inquam, filium

filium tuum, fratrem meum, qui non solum gloriæ me suæ cohæredem declarauit, (modò ipse obstaculo non sim,) verum etiam suas mihi actiones ac passiones, satisfactiones & merita communicauit; ita me nobilitans & euehens, nihil vt dixerit, fecerit, aut cogitarit, quorum non ipse sim donatarius, legatarius ac legitimus hæres: & cum iustitia hac originaria tanti boni, essentia inquam tuæ fruitionis ac possessionis, spes in animo meo formatur: Etsi, sanctissime ac iustissime Deus, ne vanè de me præsumam, (quod inanis confidentiæ venenum est) omnium prædestinatorum prototypo me conformare, & consequenter ad eius exemplum, in quem omnem spem meam conieci, vitam componere debeam. Atque hoc tuus monet Apostolus, & huc ipsa inuitat ratio, & hoc euidentissima & certissima electionis meæ nota & signum est. Ceterum sancti Doctores, magistri mei, tuiq; clientes alia etiam signa, quæ mihi & benè notanda, ac potius ad vsum reuocanda, producant. Primum, quando nullum ob mortale delictum in se anima remorsum percipit; non quòd synderesim omnem amiserit, at quòd nihil fecerit, dixerit, concupieritve, quod Spiritum sanctum tuum notabiliter contristet. Hoc est pignus, quod Apostolus tuus prædictus, in prædestinatis agnoscit, dicēs, si semel tecum peccato rite moriamur, tecum quoque in gloria resurrecturos. Secundum, Deus meus est, singularis erga filij tui matrem affectus ac studium: fieri enim non potest, vt filius cõdemonet eum, quem mater diligit, ipsiq; commendat: impossibile quoque filium matris huiusmodi suffragia precesque non admittere. Hinc illam scriptum est, *in electis mittere radices, & à iustis diligere.*

Rom. 8.
29.

Rom. 6.
10.

Luc. 17. Tertium est, astrictius ac passivus mundi & omnium
 seculi vanitatum ineptiarumq; contemptus. nam
 æternæ sapientiæ tuæ oraculum nobis in Aposto-
 lorum persona iam olim dixit, non esse nos de
 mundo; & quamvis in mundo agamus, de mundo
 tamen esse non debere; non esse discipulum super
 magistrum, & si mundus illum amaret, pariter &
 nos amaturum; si persecutus sit, & vos persecutu-
Matth. 10. rum. Quartum est libenter audire verbum tuum
 tam pronuntiatum, quam inspiratum, & impres-
 sum, & hoc est signo potissimum oves tuas agnosci
 voluisti. Quintum, est integra & exacta mandato-
 rum tuorum observantia. Hoc namque re-
 sponsum fuit rationem ad salutem ac vitam per-
Matth. 19. ueniendi percunctanti. Sextum, servare consilia
 Evangelicæ, cum æterna veritas doceat, hæc, non
 modo ad salutem, sed & ad perfectionem viam esse.
 Septimum, animi humilitas & benignitas.
 Octavum, cordis mundities & puritas. Nonum, ar-
 dens erga iustitiâ studiû, & ob eandem persecutio-
 num tolerantia. Decimum, erga proximum miseri-
 cordiâ exercere: hæc namq; beatitudinis attributa
 & appendices, quales ite sunt, iniurias remittere,
 certa cum spe eadem nobis mensurâ, quâ alijs mēsi
 fuerimus, metiendam. Undecimum, augustissimū
 Eucharistiæ Sacramentum frequentare, cum scri-
 ptū sit, quod quicumque carnem eius manducarit,
 & sanguinē biberit, vitam sit habiturus sempiter-
 nam. Duodecimum, sui ipsius odium; cum secun-
 dū diuinum documentum, qui animam suā vegeta-
 tiuā, animalē ac sensitiuā odio habuerit, rationa-
 lem in vitam æternam sit conservaturus. Igitur, ad
 prædestinationis meæ securitatem, te Deus, spei
 meæ, rogo vt perfectè hæc ad praxin renocandi
 gratiam

gratiam concedas, & imprimis, vt letale peccatū numquam in animam admittā. quod si fecero, omnia tuta & certa sunt. Ah! Deus meus, numquid nimium est, postulare tui non offendēdi gratiam? orare id, quod ipse praecepit petere, quod desideras? Hoc igitur mihi, Pater misericordiae, per viscera bonitatis tuae, per Spiritū sancti desideria, perq; carissimi filij tui merita obsecro, concede. De cetero de me, vt cumq; volueris dispons, magnum fac aut paruum, sanum aut aegrum, viuum aut mortuū; indifferens hoc mihi futurū, modò tua sim in gratia. video te aeternam nobis gloriam velut praemii ac brauium proponere, quod qui accipere velit, currat. necesse est. Sentio quoque in membris meis me debilem esse, aut potius in functionibus languidum ac vulneratum, vt nec velut claudus & infirmus, currere. nec brauij obtinendi spem habere possim: at gratia tua mihi equus erit, quo eò deferar, modò te agere sinam. Quoniam. verò, hunc me equum regere nō posse sciebas, bonitas tua infinita huic rei prospexit, dū virtutes Theologicas, Cardinales, & morales gratiam tuam semper comitari, vnā cum ipsā infundi, ac numquam ab ea diuelli volui. hęc sedes & sella summa à te arte concinnata, in qua eques, quamdiu se conduci ac dirigi sciuerit, firmiter immobiliterq; considerat. Quoniam verò metuendum erat, ne miser ipse in currendo radio affectus, vel quod parum, sit currendi gnarus, vel quòd plane inscius & peruersus, è sella in praecipit ruat; etiam hic remedium, Deus misericordiarum adinuenisti, alexi pharmakon quoddam componens, quod (modò illud ore gesserimus) ad nos animandos roborandos, & omnem si quam forte haberemus, prauam voluntatem

tatem auferendam sufficiat, sufficiat, inquam, ad nos à tam horrenda mania, qua nos perditum imus, liberandos. Hoc est diuinum Sacramentum tuum, Deus, amoris fons, Eucharistia tua, verus panis viuus, qui de cœlo descendit, panis bis coctus, semel in fornace montis Sion, & deinde mōtis Caluarie, idque diuine & humane carissimi filij tui, qui cœli terræque amor & decus est, charitatis igne. Tam industria scilicet tua est bonitas; ita salutem nostram facilem reddis, ita scilicet es Deus in omnibus semper bonus, semper sanctus, semper misericors, tibi que similis. Per bonitatem hanc, tam ad excogitandum attentam, & adeo ad inuenienda salutis nostræ media subtilem, facis, vt quicumque nomen ac characterem Iesu Christi filij tui portant, eo melius posthac vtantur, & horum nullus pereat. At si fortè aut dæmonis insidijs, aut hominum malitiâ & ingratitude aliqui damnandi sint, permittere noli, vt horum de numero ego sim. Ecclesia tua arca est, in qua triticum simul & palea inueniuntur, sagena omne piscium genus concludens, epulum regium ad quod sani simul & infirmi inuitati sunt; societas Virginum, quarum quinque prudentes sunt, quinque fatuæ: familia ampla, in qua aurea & argentea vasa ligneis luteisque permixta. Hanc mihi, quæso, benignissime ac dulcissime Domine, gratiâ præsta, et præter illas, quas mihi alias præstitisti (gratiâ inquam, qua vna si caream, cetera onera potius futuræ sunt) vt sim de tritico quod in horreum tuum reservatur, vnus de piscibus quos Petrus piscatus, ad litus nauicula deuenit, vnus de veste nuptiali indutorum numero, recensear inter illas quæ bonorum operum oleo instructas & collucens lā-

pades

padres habuerunt, annumerer inter vasa electionis, quæ in palatio mirabilium collocabuntur. Hoc præsta tui Pater carissime, filij tui causâ; hoc dulcissime Iesu, in gratiam matris tuæ; hoc beatissime Spiritus ex amore quo omnes prædestinatorum animas prosequeris, quorum me numero ut accenseas, rogo.

MEDITATIO XI.

DE FINE OB QVEM CON-
ditus Homo.

P V N C T V M I.



CONDITVS Homo ad Deum in hac quidem vita cognoscendum, amandum, laudandum & seruiendum; in altera verò, ut illum videat, fruatur, ei que inseparabiliter & æternaliter vniatur.

II.

Coelum, terra, elementa, plantæ, animalia, & quidquid in rerum natura continetur, conditum à Deo, ut homini ad finem hunc obtinendum auxilio sit.

III.

Boni habitus tam infusi, quam acquisiti eundem ad finem homini dati, & nominatim gratia cum vniuerso comitatu suo, quales sunt virtutes Theologicæ, fides, spes, charitas; item Cardinales, iustitia, prudentia, fortitudo, & temperantia; quin & morales, inter quas primum occupat locum religio; simul & Sacramenta, mandata, consilia, verbum pronuntiatum, inspiratum, impressum

denique, quidquid & lex Naturæ, & Mosaica, & Euangelica subsidii ad salutem habebant. Quin & Angelis iniunctum, vt coöperarentur & salutis huius administratores sint.

FRUCTVS I.

MUltum, & amplius quam æstimari queat, Deo debemus, quòd ad imaginem & similitudinē nos suam condiderit, scilicet, quòd sicut ipse spiritus est, animæ nostræ spirituales sint; sicut vnus est essentia, & trinus personis, ita animæ vnitatem habeant substantiæ, & trinitatem partium potentialium, vel potius facultatum operantium, memoriā in quā, intellectum ac voluntatē: vt ipse immortalis, ita animæ immortales sunt; vt liber in omnibus quæ producit extra se, ita illæ liberum suum arbitrium habeant, & in functionibus suis liberæ sint: vt ipse omnipotens; ita illæ fundum habeant inexhaustibilem, & capacitatem interminabilem: vt ipse potest quidquid vult, ita nos velle possumus, quidquid potest & vult: vt nihil odisse potest, quod non & nos odisse possimus; nihil amare, quod non & nos amare possimus: vt totus ipse in toto, & totus sub singulis totius partibus in vasto hoc mundo; ita anima nostra in suo sit corpore, mundi quodam compendio tota in toto, & tota sub quaque totius parte: vt ipse in omnibus est essentiā, replendo; præsentia, intueudo; potentiā, operando: anima ita præsideat, reficiat, informet, & agat in omnibus corporis partibus: vt ipse beatitudo & pulchritudo est, ita anima voluntatem habeat capacem & amoris & fruitionis eius: atque vt ipse est veritas, ita anima gratiā succurrente, & gloriæ lumine.

lumine corroborata, intellectu ad ipsum cognoscendum & possidendum proprio donata sit.

II.

Parum nobis profuisset, tam nobile esse habuisse, si datur nobis fuisset ad creaturarum id obsequium impendendum, & fruendum dumtaxat bono, quod dare ipsi queunt. Sunt enim ipse vixilli æquales, ut omnis homo homini, ac proinde nihil ipsi adiungere possunt: vel inferiores, ut omnia sublunaria, quæ ad illi feruendum, non verò beandum condita sunt; & hæc ad ipsum, non verò ipse ad illa refertur, nisi forte se abijcere, minörare & humiliare velit; vel denique superiores, ut Angeli & primæ intelligentiæ: at licet hæc esse eminentissimum habeant, cuius possessio aliquam illi beatitudinis naturalis speciem conferre posset; cum tamen illarum perfectiones limitatæ sint, vacuitatē capacitatis eius replere nequeunt: nam longe hæc capacior quam ut finitis rebus compleatur. Hinc nostra erga Deum obligatio maior, quando nos per se & propter se condidit; & quidem maxima, dum nobis, ad eò perueniendum Pater filium suum dedit, & filius spiritum sanctum promeruit.

III.

Cum finis hic adeo eximius & illustis sit, incredibilis hominum cæcitas est, quando alio tendunt, de re alia loquuntur, alterius rei causâ laborant & vigilant, nisi forte ad ipsum hæc referantur: ut omnes animalium, plantarum, herbarum, & metallorum actiones & inclinationes & proprietates ad hominum obsequia referri cerni-

IV. In-

Indifferentem me igitur habeam oportet, tam quoad proprietatem, quàm possessionem & vsum creaturarum omnium; vti terra indifferenter se habet ad omnia seminis genera producenda; mare, ad omnigenas tergo suo excipiendas naues; aer, ad omnes imaginum species recipiendas; ignis, ad consummandam omnem materiã combustibilem; & equus ad huc, illuc, & aliò quolibet equitem deferendum. Adeò vt nihil mihi in posterum desiderare liceat, nisi in quantum ad melius creatori meo. feruiendum & amandum conducere potest. Quantum verò ad honorem, ignominiam, diuitias, inopiam, sanitatem, morbos, multos, aut paucos vitæ annos; non mihi aliud ex his desiderandum, quàm quantum ad hunc finem obtinendum opus fuerit. Quare vt non nisi certo cum pondere rheubarbarum, & agaricum, aliq; theriaca sumuntur, quantum scilicet ad corporis sanitatem conducit, ita & è bonis mundi huius non plura pauciorane accipiam, quàm ad animæ salutem necessarium sit.

V.

Si imago loqui posset, cui ipsa potius loqueretur quàm pictori à quo efformata? quicum agere vellet, quàm cum illo cuius imago ac similitudo est? si quid illi deesset, à quo danda, & illi petenda esset perfectio, nisi ab illo à quo ipsa prima & præcipua lineamenta accepit?

VI.

Ad me ipsum ingrediar, habitus & inclinationes singulas velut anatomicè enucleabo, affectus, honores, diuitias, voluptates, parentes, consanguineos, amicos, delicias, vitam, sanitatem meam
exami-

examinabo ; mecumque statuum superfluitatem omnem & excessum mortificare & refecare , nihilque in me relinquam, quod non aliquam medijs ad finem meum perueniendi utilis qualitatem habeat.

VII.

Postquam naturalia dona iam ad meliorem usum reuocarim, etiam dona gratiæ dirigam ; daboque operam ut donis interioribus etiam melius utar, inspirationibus diuinis diligentius auscultem, in bono proposito sim constantior, ad motus Spiritus sancti flexibilior, in promissis tories rehonatis fidelior, inq; exequendis diligentior, erga Sacramenta frequentior, feruentior, ac reuerentior, Angelo custodi, sanctisque tutelaribus addictior, & imprimis Deiparæ matris studiosior. Denique gratiæ Dei melius respondebo, quo ad gloriam eius perueniam.

COLLOQVIVM.

ECquas tibi grates referam, suprema mundi architecte, quod tibi satis non fuerit me in æternis ideis tuis habuisse, cum in hocce me tempore producendi, & esse naturæ, quod misericordiâ tuâ possideo, communicandi proposito; at placuit insuper, me propter te condere, tui capacem reddere, mediisque dare quibus ad te perueniam? An non satis erat, sicut natura mea finita est, finem quoque meum finitum esse? ut esse limitatum habeo, ita & beatitudinem meam limitatam esse? utque in me subiectum commensuratum habeo, ipsum quod me deabit obiectum, aliquam item mensuram habere? Hoc ni fuisset, tuus forsitan non fuisset, creatura

tura tua, nec seruus tuus exiitiffem, forfitan et
 nis aut equus magis mei fuiffent, quàm ego tuus.
 Benedicat te, Deus charitatis, quæ potentia tua æ
 qualis fit, Deus liberalitatis ac fapientia infinita,
 coelum, terra, Angeli quoque & homines, laudent
 & in æternum feruiant. Alia me manus non po
 tuiffet, alia fapientia non fciiuiffet, alia bonitas
 noluiiffet ad tam nobilem ac beatum finem euehe
 re, vt fcilicet beatitudo mea tua coniungeretur, &
 fupremum gaudium meum & felicitas tua refpo
 deret. Hemi quã ingrata illa eft anima, quæ effe fua
 ad tuam gloriam non conuertit, quàm illa dege
 ner, quæ eodem abutitur? Tot tamen funt Dõmine,
 qui ita vitam inftituunt, quafi ad perpetuò in ter
 ra vitendum conditi effent, quòrum cogitationes
 omnes de terra funt, nonnifi de terra loquuntur,
 de terra fomniaut, & talparium ad inftar, cor cor
 pusq; intra terræ viscera deponitum habent. Alij
 voluptatum coeno ac volutabro immerfi iacent,
 alij honorum cupidine æftuant, qui fimul omnes
 nõ intelligunt, te hæc illis commoda, honores, &
 voluptates fubtrahente, maiores fibi parari. Vis
 quidem eos ad honores afpirare, modo æterni finis,
 quæftui ftudere, modo finitus infinito non fit ob
 ftaculo, voluptatibus indulgere, finit modo Ange
 licæ, & tales quas tuas etiam ipfe cenfeas. Hoccine
 igitur eft tenacè effe & parcũ, hoccine bonis no
 ftris inuidere, gaudijs noftris angere & exeruiari?
 In hoc certè, vt alias plurimas conformitates ta
 ceam, imagini & fimilitudini tuæ conformes fu
 mus, quòd idem cum filio tuo dilectiffimo habe
 mus principium eundem finem, eandem hære
 ditatem, eiuſdem beatitudinis fruitionem, eadem
 bona, eofdẽ honores ac delicias poffeffuri fimus,

nulla

nulla ut graduum unicuique pro gratia dandorum distinctio, nullum meritum discrimen boni quod nobis tecum indiuisim vnum & commune futurum est, identitatem impedire possit. Video, ibi nos tibi potissimum ex totis viribus nostris gratias acturos: interim tamen, Deus cordis mei, & supreme benefactor tot tibi grates agere & habere desidero; quot mare guttas, rerum natura indiuidua habet, & quot momenta simul cum æternitate tua coexistere possent; cum firmo non amplius respirandi, quam ut ad te aspirem, non aliter viuendi quam tibi, & rebus reliquis propter te moriendi proposito.

Eia ergo anima mea, Dominum hunc amemus & colamus, queramus illum, per quem & propter quem formati sumus. cum illo beati sumus, si ne illo miseri. Aer terræ concavo inclusus in eodem hædere nequit, terræ motus, ciet, montes contutit, vrbes integras dissipat, nec ante quiescit, quam ad spheram naturalem perueniat. Ignis per laquearia tam diu profectus, donec exitum reperiat, ut recta sursum ad elementi sui locum referatur. Lapis semper in centrum suum naturale vergit & tendit, donec eo perueniat, numquam ut gravitatem, quæ motum hunc illi dat, deferat. Os brachij extra locum suum coactum & luxatum hominem assidue cruciat & torquet, nisi debito suoque restitatur loco: sic o anima mea non ante nobis bene erit, non ante quiescemus, quam in Deo simus. Ipse nostrum est elementum, centrum, & supernaturalis habitationis nostræ sphaera, etsi vel ferro duriores asperioresque essemus, noster tamen magnes est, & cynosura, ad quam respici-

Merue-

Merueramus anima, vt elementis, animalibus omnibus, plantis, auro, argento, frumento, vino, serico, lana, coloribus, saporibus, odoribus, parentibus, amicis, oculis, lingua, auribus, manibus, valetudine, quin & corpore ipso nos priuaret toties, quoties hisce omnibus abusi sumus, illa velut in seruitute & captiuitate detinentes, vt Oseas ait, idque contra innatam illis inclinationem & obligationē, ad creatori suo seruiendū. Illius tamen ea est & fuit in nos bonitas, vt eorum vsum fructum etiamnum det & dare pergat, expectans vt semel illi incipiamus ad ipsum vt proprium spectans reddere, & electione voluntatis illi seruire, cuius iurē naturæ sumus. Ad ipsū igitur adeamus, anima mea, & passu quidem giganteo, festinemus ad illum inueniendum, aut potius simus illius, vti ex iam in illo sumus. Non longē à nobis abest, cum nonnisi in ipso viuamus ac subsistamus. ipse in nobis, & nos vicissim in ipso, imo plus quā nos in nobis ipsis simus & viuamus. Quapropter opera illi nostra, verba, cogitationes, actiones, passionēs, intentiones, vitam, mortem offeramus, orantes ea vt talia reddat, vt illi grata sint. Quam habet in se ipse beatitudinē, quam illi filius, Redemptor noster, reddit gloriā, quod & ipse habet gaudium, & Sanctis communicat, hoc illi supplices deferamus. Gratiasq; agamus, quod in cœlo sit, & in terra, in tempore & in æternitate, omniaq; illi velut si illorum possessores ac proprietarij essemus, legitimamq; ac liberam dispositionem haberemus, donemus. Hoc namque pacto quæ necessaria nobis ad vitam sunt, fient meritōria, modò voluntaria fuerint.

MEDI-

MEDITATIO XII.

Considerationes de degeneri in-
naturaliq; peccati na-
tura.

E QVIBVS OSTENDITVR, PER
ipsum solum, creaturam ratione donatam,
sine suo ultimo pri-
uati.

PVNCTVM I.



PECCATVM nihil est aliud, quam
quædam rectitudinis in hominis
actione, verbo & cogitatione pri-
uatio.

II.

Peccatum ipsa est infirmitas, Deus ipsa potentia.
Peccatum ignorantia, Deus sapientia. Peccatū ma-
litia, Deus bonitas. Peccatum iniustitia, Deus iu-
sticia. Peccatum impuritas, Deus puritas. Peccatum
iniquitas, Deus æquitas. Peccatum peruerfitas, De-
us sanctitas. Peccatum humilitas, Deus sublimitas.
Peccatum denique esse ipsius priuatio, Deus por-
ro ipsum esse.

III.

Peccatorum alia committuntur omissione, alia
commissione, alia singillarim contra Deum Patrē,
alia contra Filium, alia in Spiritum sanctum. Que-
dam sunt capitalia, quædam ab his deriuata; non-
nulla contra naturam, alia coram Deo clamantia

L

vinda

vindictamq; exigentia. Alia occulta, alia publica, alia nota, alia incognita. hæc in personis ipsis terminantur committētibus, illa etiam ad alios transeunt. nonnulla restitutionem exigunt, nonnulla solam satisfactionem; denique mortalia sunt quædam, quædam venialia.

IV.

Vnicui ob peccatum Angeli rebelles cœlo in flamas æternas deturbati sunt, primi generis humani parentes cum vniuersa posteritate sua paradiso terrestri exacti. illi numquam in pristinam gloriam restituentur, hi, ni Iesus Christus auxilio fuisset, eandem haud dubiè sortem subissent.

FRUCTVS I.

Cum peccatū formaliter, nec ipsa vitiosa sit cogitatio, nec verbum alios offendens, nec interior exteriorue peccatoris actio; intellectu facile est, vt quid peccatum committatur, absente aut non concurrente Deo, etsi nihil sine Deo dici, fieri, aut cogitari queat. Cum enim priuatio sit, cuius malum per habitum oppositum cognoscitur, *defectus* potius quidam est, quàm *effectus*, ac non tam à causa *efficiente* quàm *deficiente* procedit. Atque vt nox, tenebræ, silentium, mors soli, lumini, sono, aut vitæ attribuēda non sunt, etsi huiusmodi priuationes illorum supponant absentiam; ita & peccatum, quod *priuatio rectitudinis*, Deo, qui ipsa rectitudo attribui nequit.

II.

Contrarietas & incompatibilitas quæ Deum inter & peccatorem intercedit, maior haud dubiè

biè est, quàm quæ inter album & nigrum, dulce & amarum, frigidum & calidum, vitium ac virtutem, & si quæ aliæ in rerum natura dari possunt. Primò, quia Deus ipsum est esse; peccatum è contrà creaturam rationalem esse suo morali, quod in virtutibus situm est, priuat; esse quoque supernaturali, quod in gratia & gloria consistit; esse deniq; naturali, in quantum ad naturæ omniumq; ad ipsam spectantium destructionem tendit.

Secundo, prodigium est incredibile & inauditum, quod oēs contrarietates quæ in mundo sunt, fundentur non in substantia, quæ contrarium nescit, sed in accidentibus sibi inuicem oppositis: atqui Deus suâ ipse substantiâ peccato cōtrarius est, vt qui ipsa virtus, bonitas, iustitia, sanctitas, puritas, innocentia, perfectio sit: peccatum vice versa ipsummet vitium, malitia, iniustitia, impietas, impuritas, deniq; omnis culpa & imperfectio. Vnde sequitur, per easdem rationes, quibus Deus est Deus, ita per se peccati inimicum esse, nulla vt in hoc implacabili, mortali & infinito odio dari sperariue interruptio, cessatio, aut intervallum posset, nisi cum Deus esse Deus desinere aut voluerit, aut potuerit.

III.

Hoc igitur punctum exactè versum inuersumq; ruminabo mentiq; insignā, & circa hoc veritatem simul & excellentiam religionis Christianæ demirabor, quod scilicet Deum habeat adeò perfectum, vt in peccati odio liber non sit; sed essentia suâ necessitetur & cogatur tantum illi malum velle, quanta eius perfectio est; infinitum

nitum scilicet. Cuius rei euidentis est ratio ; eò quòd virtus quæ est in Deo vitio contraria ; non sit, vt in nobis ; accidens quoddam aut habitus, verum propria eius essentia & substantia. Adeo vt maiori Verbum à Patre, & ab vtroque Spiritus sanctus, non procedat necessitate ; quam peccati odium à Deo egreditur & procedit.

IV.

Cum tanta & tam enormis Deo iniuria peccato irrogetur, quomodo illi per se ipsas satisfacere creaturæ queant, etsi vel sempiternas parentur poenas, millies & plusquam millies cruciatibus & tormētis damnatorum vehementiares? Iniuria, quam Deo irrogat peccatum infinita est, ergo & infinita illi debetur satisfactio. cuius cum incapax creatura sit, ecquid remedi? Des erga nos ea fuit charitas ; filium suum charissimum nobis vt dederit, qui velut vnus è nobis factus est, vt in quantum nostri similis, mori, & in quantum Deus, satisfacere posset. Adeo vt cum Christi crux excessum charitatis eius ostendit, simul & peccati enormitatem eadem operâ ostendat.

V.

E peccati & gratiæ contrarietate tres alias elicio rationes, cur peccatum tā opere Deus execrētur. Prima ; quòd fieri non possit quin Pater execrētur, & oderit illum, qui filium suum verberat, necat, honore, bonis, viraque spoliāt. At peccatum hoc facit omnibus quos inuādit : Animæ namq; facultates lædit, gratiæ vitam aufert, cœlo nos contemptibiles reddit, omnibus vitæ præteritæ meritis priuat, naufragium causatur, è quo non nisi per tabulam acerrimæ poenitentiae enata-

enatare possimus, denique animam impenitentem omnibus in genere bonis cedere cogit.

Secunda ob quam peccatum Deus oderit ratio, prouenit ex eo, quod diuinam maiestatem impediatur, quo minus nobis beneficiat, eamq; è contra, secus ac initio conceperat, cogat malefacere, si modò malum nuncupandum quod rationabili iustitia nobis infligit. Ratio hæc charitati, qua nos ipse prosequitur, quæ omni ex parte infinita est, respondet.

Tertia ratio, inquit D. Vincentius Ferrerius, est, quod peccatum mortale quatuordecim nobilissimas creaturas destruat, quarum minima in suo genere & specie, cœlo terraq; nobilior est: sunt porro hæc, tres virtutes Theologicæ, quatuor virtutes Cardinales, ac septem Spiritus sancti dona. Fides quidem peccato penitus non perit, *Iacob. 2.* sed ita enervatur, vt non amplius vera virtus, *16.* sed, vt D. Iacobus ait, *mortua* sit.

Quarta, odij huius mortaliter immortalis, quo peccatum Deus prosequitur, causa est amissio gratiæ, quæ cum natura omni superior sit, eius destructio & ruina maius in formis rationalibus, damnum exitiumq; adfert, quàm vniuersæ machinæ mundi demolitio corporalibus & sensibilibus.

Quinta ergo ratio erit conueniens; Cum natura vacuum ita abhorreat, vt quo ipsum euitet, suas ipsa refringat leges, grauius sursum, & leuius cogat deorsum ferri, idque vt continuitatem vel contiguitatem rerum sublunarium conferuet; qui ergo mundi huius Monarcha & architectus peccatum ferat, cum tam horrendam in natura, gratia & gloria stragem edat?

Per protoplastis & primi parentis prauaricationem gratia & iustitia excidimus; & harum loco, infirmitas partem inferiorem, ignorantia intellectum, & malitia voluntatem hominis occupauit. Ipse verò salutis nostræ reparator, huic vt malo occurreret, suam instillat gratiam animabus, illam recipientibus; & eo ipso tempore, fides, spes, prudentia, sapientia, intellectus & consilij donum intellectum exornant; charitas, iustitia, pietas, & filialis timor voluntatem occupant. Fortitudo & robur mentis partem regunt irascibilem; concupiscibilem moderatur temperantia. Quid non vice versa facit peccatum? in prima animam nuditate constituit vt pote quod cum gratia, & quidquid eam sequi solet, consistere nequeat. Et licet de accidentium natura sit, non posse ab vno subiecto in aliud migrare; gratia tamen, quæ nobilissimum est accidens, quod subiecto careat, perit & extinguitur. Multæ in historijs temporum reuolutiones & mutationes leguntur, multas quotidie rerum in natura transmigrations vicissitudinesq; cernimus, quæ tum Incrementa diminutionesue dicuntur, quando quantitas maior aut minor terminus est, Alterationes verò, quando in qualitate terminantur; Generationes, quando formæ alijs succedentes, prioribus nobiliores sunt; vel deniq; Corruptiones quando inferiores: verum annihilationis in vniuersa natura exemplum dari nec potest, numquam potuit aut vmquam poterit. Semper enim sibi Deus est similis, & sine poenitentia eius sunt opera, & vidit, inquit Genesis, quod omnia quæ condi-

condiderat, *erant valde bona*. Vnicum peccatum; monstrum illud informe, verè misanthropon, naturæ ac gratiæ portentum, cum sit & peragatur sine Deo, primarium eius opus penitus destruit & annihilat. Hocne ipse pateretur? pacem cum ipso iniret? an non ubique ipsum persequeretur & exagitaret? Hinc ergo bella, mortalitates, fames; hinc omnes quæ quotidie nos premunt ærumnæ & mala; nam malum culpæ correlatiuum & secutivum est malo culpæ.

VII.

Mecum igitur, ante omnia statuum cavere ne Deum offendam, & cogitabo, sicut nullum eo amiciorem habere possum, ita nullum etiam illo infestiores habere queam. Cogitabo hoc à solo peccato mortali mihi malum accidere, & vno eodemque tempore omnibus me hoc bonis spiritualibus, quæ per gratiam acquirere possem, privare, quin & omnibus vitæ superioris meritis denudare, posse, imò verò efficere, ut omnia opera mea, etiam optima moraliter, coram Deo mortua sint, & ad minimum ipse impetum impulsusque in maximum ruam precipitium.

Perpendam si Deipara, quin & Iesu Christi anima, in peccatum prolaberentur (quod tamen fieri planè non potest) eodem ipsas instanti cœlo exigendas, à verbo separandas, & cum Principe cacodæmonum rebellium, in desperatorum & damnatorum carcerem compingendas. Notabo, sicut nullum mihi iniunctorum omittere licet, ita nec vllum vitæ committere fas esse: & hoc inter affirmatiua

& negatiua præcepta discrimen esse, quod illa quidem obligent *semper*, sed non *pro semper* & *vbique*; hæc verò vice versa & *semper* & *vbique*. Et tamen non nisi septem vulgò prima peccata mortalia recenseantur; sciam tamen longè plura esse, quæ huç aliquatenus referuntur, vt atheismus, paganismus, hæresis, magia, sacrilegium, quæ non minus, imo etiam fortè amplius, abhorere par est:

Notabo, peccata quæ è fragilitate committuntur, propriè in Patrem committi, quòd potentia illi singulari denominatione tribuatur: Ignorantiæ verò, in filium, quòd sapientia illi propriè assignetur: Peccata denique malitiæ directè spiritui sancto aduersari, quòd bonitas illi eminenter conueniat, idque propter emanationem eius. Inter tria hæc peccatorum genera hoc discrimen est, quòd quæ aduersus Spiritum sanctum committuntur difficilius remittantur, quàm alia duo, quòd Principio remissionis aduersentur; qualia sunt veritatem cognitam deliberata voluntate impugnare, præsertim si diuina & ad salutem necessaria fuerit: spirituali proximi bono inuidere; quòd tantumdem est, ac si quis Spiritum sanctum alapâ cederet, eumque reprehenderet, quòd eius sit auctor & elargitor. De misericordia etiam Dei præsumere, & ab eius bonitate, libèrius illius offendendi occasionem sumere, tùm tamen propterea magis vehementiusq; diligi, maioriq; affectu coli deberet. Vel (quòd eius oppositum est) de bonitate eius qui ipsa misericordia est, quique peccatori assidue brachia extendit, & singula computat momenta quibus resipiscat, desperare. Atq; vt desiderium
hoc

hoc conversionis nostræ in ipso infinitum est, infinitum quoq; delictum eius, qui eam diu differt pertinacius, in ingratitudinibus suis computrescit, & Spiritum sanctum à quo vocatur assidue contristat. Si verò perinax hæc obduratio ad vitæ usque extremum duret, tum demum horrendum illud peccatum, quod finalem vocant impoenitentiam, quodq; nec in hoc, nec in futuro sæculo remittitur, contrahitur.

Sunt & alia peccata adeò quidem abominanda, ut natura ipsa, etsi depravata, eadem abhorreat, quæq; nominare piaculum est.

Alia quæ in cœlum clamant, sunt talia, & ita commissæ, ut hominibus eadem punire minimè liceat, imò nec in ipsa inquirere. Tale est homicidiū voluntariū & violentū; tale peccata quæ muta nominantur, quæq; contra naturā esse diximus, adeò quidē horrenda, ut ea nō nisi quā occultissimè committantur, ac proinde solum Deum testē habent & iudicem. Huc item oppressio pauperum, viduarum & orphanorum refertur, merces quoque operariorum defraudata: nam quoniam hoc hominum genus impotens & parvæ auctoritatis est, hinc Deus, communis omnium Pater, illorum protectorem agit, & quoties illorum clamores & plāctus aures eius pullant, vindicem.

Quis porro quantitatem & qualitatem exprimat delictorum quæ omni momento committuntur, nobisq; incognita sunt? Quis dignè debiteq; comprehendat & describat quorum ab alijs commissorum participes reddimur? Etsi namque conscientia timorata, ad cordis agitationes attentæ sint, & circa interiora sua diligenter excu-

Ps. 130.

bent nulla tamen est, quin cum Psalte dicere queat, *Ab occultis meis munda me Domine & ab alienis parce seruo tuo.* Horum nouem notarunt Doctores, quorum pleraque etiam cooperantem in solidum ad restitutionem obligat. Quisq; sibi illa ab alio exponi faciat; his versib' cōprehensa.

Inssio, consilium, consensus, palpo, recursus,

Mutus, participans, nō obstans, non manifestans,

Quoniam vero peccata venialia parui à plebisq; fiunt, & atomi dicuntur, notandum, duo illorum esse genera, alia namq; è fragilitate, alia è malitia committuntur: illa antè committuntur, quàm commissa obseruentur: hæc percipiuntur etiã antequã admittantur, Et quãuis venialia sint, id est talia, quæ facillè à diuina bonitate remittantur, ac nunquam ab eius nos gratia & dilectione separent, nisi fortè naturam suam mutent; metuenda nihilominus sunt, quod ipsæ charitas notabiliter refrigescat, animaq; ad peccatum letale disponatur, quæ per eadem ita debilitatur, vt cum vehemens aliqua tentatio ingruit, facillè succumbat, inimicq; cedat.

Certum quoque, iuxta probabiliorem Theologorum sententiam est, etsi Deus vel vnicū peccatum mortale omnibus mūdi huius poenis, exceptis dumtaxat æternis, castigaret, nō minus tamè rigidè ipsum punitum fore: quod malū creaturæ, quæcumq; demū sit poena, cum malo creatoris, quod culpa est, etiamsi illa vel leuissima sit, comparari nequeat. Ita videmus Mosem terra promissionis excludi, & in monte Nebo demori, quod ad aquas contradictionis venialiter dumtaxat nutasset. Oza, quod indiscreto quodam pietatis motu humerum arcæ foederis casum bobus.

Deut. 34

25.

bobus recalcitrantibus minitanti supposuisset, 2. Reg. 6.
 morte repentina percussus est, & loco *Percussio*
Oze nomē datum. Bethsamite, eādem arcā à Phi- 1. Reg. 6.
 listhinis apud quos aliquantisper velut in capti- 19.
 vitate manserat, domum redeūte, oculos vocēq;
 in lætitiæ signum extulere; ob curiosum tamen
 hunc arcæ inspectum, qui religionis ac zeli actus
 esse videbatur, ea ipsa nocte quinque eorum mil-
 lia periēre. Peccauit item Dauid, quando populi
 cēlum instiuit; ecquis verò, dicere audeat, mor-
 taliter illum deliquisse hoc tamen eius delictum
 septuaginta hominum millium morte expiatū.
 Propheta ille incognitus, de quo in tertio Regū
 libro. est mentio an non ab alio propheta dece- 3. Reg. 13.
 ptus fuit, quando Dei illum nomine adorandum 24.
 inuitauit; leo tamen, qui illum domo eius egre-
 dientem discerpfit, leue hoc peccatum, & ino-
 bedientiam aliquo modo excusabilē castigauit.
 Quot adducere exempla possem, quibus Deus
 mundo, manifestauit, esse se ter sanctū, & à nobis
 coli velle non solum *in iustitia*, id est in statu gra-
 tiæ, verum etiam in *sanctitate ac vita puritate*, vt
 sancti Ioannis Baptistæ pater Zacharias in suo
 ait canticō. Atque hoc nobiscum statuemus, idq;
 non Spiritu timoris, sed adoptionis; nō vt à pœ-
 na eximamur, sed à culpa immunes reddamur;
 non nostri commodi causā, sed eius, qui meretur,
 vt sancta eius voluntas in nobis, & per nos, in
 omnibus & per omnia compleatur.

COLLOQVIUM.

Vnicum est quod te rogem, Deus meus, gra-
 tia vnica, ac tum ab omnibus promissis quę
 caris.

carissimus filius tuus mihi præstitit, liberabo; promisit ille siquidem, te quidquid à te in nomine eius peteremus, quàm liberalissimè & libentissimè daturum. Hic me frustrari dulcissime Domine noli, aliàs tibi in petendo importunus non ero. Vnica hæc gratia, & vnice desiderata est, vt in e peccato præseruare digneris, eo præsertim, quod mortem mihi afferat, quodq; inimicus tui is mortaliter immortalis est.

Petat à te quisquis voluerit, honores, diuitias, sanitatē, multos vitæ annos: poscat à te qui volet, caritatē, humilitatē, patientiam, castitatem, mansuetudinem, pietatem: cui libuerit, optet cœlum & æternam felicitatem; equidem modò de re alia non laboro, aliud non efflagito, nihil aliud rogaturus coram Maiestatis tuæ throno supplex prouoluor, vnicam nempe numquam tui offendi gratiam. Hanc mihi, obsecro, concede, de ceteris prout placuerit, dispone: ignes, vincula, flamme, cruces ac supplicia, imo vel tartarus ipse mihi me terrent, certus modò sim, numquam te offensurum.

Prò, vt animarum in purgatorio agentium sorti inuideo! non tam quòd de salute sua securæ sint, quàm quòd numquàm te possint offendere, aut aduersus te murmurare, quicumq; demum tormentorum eas impetus premar.

Beatè ter & amplius animæ, quæ Deum in medio flammarum honoratis & amatis, eumq; in vehementissimis cruciatibus laudatis! quis mihi det: gratiam, vobiscum vt aliquando agam, ac cœlo terreque ostendam, me, si quid à Deo petiero, non hoc commodi mei causa, nec vt poenis estimar, facere; sed vt numquam illum amplius offen-

offendam, cum per me & omnia obsequia in ea, gloria eius nequaquam adaugeri queat. Offendere illum possum, at non beare; peccare possum sine illo & in illum; sine illo tamen nihil quod ad eius honorem tendat possum facere. De suo igitur disponat prout libuerit, det, resecet, auferat quantum voluerit; nouit quomodo de suo disponere debeat. quid à me solum facere possum; peccatum scilicet, scio; modò nihil me mei agere sinat, de suo pro beneplacito, & ut videbitur, disponat.

Ah maledictum peccatum, tunc meum opus dicèris? & per me destrui non poteris uti ante per meipsum commissum es? Ergo meum eris, & purè meum, & tamen renuntiare te nequeam? semperne verum erit, satis mihi debilitatis & fragilitatis ad te committendum esse, & tamen à meipso non sàt habere virium, ad te destruendum?

Sentio, iustissime viuorum ac mortuorum iudex, primæ præuaricationis appèdices esse quòd inclinationis ad peccatum sim hæres institutus, quòd voluntatem malitia, intellectum ignorantia, irascibilem partem debilitas, & concupiscibilem intemperantia occuparit. vnde verò fit, ut præcipuo culpæ huius originalis nauo per baptismum eluto, funesta eius additamenta post maneant, & vulnus reductum sanguine adhuc stillet? Anne ut virtutem nostram exerceres, & fidelitatem in conflictibus experireris? an quòd coronam pro victoriarum proportionem illustriorem reddere volebas? an quòd liberum arbitriū reuerteris, quòd, non obstantibus prodigiosis peccati effectibus, aut potius monstrosis defectibus,

nobis

hōbis liberum mansit? si primum, ecquam finē te virtutem habemus? quem prouentum, quem redditum à terra maledicta, non nisi ad vrticas, spinas, & carduos ferendos propria speres? quā tibi hāc ad excolendum molesta & grauis erit? quot hic serpentes & colubri stabulabunt & latibula habebunt, antequam expurgetur. fidelitatem porro vbi inuenies, vnde eam accipiemus nisi à te descendat? quid ergo à nobis expectas? si nos nobis relinquas, loco coronarum quas condecorare vis, ac tropaeorum, quae erigere decreuisti, eculeos, fulmina, ac tonitrua te parare cogemus, atque vt terram nostram sanguine rubricantem, & ossibus mortuorum candicantem reddas, sicut in die furoris tui iam olim reddidisti, cum Vandalos in Africam, Tartaros in Asiam, Cerassos in Aethiopiam, Pictos in Angliam, Anglos in Galliam, Saracenos in Hispaniam, Hunnos, Hothos & Ostrogothos in Italiam immisisti, vt ceteras vltiones tuas taceam, quarū vtraq; tam sacra quā profana meminit Historia. Peste, bellū, famē à manu tua velut munera accepimus, sēperq; ita erit, si nos nobis relinquas.

Cur porro, Deus meus tantopere liberum arbitriū nostrū reuereris, vt, ne illud cōgas, passionibus tute nostris, rebellionibus, turbationibus & degeneri ingratitudini exponas? & vt pacificum voluntatis nostrae Dominium nobis relinquas, in nostra sit potestate, nihil aliunde vt mutuari opus sit, tibi bellū indicere, quotiescūq; nobis visum fuerit? Maledicta & scelestas libertas! Satiū foret millies in captiuitate nos esse, vtinam serui perpetui essemus, vtinam voluntas mea seruilis foret, & serua seruorum liberum ar-

bitri-

bitrium! utinam extra potestatem meum meique
similium foret te posse offendere!

At quid? huic libertati cedere non possemus?
qui pacificus alicuius domini possessor ac pro-
priarius est, an non de eo proutlibet potest di-
sponere? an nō id, quādocūq; voluerit, dare vēde-
re, & oppignorare potest? cur nō ergo libro huic
arbitrio possū cedere eoq; me spoliare? cur Sata-
nā id vendere, ac malo habitui, qui mihi id aufe-
ret, oppignorare poterō; & qui mihi id legitime
mutuauit, reddere ipsum non licebit? aut potius
illi dare, qui mihi ipsum aded liberaliter dedit.

Ipsū ergo tibi reddo, ipsum tibi creator
meus, donatione irreuocabili dono, in manus
tuas consigno, nō modō quādam proprietatē fun-
di, verum etiam vsumfructum & integram om-
nium facultatum & functionum eius possessio-
nem. Opus tuum fateor, necesse est, conserues;
hanc igitur libertatem meam conserua, eamq; in
esse quod illi dedisti, custodi, ut nimirū illi libe-
rū sit de seipso ac de re omni disponere. Ita ergo
de ea dispono, ut plane & plene eā à me abdicē;
tibi illā consigno & resigno, aded ut si qua de re
posthac dispositura sit, aut in aliud consentire
aut refragari, velit, hoc non amplius meum, sed
tuū futurum sit opus. Ita eam rege & gubernā, si
placuerit numquam ut aut à via mandatorum
tuorum, aut consiliorum semita aut à recta volū-
tatum & inspirationum tuarum linea deflectat.

Hem quam beatos omnes illos, quos in gratia
etiam in mortali hoc corpore agentes, & in valle
lacrymarum gementes confirmasti, existimo!
Benedictus sit sanctus spiritus tuus, qui hāc grā-
tiam Apostolis communicauit, dum in die pēte-
costarum

costes in ipsos descendit. Benedicta sit dignissima mater tua, quam gratiâ immaculatam reddidisti. Benedicta sancta anima tua, dulcissime Redemptor, quæ non modò à culpa immunis fuit, verum & impeccabilis, nec modò impeccabilis gratiâ, verum etiam naturâ. Vnde discò, peccare posse, non esse quoddam potentiæ principium, sed summæ impotentiae argumentum. Maledicta sit centies & amplius talis impotentia: non tam in se (cum per habitus nihil aut mereamur, aut demereamur) quàm ob effectus suos, qui nihil aliud sunt quàm deplorandi & prodigiosi defectus.

Quod præteritum est, non potest non esse præteritum, at ut id mihi non imputetur, fieri potest. Vitæ igitur meæ præteritæ peccata obliviscere Domine, eaque sanguine fratris mei primogeniti, filij inquam tui ablue, & spongia quæ ille sub cruce potatus fuit, absterge. Cedo omni eo quod ibi fuit meum; & tibi offero quidquid fuit tuum, ut scilicet cogitationum, verborum, & actionum præteritarum mearum materiale novam illam recipiat formam sacrificij quod tibi offerò, accedentibus ijs quæ Redemptor meus, filius tuus olim in hoc mundo pro salute mea, & gloriæ tuæ exaltatione cogitavit, dixit, egit, per tulit.

Nec verò tam ad poenam iniquitatibus debitam euitandam, hanc veniam à te efflagito, quam ut ab oculis tuis, quàm fieri potest optime, auferam quidquid tibi displicere potest. Per gratiam tuam agnosco, quanto opere tibi peccatum displiceat, eiusque deformitatem ac turpitudinem in crucis tuæ libro exaratam lego qui liber sanguine tuo

ne tuo velut atramento tinctus est, & cuius characteres tria sunt vulnera. Toties hoc in me experior, quoties à te me diuello; tum verò grauior, tum tenebræ intellectum meum obruunt, tum passionibus inferiorem animæ partem occupant, tentationes in me ingruunt, ea denique mea infirmitas est, vt caro, mundus & diabolus, mox vt gratia tua à me recessit, plenam in me, velut suum potestatem habeant.

Quid porrò mirum, anima mea, peccatum, quod non nisi defectus quidam, tales in nobis effectus producere, cum in Angelorum & hierarchijs tantam fecisse stragem videamus? Deus illos ad imaginem suam condidit, nonemque ijs excellentias dedit, quarum typus fuere nouem illarum gemmarum, quarum Ezechiel meminit: Fecit namque i. illos *puros spiritus* & simplices intelligentias, omnis materiæ & corporis expertes. Secundò, *immortales*, & à corruptione immunes. Tertiò, *intelligentes*, vt discursu per admirabilem mentis subtilitatem opus non habeant. Quartò, *liberos*, voluntas ipsorum vt cogi nequeat. Quintò, *scientes*, cum omnium scientiarum naturalium plenitudine. Sextò, *potentes*, supra omnes creaturas corporales. Septimò, *sanctos*, gratiæ, charitatis, aliarumque virtutum naturali illorum excellentiæ conuenientium dono exornatos. Octauò, *paradisi deliciarum*, id est cœli empyrei, *ciues*. Nonò denique *visionis essentia Dei capaces*, securos de gloria, modò in eius perseuerarent gratia. Vide iam & nota, quam idē Deus, qui adeò se erga illos liberalem exhibuerat, in illis castigandis, mox vt peccarunt, terribilē se gesserit, nullum iis ad poenitentiam tempus

M

conce-

concedendo, & summo coelorum ad imas abyssos, nullo pulchritudinis illorum naturalis, nulloque excellentis conditionis intuitu, nihil motus eo quod ad suam illos imaginem condidisset, non quod carissimi eius extitissent, non quod in æternum illum abnegaturi, execraturi, & blasphematuri, non quod tot tamque grauium peccatorum, quæ in mundo committuntur, occasionem daturi essent, præcipites dando. Si formidabile Dei iudicium, & quod in ipsos exercet supplicium (quod scilicet æterna cum rabie & impatientissimè ferunt) Angeli ferre nequeunt, anima mea, quid facient homines miseri ac debiles? Quàm horrendum igitur est incidere in manus Dei viuentis! Huc tamen solum & vnicum peccatum nos deducit, ad quod destruendum, mundoque proscribendum, Deus hominem induit, ac mori voluit, vnde Isaias: *Hic est omnis fractus eius, ut auferatur peccatum.*

Neb. 10.

1.

Isai. 27. 9.

MEDITATIO XIII.

DE INDVLGENTIARVM BENEFICIO.

PVNCTVM I.

Ioan. 20.

21.



Pud Ioannem Apostolis suis Dominus ait: *Pax vobis, quomodo misit me Pater, & ego mitto vos. Hac cū dixisset insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittantur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* His è verbis hanc cōclusionem ac consequentiam elicit Concilium Tridentinum, Apostolorum successoribus, nescientibus quænam peccata retinenda, quænam verd

remitt

remittenda essent, nisi fortè è confitentis ore, peccatorem teneri conscientiam aperire, lepræque suam Sacerdoti detegere, vt sententiam is iudiciumque de illo in tribunalis suo pronunciet cum omnis absolutionis sententia causæ cognitione præsupponat. Hoc illud modo fecere primigeni Christiani, vt ex Actibus Apostolorum colligere est: *Multi credentium veniebant, confitentes & annunciantes actus suos*, vel iuxta Syriacam versionem *delicta sua*. Atque hæc prima est ad lucrandas Indulgentias requisita conditio, quæ præsupponunt semper, animam in gratiæ statu esse. quarum hæc est definitio: *Indulgentia* (eò sensu scilicet, quo eam hic accipimus) non est aliud, quàm poenarum temporalium peccato iam remisso debitarum relaxatio, atque hoc per extraordinariam satisfactionum Redemptoris applicationem, idque in virtute potestatis quam Apostolis suis eorumque successoribus reliquit. Notandum autem huius occasione, duo in peccato omni haberi, *Auersionem & conuersionem*, auersionem à Creatore, & conuersionem ad creaturam: culpa auersioni, poena conuersioni respondet: culpa per contritionem & confessionem eluitur, poena vel omnis vel pars eius per sacramenta, aut baptismum flaminis, aut martyrium, vel per opera poenalia, qualia sunt, eleemosyna, ieiunium, oratio, vel, quod multo facilius per Indulgentias, & maxime plenarias, quibus meritorum & satisfactionum Iesu Christi, pro poenarum, quas in hoc vel alio mundo pati deberemus, magnitudine applicatio continetur. Et notandum est, sicut culpam Deus ex misericordia remittit, ita retinere poenam per iustitiam, donec plenè satisfactum sit.

Matt. 16.

Christus Petro singillatim ait: *Tibi dabo claves regni Cœlorum. quodcumque ligaueris super terrā, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Verba hæc leguntur Matth. 16. alia similia ad omnes simul Apostolos dicta post paulo, cap. 19. in quibus potissimum obseruanda sunt duo hæc: *Quodcumq;* & *quacumque.* His enim iubemur credere, quidquid D. Petrus, Apostoli, vel eorum successores remiserint, tam quoad pœnam quàm culpam, sine omni exceptione, vel restrictione, remittendum, & quidquid soluerint super terram, in cœlo quoque solutum iri.

Petrus, eiusque successores absolutam in omnes & quoslibet potestatem accipere, quod omnium Christi ouium cura illis commissâ. Apostoli, Episcopi, eorumque successores eam non nisi ad diœcesianos suos limitatam. Etsi summus Pontifex, cum iure diuino in omnes Episcopos auctoritatem & iurisdictionem habeat, aliquatenus eam restringere, & limitare queat, prout expedire iudicabit. Notandum quoque, cum summus Pontifex dispensator sit, non dissipator, & œconomia, dispensatioque ad arbitrium illorum quorum facultates dispensantur, facienda sit, non est thesaurus hic nisi iuxta Christi Domini intentionem, iusta scilicet & rationabili de causa aperiendus: qualis tum ea iudicanda, quando subiectum, cuius occasione Indulgentia conceditur, Dei gloriam, Ecclesiæ fructum, & recipientium salutem spectat; etsi vel onera Indulgentijs præscripta exactè ijs respondeant, vel non; cum in materia fauorabili, indulgentiæ inquam

inquam & gratiæ, non vsque adeo exacta æqualitas & proportio desideretur, & satisfactio. num filij Dei thesaurus nequeat exhauriri.

III.

A prædicta illa absoluta Pontificis potestate Indulgentiarum distinctio dependet; nam quot ille habet clauium applicationis communicandæ modos, tot etiam Indulgentiarum sunt genera. Aliquando id facit *secundum totum*, exemplo Redemptoris Christi Latroni conuerso paradysum & promittentis & dantis; aliquando nonnisi *secundum partem*, vt dum idem mulierem in adulterio deprehensam à lapidationis, quæ promeruerat, poenā exsoluit, & languidum ad piscinam probaticam ab infirmitate quæ duodequadraginta illum annis affecerat liberauit, significans hanc illi ob peccata accidisse, dum ait: *Ecce sanus factus es, iam deinceps noli peccare, ne deterius tibi contingat.* Idem & facit Apostolus erga Corinthium, illum incestuosum, dum illi ad conciuium intercessionem deprecationemque peccati poenam remittit. In quo notandum Apostolum hac indulgentia vtentem, dicere se id *in persona Christi Iesu* facere.

Ioan. 18.

Ioan. 5.

2. Cor. 2.

10.

IV.

Notandum & examinandum Iubileum hæc sequentia Indulgentiæ plenariæ adiungere. Primo, per vniuersam is Ecclesiam publicatur, ob rationem prægnantiorē, & causam vniuersaliorem, quam ceteræ habeant indulgentiæ. Secundo generalem secum adfert exultationem & iubilum, qui per vniuersam Dei domum se extendat. Tertio in eo omnibus confessariis ab ordinario approbatis, ab omnibus casibus re-

seruatīs & censuris absoluendi potestas confer-
tur. Quarto, confessarijs datur ad vota aut cum
exceptione, aut sine ea commutandi auctoritas.
Ceterum sedes Apostolica excipere duntaxat so-
let vota religionis ingredienda, perpetuæ casti-
tatis, professionis ad terram sanctam, ad limina
Apostolorum, & peregrinationis Compostella-
næ.

Insuper notandum, veterem Israelitarum Iu-
bileum, huius figuram extitisse, tum inquit per
Moysem Deus: *Clanges buccina mense septimo,
decima die mēsis, propitiationis tempore in vniuer-
sa terra vestra: sanctificabisque annum quinquage-
simum. & vocabis remissionem cunctis habitatori-
bus terra. ipse est enim iubileus. Reuertetur homo
ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad fa-
miliam pristinam.* Obseruandum porro, bucci-
nas has totidem fuisse, quot Christus Dominus
in cruce verba locutus est, & has e cornibus arie-
tinis compactas fuisse, ad designandum, omnem
indulgentiam & remissionem ab agni sine ma-
cula meritis procedere & processuram; atque
inde Iobel aut Iubileus deriuatus.

FRVCTVS.

In signis haud dubiè Dei contemptus est, & in-
iuria, quando creaturæ intuitu & causa dere-
linquitur creator. Creatura porro est ho-
nor, voluptas, lucrum, & quidquid ho-
minem inescat, & a primo principio suo
retrahit. Huic a creatore auersioni responder, vti
dixi, *culpa*, quæ aut venialis aut mortalis, pro a-
uersionis qualitate; conuersioni verò opposita
est

est *pœna*. Quoniam verò ad gloriam æternam obtinendam, omni vacare debito nos oportet; hinc ab omni animi culpa, per contritionem ac confessionem purgemus & à pœna iis quæ antè proposita sunt mediis liberemus necesse est.

II.

Prima est baptismus aquæ aut fluminis, qui cū secunda sit generatio, quàm *palingenesiam* Græci nuncupant, in operis quod olim Christus egit, & præsertim ad hunc effectum applicati virtute, is qui baptizatur, velut noua apud Deum redditur creatura, & à culpa simul & pœna purgatur: etsi pœnalitates, vt sunt morbi, infirmitas, ignorantia, in malum facilitas, ad bonum difficultas, irascibilis & concupiscibilis partis rebello, ad virtutis exercitium, & fidei erga Deum experimentum illi relinquuntur. Atque vt nemo secundo nasci potest, ita nec in anima per baptismum sacramentalem secundo renasci, idque ob characterem eradi nescium, suamque semper energiam conseruantem: aqua naturalis ipsa materia est, modò vnum è primariis corporis membris ea tingatur; verba & forma: *Ego te baptizo*, &c. Intentio sacramentum administrantis ablu-tionem sequi debet, illa autem sit, oportet facere quæ Christus fieri decreuit, & facere Ecclesia cōfuevit.

III.

Baptismus fluminis eundem effectum habet, quando nimirum anima perfecta contritione concepta, aut purissima ardentissimaque in DEVM charitate elata baptismum (qui

Sacramentorum reliquorum ianua est) summo-
 pere desiderat, sibi que dari optat, talis martyrum
 erat charitas, quando vitam propter Dei gloriam
 tyrannorum tormentis exponebant. Obseruan-
 dum porro, magnum esse inter attritionem &
 contritionem discrimen. Illa namque imperfe-
 ctus est dolor, proprio studens potissimum com-
 modo, verbi gratia, dum Deum suppliciorum
 inferendorum, aut gloriæ æternæ amittendæ me-
 tu quis se offendisse dolet: Cōtritio verò è filiali
 erga Deum amore procedit, quando nimirum eū
 qui adeò bonus, adeò omni honore & obsequio
 dignus, offensum genuit. Quoniā verò perfectus
 hic dolor raro admodum haberi potest, remediū
 diuina adhibuit bonitas. Poenitentia sacramen-
 tum instituendo, per quod de attrita anima fit
 contrita, modò debitè se clauibus subiiciat, & ab-
 solutionem à legitimo Sacerdote, qui illam dare
 possit consequatur.

IV.

Quæ hominem ad Deum offendendum tra-
 hunt causæ, vt plurimum, aut ab anima, aut à
 corpore, aut etiam à substantia, quam fortu-
 nam dicunt, oriuntur & procedunt. Oratio, quæ
 animam ad primum suum Principium sustollit;
 ieiunium, quod corpus domat; eleemosyna, quæ
 facultatibus rectè docet vti, huic malo singulæ
 occurrunt, vocanturq; opera satisfactoria, quod
 per quæ Deus offensus erat, ijs pro contemptu
 honorem, pro neglectu obsequium illi deferunt.
 Sacrificium *Misse*, ac sacramentorum participatio
 & vsus etiam multò id præstant magis,
 quod præter meritorium ac satisfactorium o-
 peran-

perantis opus, operis operati etiam effectus accedat, quod, præter remissionem culpârû, quæ vti poena, diuidi nequeunt (nemo enim amicus Dei medius esse potest) aliquam semper poenæ relaxationem includit: tum etiam quòd culpa numquam nisi per gratiam eluatur, quæ gratia cum nullo peccato mortali potest consistere, quod de poena dici nequit; quæ cum gratia cõpatibilis est, vti apparet in Adamo paradiso expulso, & in Moyse ab Angelis sepulto, ante terræ promissionis ingressû; in Dauidе acriter ac grauius castigato, etsi remissum & ablatum à Deo peccatum illi Nathan asseruisset, & vt quotidie in Ecclesia videre est, flagellis & tribulationibus quales numquam ei defunt à Deo exagitata, etsi illam charissimam, vnice dilectam, & velut filij sui sponsam habeat.

V.

Nulla porro commodior faciliorque ad nos culpa debitis exsoluendos, & poenæ nostræ hypothecas purgandas est ratio, quàm debitus Indulgentiarum vsus; vt enim satisfactiones Christi ordinariè nobis per baptismum, charitatem, opera poenalia, & sacramenta applicantur; ita extraordinariè, quando ab eo qui huius faciendi potestatem habet, & cui eandem ob causam Dei vnigenitus claues regni cælorum dedit, nobis appropriantur.

VI.

Ignorantia verò ac malitia eorum qui magna Sedis Apostolicæ cum calumnia dicunt, Pontificem Indulgentijs venale coelum habere, elucet

Iud. 5. 16.
II.

in eo, quod Catholici tantum ab his ineptis credendis absint, ut, dum in scholis de peccati remissione disputant, asserant, fieri penitus non posse, aliquē à Deo ipso in gratiā recipi, nisi verē de peccato doleat & peniteat. Sed hoc illorū dūtaxat est, qui in via Gair abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Cora perierunt, qui quacumq; quidem ignorant, blasphemant, quacumque autem norunt, in his corrumpuntur. Vt dum Deum nos ob peccata hoc in mūdo castigare volunt. Et tamen, dum instantes petimus, nūm ei, qui puniri promeritis moritur, & diuinæ iustitiæ nondum satisfecit, nihil in alia vita soluendum restet; subterfugia captant, cū tamen asserere deberent, bonam nos salutis curā gerere, & de ea laborare, si quot potuerimus Indulgentias lucrari conemur, per quas auertantur, & expientur poenæ, quas ad diuinæ iustitiæ tum in hoc, tum in altero mundo satisfaciendum, luere nos oporteat.

VII.

Coloss. 1.
24.

In ea, quæ de operibus meritoriis est meditatio, dixi omne opus bonū, meritorium, satisfactoriū, impetratorium, & consolatorium esse; meritum operanti manere per gratiam, & operantem alteri qualitatem satisfactoriam applicare posse, ad imitationem Apostoli dicentis: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia.* Addendum porro hic, si sancti aliqui, quales Deipara mater, Apostoli, & alij virtute eximij, Deum honorarint magis, contempe-

repperint, amarint quam offenderint, reliquum satisfactionum illorum vsui esse possent qui viue & illustra eiusdem corporis mystici, Ecclesiæ inquam, sunt membra: cum æquum non sit, imò nec fieri queat, quid operum Dei, filiiue eius meritum perdi: quod dici sanè non posset, si satisfactiones illæ residuæ & supererogatoriæ nulli prodesent.

Expertus hoc reipsa erat Dauid & norat, dum diceret: *Particeps ego sum omnium timentium te Domine.* & Apostoli, dum id nos in articulo de communione sanctorum credere volunt. Demum & poenæ temporales peccato debitæ, per specialem hanc satisfactionum filij Dei applicationem, remitti queunt, quæ ad vsque merita ac satisfactiones Sanctorum extenduntur, & in eadem habent influxum, vtpote quibus hæc annexa sunt, & à quibus dependent; quorum hi fructum digni sunt amittere, qui in fide circa hæc naufragium faciunt.

VI I.

Bonitas verò Dei & prouidentia in homines in eo apparet, quod ante Bonifaciū VIII. non nisi de sæculo in sæculum, id est post singulos centum annos iubileus celebraretur, quod deinde Clemens VI. ad quinquaginta annos restrinxit.

Deinde cum vitæ humanæ spatium decreveret, & necessitates Ecclesiæ indies ingrauesceret, Paulus II. post quinq; & viginti annorum decursum eum decreuit iterari: quod dein decretum Sixtus IV. executioni mandauit.

Multæ adhuc sunt, tum plenariæ, tum certorum annorum indulgentiæ à summis Pontificibus multis in locis & variis occasionibus

*Extrau.
comm. l.
§. tit. 9. c.
1. omnib.*

*tit. de
Poenit. &
rem.
Extrau.
Vnigeni-
tus.*

*Extr.
Quæd.
data eod. tit.*

datæ, ad Christianos ad frequentiore[m] Sacramentorum vsum, ad bona opera, & imprimis v[er]se Deo reconciliarent, animandos. Tales fuere illæ, quas Gregorius Magnus impertit stationes Urbis Romanæ obeuntibus, & quas Leo Papa multis tum Germaniæ, tum Galliæ Ecclesijs concessit.

IX.

Eadem autem bonitas & providentia multò etiam magis in agnorum, granorū benedictorū, & sigillorum sacrorū institutione elucet. Cū enim veteres in Occidente Ethnici annuleta aliqua, & sigilla de collo aduersus præstigias veneficorū gestarent, vti Orientales icunculas Alexādi Magni; vt superstitionē hanc summi Pontifices laudabili quadā cæremonia abolērent, censuerunt e re Christiana fore, si signa hæc agni immaculati figura & imagine consignarent, & precibus ac suffragijs benedicerent, vt Deus eadem gestantes à malo præseruare, & in omnibus cum animi tum corporis tueri opitulariq[ue] necessitatibus dignaretur, formata sunt & alia, quibus sacra Iesu, Deiparæ Virginis, sanctorumq[ue] Apostolorum nomina, & vitæ mortisque Dominicæ mysteria, & alia pietatis symbola insculpta, quibus & suam exterius Christiani fidem testabantur ac profitebantur, & illorum hoc pacto zelus & deuotio excitaretur, humilitas exerceretur, denique erga Sedem Apostolicam parentia & studium pateretur. Addidēre post ijs Pontifices certas quasdam gratias & priuilegia, quæ Indulgentias dicunt, quas lucrarentur qui delictorum

etorum confessionem instituerent, sacram Eucharistiæ mensam frequentarent, ieiunarent, eleemosynas erogarent, orarent, ac sæpè orationem dominicam percurrerent, aut aliud quoddam pium Christianumque opus facerent: hisce autem gratijs pœnæ peccato cuius eos poeniteret, debita, aut penitus, aut ex parte remittuntur. Ceterum Granum, signum, imago sunt velut conditio in intentione Pontificis, ac quoddam signum visibile, quo dignoscantur, qui de beneficiatorum spiritualium sunt numero, sicut & symbola quæ sedis Apostolicæ Equites gestant, & crux Melitensis, & nota equitum S. spiritus non conferunt quidem ordinem, sed eundem significant, ostenduntque gestantem in hunc aut illum ordinem inscriptum esse. Quoniam verò imagines cereæ facile diffringuntur, & duriori insculptæ materiæ ad gestandum molestæ forent, placuit signa ad gestandum capta efformare, qualia iam passim videmus. Rursus quod tot haberi commodè non possent, ut omnibus sufficerent, visum est grana illorum loco substituere, quæ & gestarentur commodius & haberentur facilius.

X.

Quantum verò huic bonitati animæ debent fideles, quæ etsi in statu gratiæ ex hac vita decesserint, diuinæ tamen plenè non satisfacere iustitiæ, quod sanctæ sedis auctoritate Christi satisfactiones extraordinario quodam modo illis, ad debitorum decrementum, applicari queant, cum eiusdem Ecclesiæ ipsæ sint membra, san-

sanctis quam nos propiores existant, & dum Dominus Petro ait, quidquid ligaret aut solueret super terram, ligatum illud & solutum in cœlo fore, verba *super terrā* referantur, & ad actionē illorum, & ad ea quæ ipsi, si in terris viuerent, acturi essent, vti & illa, quorum vulgo vsus est, *per modum suffragij*, aliud non denotant, quàm huiusmodi applicationem non per modum iuridicæ absolutionis fieri, sed Deo tantum offerendo quantum ad iustitiæ eius satisfaciendum, & animas illas à pœnis exsoluendas sufficiat.

XI.

Tertul. l. aduers. Maced. c. 1. Si Episcopi olim ex mera gratia & indulgentia, Pœnitentibus publicam agere pœnitentiam coactis tempus ac spatium præfixum, intercedentibus Martyribus aliquando minuerent & abbreviarent: Si Concilij Niceni Patres post decretos præscriptosque pœnitentiæ, pro criminū; quorum rei peragebantur, ratione ac magnitudine, annos statuerint; Episcopum cum *Eccl. Nic. 12.* rior pœnitentiam agēibus humanitate, id est indulgentia, vti posse; si idem & in Concilijs *Can. 1.* An-
cyrano & † Laodicensi legatur decretum, quid
† *Can. 2.* impediatur, quò minùs Ecclesiarum triumphantis & militantis suffragijs; ipsa purgans & patiens (quæ vnū cum iisdem corpus constituit) iuuetur?

XII.

Iniqua porrò penitus hæreseos statera, & insolens prorsus illorum opinio est, qui vel vnū fidei actum sibi Bullæ esse loco volunt, & vel vnā mentis eleuationem Indulgentiarum instar

Rar, simplicem quoque mortis Dominicæ apprehensionem velut plenum iubilæum esse, qui pœnæ simul & culpæ conferat absolutionem; nos verò, idem faciendo, quin etiam contritionem superaddendo, exactè peccata confitendo; Eucharistiæ participando, orationes adhuc, elemosynas aliaque pia opera adiungendo, idem quod ipsi possunt, posse negant.

C O L L O Q V I V M.

Verissimum porrò, sæculorum Rex amplissime, esse te ambidextrum iustitia æquè ac misericordia commendari; in vtraque æquè esse magnū & admirabilē: & sanè aliter esse nequit; cum vtraque propria tua sit essentia. Tuas igitur perfectiones venerans adoro, tibi quæ omni quo possum studio, gratias ago, quod a deo sanctus sis; tuaque nec bonitas iustitiam obscuret; nec iustitia tua misericordiæ sit impedimento. Amor quo erga nos afficeris, infinitus est; at non cæcus, uti noster, & ut parentū carnalium, qui in agnoscendis sobolis suæ imperfectionibus apud nos postremi ultimique esse solent. Errores nostros vides; examinas; & velut iudex, testis & inquisitor actionum nostrarum castigas. Millies & iterum millies esto ob admirabilem adeo, amabilem ac formidabilem perfectionem tuam benedictus. Reserua, ut per iustitiam reservas, pœnam peccatis nostris debitam; modò per misericordiam culpam nobis remittas. Ob vtrumque hunc modum benedicaris, & lauderis (mereris etenim, estque hoc nimis quàm rationi consentaneum) in-

pri-

primis dum in tibi satisfaciendo negligentem sumus, idque aut fidei defectu, aut quod remedia, quæ ad iustitiæ tuæ, etiam summo in rigore, satisfaciendum, nobis dedisti, non adhibeamus. Hem! quàm in Christo Iesu, fratre nostro ac Filio tuo, diuites & opulenti sumus? Quot nobis ille iræ tuæ & furoris placandi, & debitorum nostrorum exsoluendorum media rationesque legauit. Verùm quanta etiam nostra in illis agnoscendis ingratitude, & in nobis applicando negligentia, cum tamen iustitiæ tuæ satisfacere non valeamus, quin simul in gratia tua crescamus: voluit siquidem paterna bonitas tua, vt quæ satisfactoria sunt opera, simul & meritoria essent vtque sacramenta reconciliationis, essent & augmenti gratiæ & meriti. Nullus sua inter nos homines debita pecuniaria soluere potest, quin simul facultatibus eius tantum decedat, quantum id, quod soluit creditori; nemo verò sua apud te Domine exsoluere potest debita, quin pariter ditescat tantum, quantum è debitis remittitur, cum per gratiam tuam eadem operâ mereamur, quâ satisfacimus. Reddant proinde tibi, & persoluant gratias, ac laudes & benedictiones omnes qui tibi debitores sunt (quis verò non tibi debet?) quin & Angeli nostri tutelares, quorum charitas, nostro gaudet & bono, & participat eorum quæ in commodum nostrum vergunt.

Bis quidè aquis baptismi tingi me nefas est, & secundo offensas hoc regenerationis lauacro immergere: at te dāte, possū sæpius baptismo fluminis aut spiritus sancti purgari quādo ignē quem in
terram

terram intulisti, ut nempe amore tuo ardere-
mus, in animo meo accenderet tibi placuerit.
Veni igitur ignis diuine, veni sancte Spiritus,
veri Deus amoris, & coöperatione liberi ar-
bitrii in me operante, concede ut ijs me exer-
cent operibus, quæ plenè tibi satisfacere que-
ant. Oratio me tibi coniunget, ieiunium cor-
pus tibi meum subijciat, eleémofyna illarum ti-
bi sacrificium facultatum offeret, quarum con-
cupiscentia te toties tamq; grauiter offendi; ar-
dens adhuc cordis mei dilectio gratum tibi
parabit holocaustum, cui tu solus ignem subij-
cere, & materialia necessaria subministrare po-
tes. Nihil enim venit ad te quin antè procedat à
te, nihilque te dignum, quàm quod per te fa-
ctum.

Nihil porro, delictorum meorum veniam
petendo, aliud specto quàm ut oculis tuis gra-
tum me acceptumque reddam pro voluntatis
tuæ sanctæ beneplacito, pœnarum verò, quas
me pati oporteret, remissionem efflagitans, vo-
lo, ut quidquid impedimento mihi esse possit,
quò minus gratiæ tuæ recipiendæ sim idoneus,
penitus auferatur, nihilque huiusmodi super-
sit. Vbi enim iustitiæ tuæ satisfacimus, su-
mus ad misericordiam tuam recipiendam, vo-
luntatem tuam audiendam, gloriæ tuæ ser-
uiendum; inspirationibus tuis responden-
dum, ad proximi salutem cooperandum, utque
idoneum diuinæ maiestatis tuæ simus ad om-
nes functiones, in quibus nostra tibi uti
placuerit opera, organum, aptiores. Hinc
ad indulgentiam tuam tam ordinario quàm
extraordinario modo supplex confugio, a-

N

goque

goque gratias propter illas, quas quotidie tam liberaliter in Ecclesia promulgas, filios tuos inuitans ut rebus suis prospiciant, & flagella auertant, quæ ijs hoc in mundo immisfurus esses, ne forte acrius in eos post hanc vitam sæuias, & quam paterentur poena nullum esset ijs meritum allatura. Quam verò, qui hæc non credunt, aut eas lucrari negligunt, digni sunt ut tam eximio beneficio priuentur, imò verò digni, ut promixta huius ingratitude mensura ad modo tractentur! Hos ipse non imitabor, benignissime Pater, cum tuos mihi ipse thesauros, & aperire, & ostendere, & dare digneris! quin verò omnem adhibebo industriam, ut exacte adimpleam quidquid Indulgentiarum bullæ præscribunt, & omnia executioni mandem onera, conditionesque, sub quibus tuus in terra Vicarius tuam nobis munificentiam declarat & applicat. Penes ipsum potestas hæc est; cum hanc in illum contuleris; in Ecclesia verò tua fructus, quod illam dilexeris, in me autem obedientia & lucri participatio; cum & voluntatem & commoditatem illarum lucrandarum mihi dare digneris. Imprimis verò in gratia tua sim oportet, quæ numquam ut exeam quæso permittas; sedem quoque Apostolicam agnoscefe debeo, à qua tot bona in me deriuantur, nullius me potius mors abripiat, quam ab eius obedientia diuellat: implenda mihi sunt quæ ad lucrandam Indulgentiam præscripta sunt; hac in re auxilio mihi esto, Deus cordis mei;

mei, defectumque meum supple, & in spiritualium beneficiatorum me catalogum refer. Qui verò ab Ecclesiæ tuæ caula separati sunt, illos eodem, bone Pastor, reducito, fac ut agnoscant pedum, quod Patri illiusque successorum dextera inseruisti; fac ut videant imagunculas, agnos Dei, sigilla, & alias res benedictas charitatis tuæ inuenta esse, & inspirante te illa in Ecclesiam introducta, ut velut supellex & instrumentum sint obsequio tuo necessarium, ad pietatem calcar, ad deuotionem stimulus, signum quo filij tui discernantur, memoriale quo ad orandam inuocentur, nota ad poenitentiam incitans, obligatorium ad Sacramenta tua participanda symbolum, & velut totidem ad exercitium virtutum monitoria. Quæ porro nobis confers dona, & quæ salutis obtinendæ das media; aded quidem magna sunt, ut, sicut suo sol splendore oculos nostros præstinguit, ita spirituum non aded acutum videntium aut obtusioris aciei visus ijs offuscet, & tales (quod etiam multo deplorabilius) aded incapacitatem propriam, infidelitatem, indignitatem, ingrati tudinem non accusant, ut & Ecclesiam tuam imposturæ, & promissa tua mendacij coarguant. Hos, obsecro, summe Deus humilia, & mentes ipsorum illumina: ubi namque superbia ablata à mente illorum fuerit, perspicacitas quoque illis redibit, & pulso peccato gratia tua abundabunt. Sin peruicaces manserint, sin veri-

N

tatem

tatem cognitam oppugnent, sin Spiritum sanctum tuum ridentes contristent; si sint vel hæretici statu, vel schismatici factione, potens tuum super eos brachium extende, vti olim in Aegyptios, vt sentiant & experiantur, quòd quicumque Ecclesiam tuam dinexat & lædit, oculorum tuorum pupillam violet.

MEDITATIO XIV.

DE AMORE DEI.

P V N C T V M I.



V O amici; referente Platone, simul iter instituentes fortè fortuna incidere in Vulcanum, à quo instantèr cū vrgerentur vt à se, quòd maximè in hoc mundo optarent,

efflagitarent: Nos ambos, inquit, camino tuo

Aristoph.

apud

Arist. 2.

Polis. c.

8.

iniice, vt fundamur; aut iti incide ita nos maleando contunde & adapta, vt è nobis duobus vnum dumtaxat efformes. Ostendere hoc nobis exemplo Philosophus voluit; quanto opere veri amici per amorem inter se optent connecti, & quibus ad hunc nexum connitantur artibus & vijs. Quod hominibus impossibile & fabulosum videtur, non modò Deo nostro facile est, verum & reuera fit, & in ipso hoc locum habet. Primò namque Pater ita in filio, & vterq; ita in Spiritu sancto est, vt tres nonnisi vnum sint.

Secun-

Secundò , humanitatem nostram in charitatis suæ fornacem in Incarnationis mysterio ita coniecit , vt naturâ humanâ nonnisi vnâ cum Verbo diuino constituyente personam , è duobus vnum Iesum , Deum & hominem fecerit; Filium quidem Dei generatione æterna, at filium Virginis productione temporali, idque sine vlla ineffabilium excellentiarum diuinitatis eius commixtione aut confusione , & sine vllò humanitatis eius excellentiarum defectu, præterquam hypostasim & substantiam , quæ vtramque naturam sustinet.

Tertiò , infinita Dei sapientia aliam quamdâ ineffabilem vnionem adinuenit, eamque sane post Incarnationem eius, aut maximam , aut è maximis vnâ, nimirum cum in incomparabili illa œconomia generi humano se coniunxisset , & consanguineos suos infinita quadam ratione exaltasset , singulis tamen illorum personaliter se non vniuisset ; voluit in hac rursus charitatis suæ fornacem subire, nostris in manibus se velut farinam subigere , & abbreviare; vt in cibum potumque se transformans, & proprium corpus & sanguinem cum panis viniq; iungens accidentibus vnumquemque nostrum hac ratione corporaliter ingrederetur , itaque sibi iungeret vt cum duo essent, nonnisi vnus viderentur. Fructuosa & deliciosa hæc vnio tamdiu in homine durat, quamdiu Sacramenti durant accidentia; ac tum communicans deliciarum & voluptatum , quas tam potens amicus amico suo communicare potest, particeps redditur.

Quartò, corporalis hæc vnio aliam quoque

causatur spiritualement, adeb quidem mirabilem, vt sublimiorem dignioremque reperire ad eam exprimendam similitudinem Dominus ipse non potuerit, quam illam æternæ, quæ inter ipsum & Deum Patrem est, vnioni comparando, dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, manet in me, & ego in illo: & vt ego vivo propter Patrem, ita ipse vivet propter me*: quo D. Ioannes Chrysostomus Christum dicit immisceri nobis & inferi, Cyrillus Alexand. in cerâ, quæ akeri cerâ infusa & immixta sit, & alias ferri, quod ignis in fornate qualitates induit, similitudine exponit. Verum inter omnia creatâ nihil maiorem cum homine vnionem relationemque habet, quam cibus iam digestus, quod cum in propriam ipse substantiam conuertat, eiusdemque qualitates eliciat; hinc cibi delicatiores carnem mollem, secundarij & crassiores fortiorem ac duriores reddunt. Ita & Christus, vt cibus in hominem ingrediens summam quamdam cum ipso vnionem & spiritualement similitudinem causatur: *Cibus sum grandium*, ait S. Augustinus, *& manducabis me, nec tu me in te mutabis, sed tu mutaberis in me*. In eo porro vnionis huius effectus consistit, quod ve cibus in substantiam transit manducantis, vitam ab illo accipit, inque ipso subsistit; ita quicumque Deo se iungit, vnus cum eo spiritus efficiatur, & qui Christum Iesum manducat, vnus cum ipso Spiritus fiat, *Viva ego*, inquit Apostolus, *non ego, vivit vero in me Christus*.

Ioan. 6.
18.

Chrysost.
hom 6.
ad pop.
84. in
Matth.
& 45. in
Ioann.
Cyrillus
lib. 4. c.
17. in 4.
Ioann.

Aug. lib.
7. confess.
e. 10.

II. Spiritus

II.⁴

Spiritualis anima cum Deo in vita hac mortali unio duobus fit modis. Primus est *habituatus* & permanens, quando nimirum gratia una cum alijs donis supernaturalibus in anima iusti manet. Atque hæc unio à parte Dei nunquam deficit, ac nonnisi per peccatum mortale amittitur, sine poenitentia enim sunt Dei dona, & suum Joan. 14¹ nunquam petenti amorem denegat. *Si quis*, in 23. quit, *diliget me, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*, & alibi: *Spiritum paracletum Pater meus* Joan. 14² *dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, &* 16. 1. Joan. 4¹ *mox: Deus charitas est, qui manet in charitate,* 16. *in Deo manet, & Deus in eo.* Adeo ut quamdiu in anima creata manet charitas, tamdiu & increata maneat; & licet alias imperfecta sit anima, hanc tamen bonitas divina in ea unionem servat.

Alius multò est perfectior, quem *actualem* dicimus, quando nimirum sanctissima Trinitas iusti animam ad actus à charitate alijsque donis Spiritus sancti eam sequi solitis dimanantes excitat, præcepti dilectionis & amoris *Diliges Dominum Deum tuum, ex tota corda tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis*, adimpletionem hoc patet illi dando, non quod unio hæc continua sit, nisi dum Domino placuerit dilectissimas suas, quæ interioribus ad hunc favorem & gratiam dispositæ sunt, visitare. Dispositio porro in eo fita, ut quis omnes facultates, quæ ad unionem hanc amoris necessariae sunt, ad Deum directas habeat,

cor, inquam, animam, mentem & omnes tum animi tum corporis vires, Memoria namque Deo vnita est, quando actualiter eum sibi præsentem fingit; intellectus, quando infinitam eius magnitudinem, & maiestatem agnoscit; voluntas, quando immensam eius bonitatem sibi præsentem amat, & quam fieri potest maxime, complectitur: Imaginatiua, quando formam & viam eius imaginem sibi repræsentat; Appetitus sensitiui, quando magno erga ea quæ per hanc sibi imaginem repræsentantur, amore & studio feruntur: Caro & sensus denique, quando animæ gaudijs ac voluptatibus delectantur, eamque ne minimum quidem à voluptate ac delicijs suis abstrahere vellent, quin potius ad easdem fouendas allaborant. Tum verò totus homo Deum amat ex corde, anima, mente, intellectu, totisque viribus suis, itaque ad extremum illum, de quo loquitur Ieremias, statum peruenit: *Sedebis solitarius & tacebit, & laudabis super se*: quod quamdam admirabilis hæc vnio solitudinem, silentium, suspensionem, & super creata omnia eleuationem causetur. Tum Spiritus sanctus, qui increata & æterna est charitas, animam subit, & superiora illa mira quadam efficacia & suauitate operatur, quod denotatur verbo *effusa* apud Apostolum dicentem; *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Ita id Diuus Dionysius exposuit per *extasim* vel *excessum*, qui extra se amantem rapiat, vt illum in rem amatam

Thren. 3.
28.

Rom. 5.5.

De diuin. nomin. c. 4.

amatam transferat (quod & Plato docuit)
nam vbi thesaurus eius, eò & cor eius fertur,

III.

Cum duo sint amoris genera, vnus quem *con-*
cupiscentia dicunt proprio quæstui studens ac
mercenarius, qui rem amatam sua causa dun-
taxat, ob propriam inquam voluptatem, hono-
rem, aut commodum, quod inde sperat, vult; a-
lius, qui *amicitia* dicitur, diligens amicum pro-
pter bonum quod in ipso est, & propter ipsum;
animam Deo fidelem dare operam necesse est,
omnes vt affectus suos purget, ne quod à sincera
cœpit dilectione, in Philauriam & sui ipsius a-
morem degeneret. Quod en periculosius, quod
cordis humani sinus ac recessus plurimi, & phi-
lauriz flexus & reflexus inexplicabiles sint.
Affectus & amor mercenarius partem ex holo-
causto diripit, pilæque ad repellentem redeunti
similis est; filialis verò & fidelis sagittæ scopo
infixæ manenti, sex porro eius proprietates
sunt.

Primæ vt dilectum suum amans complecta-
tur, itaque illi cohæreat, vt nonnisi inuitus ab
eo diuellatur. Inueni inquit sponsa, *quem di-* Richard.
ligit anima mea: tenui eum nec dimittam, & rur- à S. Viñ.
sus: fasciculus myrrha dilectus meus mihi semper tract.
inter vbera mea commorabitur, id est, semper il- de grad.
lum memoriæ & voluntati infixum gestabo, vt char.
continuo eius recorder, & ea quidem perseue- Cant. 3. 4
rantia, vt myrrhæ incorruptibilitas & integri- Cant. 1. 13
tas illius sit signum futurum,

Secunda proprietates est, vt amans sit insa-
tiabilis, nunquam vt in cogitando, loquendo &
N 5 pro-

pro re amata patiēdo defatigetur, semper effu-
riat ac sitiāt ad illi obsequium reddendum; quin
& sancta quadā æmulatione succendatur, si quis
maiore illum amore prosequatur, maioremq;
testetur, & pia contentione enitatur, tam vehe-
menter illum ut diligat, quā omnes simul san-
cti; nam non contentus suis, etiam quæcunque
potest ab aliis mutuatur, & neminem denudan-
do omnibus sua aufert, etiam Deo; à Patre
namque eommunicationem illam substantiæ
quam verbo eomunicat, à filio donum illud
reciprocum quo seipsum illi donat, Spiritū san-
ctum inquam sumit. Adeo, ut si Deus non esset
qui est, amans illum talem, qualis est, face-
re vellet. *Deus meus es tu* aiebat David hoc
amore tactus, & semper eris; etsi *bonorum meo-
rum non ogeas*, si tibi placeret, hæc tibi om-
nia darem.

Ex secunda hac proprietate sequitur tertia,

Mat. 6. 13.

Luc. 11. 14

quæ *simplex* quādā est intentio; & ita eā Domi-
nus ipse nominavit, quæ scilicet è variis
rebus composita non sit, nec aliis permista;
ut, sicut Deus simplicissima substantia est, ab
omni compositione & mixtione libera, ac nihil
in se habet quin sit Deus, ita sit & illius intētio,
quæ per excellētiā *simplex* dicitur, quod nec a-
more proprio, nec metu servili, nec spe imper-
fecta infecta sit, sed vnica, pura, ad solum Deū
directa, ad quem omnem amorem suum re-
fert, & solo eius contenta est. Hæc, inquit
Bernardus, vera appellatur simplicitas, quæ
voluntatem habet perfectē in solum Deum
conuersam, & cum Dauide nonnisi vnā
petit, vnā ambit & indagat, ad alia
plura,

*Bernardus
ad frat.
de
monte
Dei.*

*Psal. 79.
26.*

plura, quæ ipsam ab amato diuerterent, semini-
mè conuertendo.

Quarta proprietas similiter cum tertia con-
nexionem habet, & ex illa necessario sequitur;
nam è simplicitate procedit *inuincibilitas*; nã
Deo iuncta & vnita anima potest omnia, ni-
hil non superat, & nullum difficultates superã-
da ei terrorem incutiunt; hoc illa modo *for-* Caus. 8.6
tis est ut mori, & torrentes eam extinguere non
possunt. Mori potest, at desinere amare non
potest; mori animam a corpore diuellere, at
nullum inter ipsam & rem vitæ illi cariorem
diuortium causare. *Quid mihi est in cælo*, exclā- Psal. 72
mat Psaltes, *& à te quid volui super terram* 16.
Deus cordis mei, & pars mea Deus in æter-
num.

Quinta sequitur, atque hæc *languor*: nam
ut qui grauius vulneratus est, aut ardenti la-
borat siti, semper de eo, quod aut medelam
afferre, aut sitim restringere potest, cogitat: ita
& a charitate vulnerata, & sitiens Deum a-
nima, suam semper in Deum memoriā fix-
am habet, & *lacryma illi panes sunt die ac no-*
cte (ut in Dauide cernere est) semper ad dile-
ctum suspiranti, & gemitibus in cælum volan-
ti, qui velut nuntij sunt animæ amantis languo- Psal. 141
rè Deo nuntiantes. Nulla ipsa videt creaturā,
quæ nō Dei illi memoriā reficeret; nullam vocū
percipit harmoniam, nullū cibū gustat, nullum
tangit florem, quin sint velut totidem sagittæ,
quibus cor eius iam mille telis sauciū, transfi-
gatur. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrū*. Tu me-
cum dilecte, & ego tecum, te respiciam, et tu
me respicies. quasi diceret, nulla sit creatura,
æ qua

è qua te non colligam; nullus locus, in quo non benignos & amicos oculos tuos in me conijcias, & nunquam te ipsa ex oculis amittam.

Sexta etiam multò purior, si dici queat, & *ascensio plena deliciarum* appellatur, quando nimirum anima ex talibus visitationibus & consolationibus diuinis plena, illis nequam innititur, nec sibi ipsi, sed soli dilecto: quod notabili à causa procedit; quod scilicet anima, perfectè Deum amans, quò plus eum gustat, eò & amplius ac melius seipsam cognoscat, clareque perspiciat huiusmodi fauores è nihilo suo minime procedere. Adeo ut nec in se, nec in illis fiduciam colloet, etsi alioquin magni eos faciat, in quantum dilecti sui sunt dona, & quod libenter ipse gratanterque illi eosdem, in beneuolentia suæ testimonium, & velut nouos amoris fomites, elargiatur. Hinc nec illos æstimat, nisi in quantum ad ipsum deducunt, arctiusque animam dilecto coniungunt. Quoniam verò tales sunt virtutes, hinc eas omnes mirificè diligit, & in iis assiduè se exercet.

IV.

Quando diuinitatis interpres Apostolus nos ad dimensiones charitatis Iesu Christi inuitat, dicere vult, sicut diuini erga nos amoris altitudo consistit in eo quod suum nobis Pater filium dederit; profunditas, quod ad mortem usque crucis hic se humiliarit; latitudo, quod id propter omnes terræ populos fecerit; longitu-

longitudo denique quod charitas hæc perpetuo duret: ita reciproci erga illum amoris nostri sublimitatem esse debere unionem intimam, *Ephes. 3. 18.* quæ nos illum ex toto corde, tota mente, tota anima, & totis denique viribus amare faciat; profunditatem esse, simplicius abnegationem & depositionem omnis eius, quod amorem hunc impediat; latitudinem verò, omnis eius quod illum augere potest; acceptationem; quin & plenam divinæ voluntatis & omnium quæ amoris lex fieri præcipit; sine exceptione adimplentionem; longitudinem denique, perseverantiam non modò ad finem usque vitæ; sed etiam æternitatis; *charitas enim non exstinguitur aut perit.*

FRUCTVS I.

Qui agrum purgare, & siluam frugibus ferendam idoneam & cultam reddere vult, securè & ignem ad hoc adhibere solent. Prima ratio & difficilis & diuturna est; sæpeque fit, ut primo resectæ stirpes, antequam postrema excisa sit, e truncò repullulent & recre- *1. Cor. 13. 8.* scant. Altera & promptior & facilior; quando nempe venti vehementioris adminiculo, flamma à siluæ initio accensa, ad vltimam usque præceps omnia depopulatur, & tum raro repullulascere caudices solent, quando nimirum truncus, simul & radix flammâ exurit. Ita & ad perfectionem duplici itinere peruenitur, primò per securim & durum mortificationis cuneum; hodie hunc, cras alium habitum inelinationemque prauam excindendo; modò superbiâ, modò inuidiam, nunc luxuriâ, nunc a-

maris

Luc. 12.

49.

1. Th. 2. 3.

4. Reg. 1.

10.

Exod. 21.

3. Reg. 18.

18.

2. Mach.

1. 10.

Apo. 5.

naritiam, donec prauorum habituum ager
penitus purgatus sit: & ratio hæc difficilis, lō-
ga, minusque utilis est. Secunda è contra facil-
lima; breuissima & perutilis: quando scili-
cet anima amore diuino succensa deæstatur &
fugit quidquid diuinæ maiestatis oculis displicet.
Hic est ignis ille; quem mundi Saluator in
terra accensurus venit; idq; per ventum illum
vehementem, qui in die Pentecostes desquiens
corda Apostolica ab omni penitus imperfec-
tione purgauit. Hic inquam ignis, qui
superbos quinquagenarios ab Achab missos
deuorat; qui impudicos Chaldæos, concupi-
scentiæ fornatem accendentes absumit; qui
Israelē, id est, populum Dei videntem in nocte
sæculi, & per huius mundi deserta deducit; qui
in corde D. Laurentij æstuabat; dum in tra-
ticula correbatur: qui Tiburtio prunas ro-
sarum instar gratas operabilesque reddidit;
qui D. Apolloniam in ignem se conicere
coëgit; ignis ignem concupiscentiæ extin-
guens, ignis; qui Eliæ sacrificium succendit
& aquam cœnosam Nehemiæ in flammam
conuertit: ignis sine quo nullum immolatur
holocaustum: ignis imperfectionum nostram
rubiginem auferens; ignis denique quo pec-
cata nostra adurantur; nihil ut nobis præ-
ter cinerem humilitatis relinquatur.

II.

Charitas aurum est obryzum ac purissimū,
quod emere nos Spiritus sanctus vult;
modo locupletes fieri velimus. Siclus est
sanctuarij, ad quam singula appendantur; &
per quam æstimantur. Tertia est filia Iob;
secun-

Secundum D. Gregorium; cui nomen *cornu sibi*, aliter cornu copie, vel effusionis; speciosior multo quam *Cassa*, quam spem ille interpretatur, & pulchrior quam *Dies* quam fidem esse vult. Spes etenim spes esse desinit, si quæ sperabantur, iam reipsa possidentur; fides quoque perit, quando facie ad faciem Deus videtur; at charitas numquam excidit quæ imperfecte quidem in terra inchoatur; sed in cælo tandem plena fit, ac perficitur.

III.

Charitas lapis est non Philosophalis Chymicorum, at Theologicus sancti Spiritus; ad quæ conflatum Dei filius in utero Virginis velut sublimatus est; in crucem actus; & super cælos euectus. Lapis hic cordi insertus multo plures verioresque producit effectus; quam olim fabulosi annuli Gygis insertæ gemmæ ascribebantur. Gygem per hanc ad Lydiæ regnum euectum ferunt; nos per illum regni cælestis compotes reddimur; per hanc ille se reddebat inuisibilem dum yellet; nos per illum non magis erga visibilia afficimur; quam si inuisibilia essent; per hanc ille nihil non efficiebat; & cœpta feliciter ad exitum deducebat; per illū nihil nobis difficile, omnia perrumpimus; nam nihil difficile amanti.

Exod. 25.
Iob. 28.

1. Cor. 13.

IV.

Pulvis ille inuectorius; secundum illos, magnis multisque virtutibus pollet: charitas vero longe excellentior & dignior: quidquid eam tangit, in aurum conuertit; naturalia in supernaturalia commutat, humano in diuinæ, temporalia in æterna. Vbi charitas est, nihil paruum

- est: illa si abfuerit, nihil magnum habetur. Prodigiosa morborum depulsiōi; & mortuorum resuscitationi; dici post vitam hanc potest; *Nescio vos*, longē fac a me qui operantur iniquitatem: ē contra verō bibere; comedere; dormire, in librum vitæ inferentur; modo hæc similiaque in nomine Christi Iesu facta sint; ut eius ait Apostolus; id est; modo huiusmodi operum velut anima atque impulsio ipsa fuerit charitas.
- Luc. 13. 25*
1. Cor. 10.
1. Cor. 13.

V.

- Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut as sonans, aut cymbalam tinniens: & si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. E verbis his adeo euidentibus videri potest quomodo sine charitate omnia opera mortua sint aut mortifera. Tātundē & D. Iacobus de fide ait; hisce verbis: *Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem nō habeat? Numquid poterit fides saluare eum?* & paulo inferius: *Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est?* Adfert deinde exempla eorum; qui per charitatem iustificati sunt.*
- Lac. 2. 14.*
Lac. 2. 10.

VI.

Plato cum relictis vrbibus cāuernas ad montis terræ motibus obnoxij radicem sitas incole-ret, diceretque id se facere ut illo loco melius moreretur

mortem (quam alius Philosophus *humana vitæ speculum* appellabat) meditaretur. quis verbū & factum eius non singulari sapientiæ attribuisse? Cū Epaminondas Thebanus in publicū deiecto capite, veste trita & coquinaria indutus prodiret, & facti huius insolentis rationem interrogatus, responderet: *Hesternæ diei nimiam ob Leutricam victoriā latitiam, ac crapulam hodiernā sobrietate castigo*; quis non id Christiani factum & responsum dicat? Quādo Xenocrates ad præsentis voluptatis illicia & meretricia blādimēta saxi instar aut stipitis insensilem, inflexibilemque segerit, (ut retulere quæ de eius insensilitate certauerāt) an nō admirabilis id virtutis signum esse dicemus? Quando Crates Thebanus aurum, & quidquid pretiosi habebat, in mare abiecit, dicens: *Ite pessum male dixit, malo vos mergere, quā a vobis mergi*, quis non & opus ipsum & apothegma dilaudet? Quando Lentulus Catoni in faciem conspuat, & hic nihil stomachatus sudario sordes deterfit aliud non dicens, quā: *Siquis dixerit Lentule te os non habere, dicam te habere*. Quando Attilius Regulus, quam fidē datā falleret, Carthagenensium maluit experiri feritatem, qui cum eum palpebris ad supercilia assutis, & toto inunctum corpore muscarum moribus & solis ardoribus exposuissent, in doliū deinde trabalibus transfixum clavis inclusum ē montis culmine præcipitem dederūt, ut nonnisi per grauissima supplicia mortem inueniret; quis non admirabilis patientiæ, constantiæ & magnanimitatis exēpla ea esse dicat? Tamen, ob charitatis, quæ sine fide esse nequit, defectum

fectum, hoc non nisi resonans, & cymbalum tinniens, de quibus iam ante locutus est Apostolus, id est, veræ virtutis umbra, & imago duntaxat fuere.

VII.

Sicut Deus omnia propter se, & propter gloriâ suâ cōdidit, ita & nos omnia nostra propter ipsū & honorem eius agere oportet. Et sicut pura charitate nobis quidquid habemus dedit, sic per reciprocam charitatem omnia illi reddēda & referēda sūt. Et ut esse nobis dedit, assiduò cōseruat, & incrementū quotidianū dat, solo amore, quò nos sine vllō emolumentō aut cōmodo prosequitur, actusque nos nostrū esse, id est animā, corpus, honorē & facultates omnes ad eius honorē & gloriā impēdam⁹ necesse est, nulla aliā ad nos ipsos reflexionē habita, quā tamquam ad id quod sine vlla exceptione illi & iure debetur. Deniq; ut amore totus noster est, ita & amore nos ipsius totos esse par est.

VIII

Totalitas hæc simplicitatē illam adeò optatā, de qua Redemptor in Euangelio ait, *si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit*, includit: ita porrò eam D Bernardus describit. Hæc vera appellanda simplicitas, quæ voluntatē ad solū Deū cōuersum habet, quæque cū Davide vnā requirit, vnā inuestigat, non se ad alia plura à quibus diuerteretur contortens, expressit hoc Psalmograph⁹ hisce verbis: *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram* alio verò loco, eodem plane sensu ait se vltro nec & gratis Deo seruire: *Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quia nōnam bonum*

Matth. 9.

12.

Psal. 72.

9.

Psal. 53. 8.

*nam est. Quis, inquit in locum illum Augustinus, hoc bonum cordis vel intelligere potest alio dicente, si non in seipso gaster. Dicam tamen, capiat qui potest, quomodo potest credat, qui non potest, oret ut pesser quid est voluntarie laudare & quoniam bonus? quam ipsum propter se laudare & servire, non vero propter aliud quidlibet? illius laudibus delectando, & eius laudes velut gaudij nostri complementum accipiendo eius in terra voluntatem & intentionis puritate complentes qua in celo impletur, id est amando Deum, ut ipse nos amat. At quomodo & quantum nos amat Deus? Per prophetam suum ad hoc respondet dicens, Dilige ^{Osee 14. 7.} *me sponam me.* Iuxta hæc verba & sensum scribit Bernardus, purum amorem, nec mercenarium ^{Serm. 89.} nec stipendiarium esse, spe non corroborari ^{in Cant. 8. 14.} diffidentia non concidere, sibi ipsi sufficere sibi ^{ad 1. 1. 1.} ipsi complacere, sibi mercedem, meritum, ac stipendium esse nihil querere extra se, ad aliud commodum non intendere quam seipsum, fructum eius, eius esse usum; amare quia amat, & amare ut amet magis. Ergo qui aliam mercedem non habet præter amorem, voluntarie is & gratis diligit. Et cum ipsa Deus sit charitas, quid est aliud amorem in mercedem habere, quam Deum ipsum in præmium habere, & omnes delicias in ei amore repositas habere?*

I X.

Si tanta sit excellentia Deum amare ut nos amemus, non minor erit operari eodem modo quo ipse operatur. omnia is siquidem facit propter se, & propter gloriam suam; æquum ergo, ut omnia pure propter ipsum faciamus, & cum sponsa dicamus: *A nova & vetera posui dilectione mihi servanti tibi fructus novi o-*

pera sūt supernaturalia, fides, spes, charitas, humilitas, benignitas, patiētia ieiuniū, oratio, elemosyna, fruct^{us} inquā, virtuosī ē terra fertilis, p^{ro}rūpētes: vti & fructus, qui à baptismo, cōfirmatione, confessione, communione, consiliis, euāgelicis, obedientia, paupertate, castitate nascuntur. Poma porro vetera sunt opera naturæ, comedere, bibere, dormire, loqui, gustare, olfacere, videre, audire, res tractare, familiæ curam gerere, sanitatis rationem habere, professiones instituere, & alia similia. Ambo porro fructus dilecto offerendi & repræsentandi. De primis nulli dubium est; de secundis dubitare quis queat; hinc utrosque sponsa exprimit, vti & Paulus, dum enim i. ad Corinthios de cibo potuque egisset, addit: *Sine alud quid facitis, omnia in Dei gloriam facite.* Ait, omnia, nihil vt excipiat; omnis namq; fructus, nullus vt reseruetur, dilecto dāndus. Et annon æquum id est, cum solum hōrtus, arbōres, medulla, frondes, flores, fructus deniq; ipsius sint? Præcepit aliās D. Gertrudi ē Gallorum regibus oriundæ, quæque Niuellis in Brabantia vitam religiosam profitebatur, Christus vt omnes sibi singularius etiā actiones offerret, quales essent literæ quas scriberet, cibus quem sumeret, verba quæ loqueretur, passus, pedum motus, inspirationes, & agitationes cordis, eaq; tā naturalibus, quā supernaturalibus filij sui adaptaret, & cōiūgeret actionibus. Porro pillustre hoc exercitiū ad tantā Virgo hæc perfectionē peruenit, vt de illa D. Mechthildi (quæ in eodē agebat monasterio) loquēs Dominus, referēte Bloisio, diceret: *nō est in terra, dempto Ven. Eucharistia, locus, in quo*

2. Cor. 10.

31.

in Moni-
li spiritus
li

ag 1710

egam libentius quàm in corde Gettrudis.

X.

Cùm corporis pondus semper in terram nos degraueat, & animas ad terrena trahat, placuit Redemptori tres nobis excitatores dare, qui assidue nos excitent, & surgere compellant. Primus est Synderesis, aut conscientia, quæ nihil est aliud quàm lumen quoddam naturale quod intellectui nostro indidit, aut, vt Psaltes loquitur, super nos impressit ac signauit, quod agendū esset bonū, & quod euitandum malum suggereret. Insculpit & voluntati naturalem quandam ad illud sequendum & hoc euitandū inclinationem, è qua, velut è semine, omnes quas per actiones nostras gratiā animatas acquirunt virtutes, nascuntur: adeo vt hæ naturali mentis inclinationi conformes sint, etsi carnis impulsui contrariæ. Hinc quemadmodū in corporibus nostris cōtinuus quidam est ad omni- gena peccata incitator, quē Theologi *stimulum S. Tho. 2. peccati*, Apostolus *legem peccati, stimulum carnis*, 2. q. 29. 65 & *Angelum Satana* nuncupant: ita & patri cœ- 12. 6. 13. lesti placuit, menti, quæ superior animæ pars, Synderesin inferere quæ sit nobis, vt ait Orige- 1. Cor. 12. nes, velut cōcionator, qui assidue doceat, & ve- 7. lut præceptor ac director, qui semper nobis vi- cinus agat, vt vel ad virtutem exstimulet, vel à Lib. 2. in vitiis auertat. Rursus vti Cōpulsor, qui *peccati* epist. ad *fomes* dicitur, perpetua quædam est ad malum Rom. inuitatio, & vt suggestio, vel propria diaboli lingua, quæ prauas in nobis cogitationes, & fē- das imagines causatur, pestilentiumq; deside- riorum sagittas eiacularatur ex omnibus sensuum obiectis, aut vitiolis, quibus abundamus, humo- ribus

ribus, occasionem trahit, perque repentinos sensus nos ad peccatum allicit, superiorem partem ad consensum & executionem pelliciendo: ita e contra *conscientia*, quæ est velut Spiritus sancti digitus, Dei lingua, illius in cordibus nostris vicaria, omnibus ex rebus occasionem captat, quò nos ad primum principium nostrum reducat. Si quid videmus, audimus, aut legimus sanctas ilico in nobis cogitationes offormat, bona piaque elicit suspiria & voluntates, ad virtutum exercitium prouocat, bonum quòd agimus laudat, proposita ad virtutem tendentia approbat, quin & illorum executioni mandatorum suggerit media; si verò erratum comitemus, aut delinquamus, pudorem incutit, remorsum producit, coarguit, minas intentat, & hanc Apostolus appellat *legem viuam scriptam in cordibus nostris*. Cui bono instructui si auscultemus, Deo obedimus; at si reluctemur, Deo resistimus.

Alius quem Deus nobis dedit excitator est Angelus noster custos & tutelar, qui velut diuinæ maiestatis legatus, ad omne nos bonum extimulat, & à malo omni retrahit. Si quando verò aut vitæ huius ærumnosæ laboribus defatigari, aut carnis exagitationibus fatiscientes, sub boni cuiusdam delectabilis vmbra dormitemus, diuinus hic pædagogus secundo nos excitat, vti olim Elia à Iezabelis facie fugienti, & sub imperio indormescenti factum legimus; primò quidem vt ad commissi nos mali poenitentiam inducat, deinde verò vt ad virtutum studium ac boni nos amorem excitet: *Ecce ego*, inquit Deus, *mittam Angelum*

3. Reg. 19.
5.

Exod. 23.

gelum meū, qui precedat te & custodiat in via,
 & introducat in locum quem paravi, obserua-
 am, & audi vocem eius, nec contemnendum pu-
 tes: quia non dimittet cum peccaueris, & est
 nomen meum in illo.

Tertius denique excitator est caritas, quæ
 in nulla est anima, quin eam ad omnia bonorū
 operum moralium & supernaturalium opera
 prouocet. quod his verbis significauit Aposto-
 lus: *Charitas Christi urget nos*. Et sanè si mor-
 talis caritatis hostis, amor in quā proprius, per-
 petuus quidam turbator est, qui cogitationes 2. Cor. 11
 & desideria circa obiectum quod amat succē-
 dere non desinit; mirumne, amorem Christi
 Iesu, cum in cordibus nostris radices egerit,
 sanctas in eo perpetuo cogitationes & affectus,
 qui nos ad Deū & exercitium virtutum cōdu-
 cant, excitare? Ex hoc ergo signo agnoscam, nū
 diuinus in me amor sit & quantus, quando nē-
 pe non minori me ad Dei obsequium conten-
 tione & ardore rapi animaduerto, quā ad ho-
 nores ambitiosus, ad lucrum cupidus, ad volu-
 ptates venereus & lasciuus feratur.

XI.

Non sine mysterio Spiritus sanctus charitatē Prophet. 31
 morti, sepulturæ, inferno, igni comparat, quorū, 19-
 teste Sapiente, proprium est numquam satiari &
 numquam dicere, *sufficit*: nam eadem est amoris
 diuini conditio, quidquid enim dicat, quidquid
 faciat, quidquid pro dilecto sustineat, numquā
 defatigatur, nūquam dicit, *sufficit* semper cre-
 scere & augeri paratus; si per mortificatio-
 nem moriatur, plura facere desiderat; si
 in humilitate sese sepeliat, profundius

condi vellet; si ob peccata patiatur, seque emaceret, seuerius in seipsum sœuire optaret; si amore ardeat, & affectu maiore succendi vult; si virtute & illustribus actionibus reluceat, dolet se plura ac maiora non agere. Denique semper ascendit, ac non ante quiescit, quam cum dilecto in æternitate sit, cui exclamans ait:

Ckt. 3. 6. Pone me vt signaculum super cor tuum, quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus amulat iolapades eius iapades ignis atq, flamarū. aqua multa non poterunt exstinguere caritatem, nec flumina obruent illam: si dederō omnem substantiam pro dilectione tua, quasi nihil despiciam eam. Notandæ hic tres admirabiles proprietates amoris, Prima, quod quidquid habeat, dilecto donet nihil vt sibi referuet. Secunda etiam multo perfectior, quod donans omnia, cogitet id parum & nihil esse, seipsum non dando, etsi reuera id multum sit. Tertia est, etiam secūda perfectior, quod non modò donet omnia, & nihil hæc ducat, at donet etiam ijs, qui parui ea faciunt, imò credunt donatorem talia dando desipere. Septuaginta Interpretes melius hunc locum interpretantur, sensuque clariori, dicunt enim: *Si dederit vir omnem vitam suam in caritate, contemptu contemnent eum*: quoniam qui nescit quid sit amare, stultum reputat quidquid amans facit, eumque magis contemnit.

XII.

Ex iis quæ supra dixi, disco, ceteras virtutes suos habere fines quos excedere nequeunt, nisi suâ simul essentialē perfectionē amittât; in charitate verò longè secus esse, si .n. suos iustitia

sticia limites excedat in iniustitiam degenerat, in temeritatem fortitudo; in astutiam prudentia; in apathiam aut insensibilitatem temperantia; in prodigalitatem liberalitas; in auaritiam, parsimonia; charitas econtrà eò est perfectior, quò crescit magis, & augetur, *Medus*, inquit Bernardus, *diligendi Deum est illum diligere sine modo*. Huc refertur & etymologia Græcorum verborum *ἵπς* & *ἀγάπη*.

Tract. de
dilig.
Deo.

XIII.

Virtutis huius excellentia cognosci ex obiecto suo, quod Deus est, & è subiecto, quod est voluntas, potest. Nam etsi reliquæ virtutes Theologicæ ad Deum etiam referantur, quapropter & Theologicæ, id est, diuinæ nūcupantur magnum tamen relationis, inter hæc, discrimen est: fides enim Deum velut supremam veritatem respicit, spes ad ipsum dirigitur & spectat, in quantum nobis bonus & utilis: charitas econtrà considerat illum vt bonum in se, etsi vel aliam ab eo mercedem non expectaret.

Quin & subiectum eiusdem denotat perfectionem; ipsa inquam voluntas, quæ eo inter animæ rationabilis facultates est loco, quo inter metalla aurum, inter planetas sol, inter elementa ignis, inter sphaeras cælestes primum mobile. Per voluntatem homo est aut bonus aut malus, vt per intellectum ingeniumque peritus aut imperitus artifex. Refert hominis considerare in quid oculos conijciat, quid audiat, quid olfaciat, quid comedat, quid tangat, verum multò magis, quid amet & diligat. si enim terram dili-

2. Thom.

1. p. 9. 84.

86.

1. Con-
fess. 1.

gat, terrenus est; si carnem, carnalis; si coelum, celestis; si Deus, diuinus. In ceterarum animarum facultatum functione, & sensuum applicatione non nisi pars hominis occupatur; at voluntas eius si occupanda, tota est impendenda. Per illam enim boni aut mali virtutum sectatores aut vitiarum, magni aut parui coram Deo sumus. Oculi obiectum color est aut lumen; odores odoratus; sapor gustus; sonus auditus; quantitas tactus: voluntatis verò obiectum, bonum est vniuersale, secundum omnem illius extensionem, & quantum quantum est, quod & non habet finem, & gratia dicitur nihil proinde capacitatem eius replere potest quam Deus solus, qui summum, vniuersale & supremum bonum: *fecisti nos Domine ad te*, ait Augustinus, *ideo inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* & alibi: *Da requiem mihi Domine: nam amo te: & si hoc parum est, amplius ut sit presta. Dicere commodum non queam, quantum mihi de vero amore desit, ut dicere possim, satum est. utque vitam in tuis amplexibus amittam. Hoc scio sine te mihi male esse, tam in maiorem quam extra me, & omnis copia que Deus meus non est, mera est inopia.*

XIV.

Si Deum amare aliud quid esset quam velle quod ipse vult, cogitaret fortè quispiam, charitatem grauem poenosamque virtutem esse; at aliquidné in homine voluntate liberius, aliquid facilius, quam velle? Intellectus non in omnibus est æqualis. Hippocrates, Aristoteles, & Carneades ingenij erant acrioris subtiliorisque, quam reliquum Philosophorum vulgus. Memoria Gorgia Leontini, Mithridatis, ac Themistoclis felicior

cior erat quàm alterius cuiuspiam illo sæculo viuētis. Diuitiæ, honores, vires, sanitas, pulchritudo æqualiter distributæ non sunt, cum diuina prouidentia diuersimodè de iisdem disposuerit. At in ijs quæ vniversum hominē tangunt, voluntate in quā ac libero arbitrio, communē se & æqualem omnibus exhibuit, sine vlla prosopopæia aut personarum acceptatione. Parum refert, esse aliquod alijs in rebus discrimen, modò tantum quantū alijs, in ijs quæ æternitatis sunt, possideamus. Quid enim velle vnus potest, quod non possit & alius quilibet? imò quid velle potest Angelus quod non possit & homo?

Præceptum Dei ex toto corde nostro, ex tota mente, ex tota anima, ex totis viribus amandi ita exponit Basilii. Ex toto corde Deum diligimus, quando omnis in ipsum affectus tendit. Ex tota mente, quando cogitationes, idæ, imaginationes & mentis occupationes in ipso sunt. Ex tota anima, quando facultates eius vegetatiuæ, sensitiuæ, motiuæ, progressiuæ, & appetitiuæ, nonnisi ad amoris huius obsequium cultumque impenduntur. Ex omnibus viribus quando strenuè animosæque tentationibus oblectamur, & quantum possumus, fidem Deo datam seruamus, integra & perfecta mandatorum eius obseruantia. Expositio hæc clara & facilis est. At tum anima in extasin voluntatis rapi solet, vt benè D. Dionysius annotauit. Vt enim intellectus & mentis raptus euenit, quando ea ita in Deum rapitur, vt nec per sensus internos aut externos, nec obiecti alienius violentiam applicationemque diuer-

*In regulâ
breuior,
reg. 113*

diuerſi queat aut turbari : ita eam voluntatis exſtaſis inuadit, cū præter Deum quod amittat aut lucretur nihil habet, omniſque eius affectus in Deum abſorptus eſt. Quod, iuxta Origenem, triplici ratione fit, amore, ardore, & languore. primus eſt incipientium, alter qui iam aliquatenus proceſſerunt, tertius perfectorum: primus ſequitur vitam purgatiuam, ſecundus illuminatiuam, tertius vniuiuiam. primus dici poteſt conformitas, alter vniſormitas, tertius deiſormitas. Primus implet mandata, alter etiam præcepta, tertius intimas occultasque ſequitur inſpirationes: *Diſinus amor*, inquit S. Auguſtinus: *nullum patitur riuiulum extra ſe duci, cuius deriuat ioue minuat.*

*Aug. lib.
1. de doct.
Chriſt.
6. 22.*

XV.

Charitas erga proximum idem prorsus eſt cum amore erga Deum habitus, idque ſeptem de cauſis. Primo, quia naturaliter amicorum amicos diligimus; atqui Deus fratres noſtros amat vt filios: ipſum ergo amare non poſſumus, quin inuicem etiam diligamus. Secundo, quia qui Deū amat, amat illū in omnibus vbi inuenitur; atqui ipſe in proximo velut imagine ſua continetur. Tertio, quod purus amor gloriam Dei tam in alijs quā in ſe quærat: at illa in proximo habetur, ergo ibi amat, & delectatur non minus quā in Deo. Quarto, quia nos ipſos nefas amare niſi propter Deum: quod cū in vnoquoque noſtrum locum habeat, omnes vniſi ſunt in eo, in quo ſe inuicem diligunt, vt linee in ſuo centro ſibi ipſis cohærent & vniūtur. Quinto, quia verus & ſincerus erga Deum amor nihil habet quod melius ſibi in terra dilectum
exhi-

exhibeat ac repræsentet, tam quoad diuinitatē, quàm humanitatem, quàm homo, qui ad eius imaginē factus & efformatus. Huc ergo, ex eodem charitatis principio fertur, quæ si benè regulata & aptata fuerit; quod magis in creatura aliqua Deus relucet; eo etiam eum magis in creatura adorat, & eam ipsam creaturam honorat in Deo. Sextò expressum huius rei præceptum est; quin & consilium: huic ergo Deus amans anima non obediet? Præcepto charitatis iubemur proximum diligere sicut nos ipsos, id est, in Deo & propter Deum: sequitur ergo quod, sicut nos ipsos diligere nefas, nisi in quantum Deus nos amat, quia nos ipse & amat, & nos inuicem amare vult; ita & proximum diligere debemus, quod Deus eum amet; in quantum ipsum amat, & eum amari à nobis vult.

Ex charitatiua & amica hac vnione hunc colligimus fructum, quod hoc pacto bonorum alienorum participes constituamur, in alijs possimus, quod in nobis ipsis non possumus, & ipsi in nobis possint, quod à seipsis non possent; *ut & vos in nostro negotio, otiosi; & nos in vestro otio negotiosi simus*, aiebat Sanctus Augustinus: & alio loco: *Cōgaude illi cui aliquam gratiam dedit: & potes in illo quod in te non potes: ille habet fortè virginitatem, ama illum, & tua est: iterum tu habes maiorem patientiam, diligat te & sua est. Ille potest satis vigilare, si non inuides, tuum est studium eius. Tu fortè potes amplius ieiunare, si amat te, iuum est ieiunium tuum. Hoc ideo, quia tu in illo es. per proprietatem enim non es tu, per charitatem tu es.* Notandum autem, non erga proximum modò hoc in mundo agentem fructum hunc

*Epist. 2.
ad Religiosos in
sula Capraria,
Hom. 15.
inter
quingenta.*

hunc extendi, sed etiam ad Beatos vsque, imò & Deum ipsum pertingere:

XVI.

*De dilig.
Deo.*

Deus nōs fecit, at per peccatum originale infecti & malefacti sumus, per peccatum verò actuale, deformati. Placuit ergo infinitæ caritati eius nōs reformare; quis ergo benefactori huic cor pro corde, charitatem pro charitate, amorem pro amore non reddat? In primo opere, quando scilicet me condidit, inquit Bernardus, *me mihi dedit; in secundo, dum refecit, se: & ubi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus me pro me debeo, & bis debeo.* & rursus: *Nec tam facili se refectus, quam factus, nam qui me tantum & semel dicendo fecit, in reficiendo & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura, nec tantum dura, sed & indigna.* Concludit deinde: *Cum ergo me totum Deo dederō, me pro meipso illi dabo: at quid retribuam Domino pro seipso, tum se ipse dederit mihi? Nam etiam si me milies rependere possem, quid sum ego ad Deum?*

XVII.

Addit idem Doctor: *Cui rei potius melius, & morē meum impendam, quam illum amando, qui morte sua mihi vitam dedit? cui cor dē utilius quam illi, qui vitam mihi eternam pollicetur? in quem magis affectum meum referre teneor, quam in illum, qui, nisi amem, mortem & quidem eternam mihi comminatur?* Atque hic deliciosam se Charitas Dei exhibet, præcipiendo scilicet id, quod naturæ quodammodo insitum est, ut amemus nempe pulchritudinem, bonitatem, & benefactores nostros: si verò hoc naturale est in re-

in rebus limitatis, quales sunt omnis pulchritudo, bonitas & gratia creata; quid de ipsa bonitate; pulchritudine, & beatitudine increata dicendum? Ostendunt Mathematici ad oculum, nullam esse inter centrum ac lineam, lineam ac superficiem, superficiem & corpus proportionem, quod alia diuidi, alia minimè diuidi queant; quātō ergo minor inter creatōrem & creaturam, infinitum & finitum comparatio? Verum quidem est, nobis, postquam gratia & iustitia originali excidimus, à nobis ipsis Deum non posse super omnia amare, at nihil iuuante eius gratia, esse facilius, quàm tam potentē, liberalem, benignū & eximīū benefactōrem amare. O degener hominū ingratitudo, quando secus fecerint!

XVIII.

Animæ rationali grane est, quod filiorum, bonorum, honoris, & sanitatis incommodis magis sensus nōstrōs mōueri videat, quā gratiæ diuinæ amissione. At hoc vnū solatib sit, esse discrimen inter sentire ac consentire, inter amorē insensualē & rationalē, quē *appretiationis* dicunt, nec sequitur, etsi sensus viuacius obiecto naturę suæ cōfōrmi afficiatur, propterea animā magis eodē affici aut adhærere, quàm iis quæ ad gloriam Dei spectant & tendunt. Hoc scilicet est quod post longum & continuum virtutum exercitium facere sancti oēs potuere, ad hanc scilicet gratiā pertingere, quam quotidie à Deo D. Thomas Aquinas orando deposcebat: *De nullo gaudeam vel doleam, nisi de eo quod ducit ad te vel abduxit à te.* Tunc siquidem anima in charitate radicata nihil amplius hoc in mundo concupiscit, vel amittere timet.

XIX. Hem

Hem quàm perfecta, quàmque eminens erat Virginis Deiparæ charitas, quando iam in Dei matrem electa exultabat, non tam ob bonum honoremque, qui inde in ipsam redundabat, quàm quòd ita placeret ei, qui manum suam potentem super ipsam exeruerat, & fecerat in ipsa magna qui potens est. Laudas me & deprædicas, aiebat ipsa Elisabethæ, cognata, sed *Magnificat anima mea Dominum*. Plaudis & lætaris quòd utraq; concepimus, quodq; filius tuo vtero conclusus ad eius quem ipsa gesto aduentum subfultarit & plauferit; at *spiritus meus* non hic hæret, sed *exultat in Deo salutari meo*. Ad purum hunc affectum alludit Ecclesia, dum Deo *propter magnam gloriam suam* gratias agit, magis ob id quod in se est, quàm quod in nobis, & potius quòd ipsa beatitudo sit, quàm quòd nos beatos reddat. Cum ergo Deus sit immutabilis, qui in ipso exultat & lætatur, gaudium quoque habet incommutabile.

XX.

Notemus oportet, vt plurimum nonnisi gradatim nos & paulatim ad summum eminentis huius charitatis culmen posse pertingere; & perutile proinde & optimum esse Deo incipere seruire. Primò propter temporalium aut æternorum suppliciorum metum ac terrorem; deinde spe concepta nos ab illo in vitæ huius mortalis necessitatibus adiuuandos; Tertiò propter mercedis tam spiritualis quàm temporalis spem; quartò ob virtutum decorem, gaudium spiritus, salutem propriam; denique ad suprema Creatoris bonitate fruendum, & ad eius gloriam

gloriam, utque in sempiternum illi uniantur. Quapropter per angustam mortificationis ianuam primò ingrediamur necesse est; hæc siquidem malorum temporalium apprehensionem, simul & præmiorum periturorum spem aufert; deinde & lucrorum diuitiarumque temporalium concupiscentiam euellere funditus enitamur; post etiam ulterius progrediamur omnem erga præmia æterna affectum exuentes, donec primo ultimoque fini nostro coniungamur, Deoq; solo contenti viuamus.

XXI.

Nullus mortalium adeò sanctus ac perfectus est, quin interdum repuerascere, & ad prima elementariorum puerorum exercitia redire debeat, infernaliumque suppliciorum, (ut benè Bernardus ait) horrorem, præmiorumq; celestium decus in suam ytilitatem conuertere; animæ namque lumen interdum obscuratur, deuotionis feruor tepescit, tentatioque acutè adeo premit, ut quæ primùm obuia sunt, ad nos tuendos arma nobis arripienda sint. Timor velut capistrum quoddam est & frænū, quod à malo retrahit, spes verò calcar, quod dormitantes pigrosque excitat, & ad bonum impellit. Hinc etiam supremus ipse Catechistes docet, ut timeamus eū, *qui potest & animā simul & corpus mittere in gehennam*. Psalmographus verò de mercede & præmio loquens ait: *Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem*.

*Serm. 8.
in Cant.
tic.*

*Matth.
10. 18.
Psal. 118.
112.*

XXII.

Deo dupliciter ex suppliciorum poenæque
P metu,

metu, ex mercedis præmijque spe sentire possumus. Si enim timemus pœnas quatenus nos cruciant, timor fertilis est, ut cui & amor proprius immixtus sit, ac proinde imperfectissimus: bonus tamē est & utilis, & in primis circa principium. Si verò eò quod supplicia à Deo nos separent, ab eius amore diuellant, eiusq; simul offensionē inuoluāt, timor is filialis est, perfectus & castus, nulla impuritate permixtus, charitatisq; indiuiduus est comes, quin imò alæ instar illā subleuat ad volandū, Deoq; se cōiungendā.

Ita & de præmio loquendum: si enim intentio ipsum ut bonum suum & utilitatem propriam respiciat, etsi hoc absolutè malum non sit, non tamen usq; adeò ea pura & sincera est, sed velut coinquinata. At sincerior & purior ille est oculus, qui nonnisi obliquè & velut limis oculis ad mercedem respicit, eamque non aliter considerat, quàm ut nos supremæ bonitati perpetui amoris vñione connectit & iungit, ut illām in postèrum offendere nequeamus. Atq; spes hæc altera charitatis est alæ, de qua iam egimus.

XXIII.

Si quis, inquit Bernardus, tota die assidue actus Deo exosos committeret, & eosdē operibus suis permisceret, annon vesperi horribiles & infandos Tartari cruciatus mereretur? si verò vice versa actibus amoris, de quibus egimus, eum impendat, eisq; omnia sua condecoret & illustret, annon gloriā Dei promissam amicis promerebitur? Si ergo Deus ad remunerandum quàm ad puniendum propior, quomodo non plurimas voluptates per

tes per diem indulgeat ei, qui integrè cum eadem illi præstando impenderit, quomodo non voluptatem afferat sibi voluptatem afferet? an non voluntatem amantis se faciet? annon cre-
 ſcat charitas toties repetita & reiterata? ad quod non ſanctitatis ſaſtigiũ euehetur is, qui huiusmodi fecerit opera? Talis es, teſte Au-
 guſtino, qualis tuus eſt amor. ſi terram ames, terra es: ſi Deum diligis, quid dicam aliud te eſ-
 ſe quàm Deum? Exclamat & Propheta: *Ego dixi, Dyſto, & filij Excellſi omnes.* Quid verò de o-
 peribus dicam? ſi ea, vt propter eadem magni-
 ſias, agas, terrena ſunt: ſi verò intentio coeleſtis ſit, opera erunt coeleſtia: ſi ex amore Dei, di-
 uina. Amà igitur, & quodcũque volueris, cum ſancto hoc amore facias; ſi loquaris, de
 amando Deo loquere: ſi taceas, cum Dei amore taceas: & verbo vt dicam, quidquid aggredieris, quidquid facis, cum amore & dilectione con-
 iunctum ſit non modò in habitu, ſed etiam in a-
 ctu. Hoc etenim ſi feceris, vita tua penitus diui-
 na erit, itaque plus vno quàm mille diebus pro-
 mereberis, denique Angelòrum & Beatorum adinſtar mortalem in terra vitam viues.

*Tract. 2.
 in Epist.
 1. Ioan.*

*Pſal. 81.
 6.*

XXIV.

Collegit Bonauentura amoris diuini com-
 pendium, in eoq; Dominũ noſtrum Ieſum Chri-
 ſtũ ſeptem ait ſigilla aperuiſſe libri, quem clau-
 ſum & ſignatum vidit olim Ioannes. Reuelauit
 namque & manifeſtauit ipſe ſeptem, quæ antè
 hominibus incognita erant, primò ſcilicet ad-
 mirabilem Dei ſapientiam & perfectionem,

*Opusc. de
 incend.
 amor.
 part. 3.
 Apoc. 3.*

P

2

Secun-

Secundò animarum nostrarum pretium. Tertio rerum mundanarum vanitatem. Quarto gehennæ horrorem. Quintò cœlorum dignitatem, & maiestatem. Sextò peccati abominationem. Septimò denique virtutis decus & valorem. S. Bernardus quatuor crucis Dominicæ angulos quatuor gemmis pretiosis ait insignitos esse: in summo ipsa est charitas, carbunculo comparata; in imo humilitas, quam iaspis aëri zuffa indicat; ad latus dextrum obedientia, smaragdo repræsentata; ad sinistrum patientia, quam adamas figurat. Nemo ad amoris fastigium, quam per virtutum & operum gradus ascendit; hinc benè aiebat Augustinus, Amorem qui operari renuit; amorem esse desinere.

XXV.

Vnus è primarijs amoris diuini effectibus est cordis custodia. Vt enim Angeli fidi nostri custodes & pædagogi sunt, quoniam Patris cœlestis faciem assidue contemplantur: ita virtutes, quæ ex amica hac præsentia Dei visione sequi solent, animam nostram fideliter custodiunt; quòd, sicut Sol radiis suis detegit atomos per aëra volitantes, quos sine eius adminiculo videre non possemus; sic quoque anima diuino hoc lumine illustrata, omnes imperfectiones & maculas, quæ cor eius coinquinare possent, reuelet, iuxta id quod apud Regium Prophetam legimus: *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.* Hoc item consulebat Abrahamo Deus,

Psal. 38.

37.

mo Deus, dicens: *Ambula coram me & esloper-* Gen. 29. 8.
fectus. S. Bernardus in sermone quodam in for- *Serm. 29.*
 mia prosopopœia interiorē inducit hominē *paruo-*
 dilectō suo fidelem, sibi ipsi, cum cor mala a- *rum.*
 liqua ac sinistra occupauit cogitatio, dicen-
 tem: Quomodo hoc cogitare audes, tu qui Chri-
 stianus, tu qui Catholicus, qui Presbyter, tu de-
 niq; qui Religiosus es? an ignoras Isaiam Pro-
 phetam dicere, Principem principe dignas ha- *Isai. 12.*
 bere cogitationes debere, & cōsequenter Chri- *12.*
 stianum dignas Christiano, Sacerdotem quoque
 & Religiosum statu suo digna cogitare debere?
 Erubesceres haud dubiē, si quæ cogitas, homi-
 nibus exponere & propalare te oporteret: quā
 ergo non te pudet in conscientia tua illa ser-
 uare, conscientia inquam mille testibus potio-
 ri, & te coram Deo iudicatura? Hæcine igitur
 puritas, quam illi spondidisti? hæcine fides,
 quam iurasti? hoccine amicum, an verò perfid-
 dum est agere? hoccine sponso suo fidem da-
 tam seruare, an datam potiùs infringere? O bea-
 tam animam, quæ tales nacta fuerit custodes,
 & procul à se repellit *vulpes demolientes vineā,* Cant. 4.
 & *paruos,* de quibus Psalmista ait, *antè allidit* 15.
ad Petram, quàm excrescant. Initio siquidē py- *Psal. 136.*
 gmi sunt, postea verò in gigantes, & colos- 9.
 seas statuas, vt non nisi agrè superentur, excre-
 scunt.

Deum tentat, qui ab eo amorem petit, non
 data antè opera, omnem vt vitiosam affectio-
 nem ē mente proscribat. Nemo quippe Deo ser- *2. Cor. 6.*
 uire potest & Baal, nulla societas luci ad tene- *15.*
 bras, nulla conuentio Christi ad Belial. *Isai. 2. 8.*

Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat: vt 20.

D 3

pallium

pallium breue, utrumq; operire non potest. Nec ante
cœlo descendit manna, quâ farina Aegyptia
defecisset. Euacuemus ergo nos nobismetipsis,
& Deus nos seipso replebit. Natura horret va-
cuum & multo magis ipse natura auctor, qui
est ipsum esse. Non deseret nos ille solos, si nos
illum solum quæramus: totus erit noster, quan-
do nos toti erimus ipsius. Corpus ad arcam non
rediit, quod cadaueribus fluitantibus insidens
moram traheret. Columba verò ad arcam re-
diit, quod ubi quiesceret pes eius non inueni-
ret. Nos ad Deum ibimus, nec vîquam ab ipsa
recedemus, ubi omni creatura mortui fueri-
mus, & ubi ipse instar omnium & pro omni-
bus, nobis futurus est; ac tum scilicet illi di-
cemus:

CruX nec amara tuum, neq; mors mihi tollet amo-
rem,

Dux eris, & vitæ regula certa mea.

Tunc ex imo corde cantabimus:

Non aliud quero aut sector, dulcissime Iesu,

Quàm nomen scriptum pectore ferre tuum:

Hoc si defuerit, sperno omnia & omnia talia,

Hoc solum aridet, præ reliquisq; placet.

Tunc cum Apostolo dicemus: Quid nos sepa-
rabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia?
an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio?
an gladius? sed in his omnibus superamus propter
eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque
mors, neque vita, neq; Angeli, neq; principatus,
neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; for-
titudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; crea-
tura alia poterit nos separare à charitate Dei, qua
est in Christo Iesu Domino nostro.

COLLO.

Rom. 8.

34.

COLLOQVIVM.

DVz laſus meum eingunt faces Deus cor-
dis mei, duo me ambiunt ineondia, tuus
ſcilicet amor & beneficia, mediustamen inter
ignes congelasco, Ecquod hoc prodigium ha-
ctenus mundo inuiſum & inauditum quamdiu,
& amor exceſſiue, propudioſa ipſe ſalamandra
flamistuis reſiſtam? terra calorem percipit, coe-
lum quoq; empyreum, id eſt, ardens & ignitū di-
citur, ſatiuſ mihi eſſet, voluntate carere, quā
eā aliud præter te amare. quid dico aliud ama-
re, ſatiuſ inquam eſſet voluntatem nullam ha-
bere, quā iuge & inexſtinguibile tibi amoris
ſacrificiū non offerre. O Deus meuſ, cuiuſ
ſunt omnia, cui debentur omnia pro tuo in
nos iure accipe, aufer, rape nos, Nullum pror-
ſus in nobis meritum inuenies, quod huc te in-
uitet, at plures ipſe conditiones habes, quæ nos
ad hoc faciendum incitent, Tu nihiſ in nobis
reperies, quod nos ad te alliciāt, nos conditio-
nes habemus, ob quaſ te aſſidue, continuo, ſine
vlla morā adire & compellare oporteat. Veni
ergo & fac, iuxta id quod tu eſ, & quod
proſ ſumus; pro bonitate tua, vt diligaris; pro
miſeria noſtra, vt miſerearis. Ah cur adeo
bonus, cur tantis noſ beneficijs cumulaſ
ſi te non diligamus? an non eſſet ſatiuſ per-
fectioneſ tuas occultare, quā eaſ manife-
ſtare te minimè diligentibus? Te ipſo contentuſ
viue, te ipſo fruiere, ac deinceps te ipſo egre-
di noli, ibi namque perfectè diligeris. Aut,
ſi mentibuſ te noſtris manifeſtare veliſ,
fac vt & à voluntatibuſ diligariſ, ac ne

in posterum dicatur, nonnisi per nos stare, sufficientia nobis à gratia tua media suggeri, nos ingratos & degeneros esse; nam hæc ~~parum~~ ita esse fatebimur, sed simul etiam addemus, habere te gratias nonnullas rariores & reueratas, quæ eius sunt efficaciz, vt si quando eas alicui impertiaris, etsi vel animam æream, vel pectus ferreum, vel cerebrum saxeum habeat, te amare, non coactus tamen non violentè cogatur. Quid mihi, vt hanc gratiam obtineam Domine, facere opus esset? quid ad eò perueniendum mihi agendum esset. Inuocabonè Angelos, Archangelos, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubinos, Seraphinos? Compellabonè Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Doctores, Confessores, & sanctas Virgines? Anne ad D. Iosephum, Ioannem Baptistam, & fidelem dilectricem tuam Magdalenam supplex confugiam? satisne erit ad Redemptoris mei matrem, quæ *pulchra dilectionis mater* nuncupatur, me conuertere? An denique opus erit vt ad filij eius carissimi, Redemptoris, reparatoris, & fratris mei primogeniti animam preces dirigam?

Ad te ergo beata inter beatas omnes, ad te coeli terræque imperatrix, & te diuinitatis sanctuarium, ad te anima diuinè humana, & humanè diuina accedo, vt mediationem tuam adhibere digneris, quo ignis ille in me accendatur, cuius ipse fax es, & diuinitas tua fornax. Memineris obsecro anima sanctissima, quomodo assumpta, & in creationis instanti ad summum honoris, be-

tu-

titudinis, charitatis euecta fueris gradum,
 ad qualem nulla vnquam creatura subuecta fu-
 it, est, aut alias euehetur. Antè nihil prorsus e-
 ras, & proinde nihil promereri poteras, quin
 nec postea tibi quidquã, praterquã corporis tui
 gloriam, & nominis exaltationem meruisti.
 Quare è pura ac mera electione vnico te Pater
 instanti gloriã, gratiã, & omnibus illis infinitis
 quæ personalem tui cum verbo vnionẽ sequũ-
 tur, diuitiis cumulauit. Propter hanc ergo ele-
 ctionem, præuentionem, beatificationẽ, & dei-
 ficationem oro te, supplico, adiuro & coniuro,
 vt charitatis mihi donum obtineas, nullum vt
 demerita vel indignitates meæ afferre impedi-
 mentum queant. vt aduocatus & frater meus
 hoc mihi obtinebis; vt Deus & Pater, si placu-
 erit, præstabis. Ignis qui in Eliæ sacrificiũ de-
 scendit, omnia, ad vsque aræ saxum deuorauit:
 fac vt & ita cordis mei sacrificium deuoretur,
 bone Iesu? Cur enim de Virgine concipi, & ex
 ea nasci voluisti, nisi vt te ipse per sancta con-
 cipiam desideria, & per bona pariam & enitar
 opera? An non circumcisus fuisti ad omnes
 imperfectiones meas rescindendas? in templo
 præsentatus, & quinque siclis redemptus, vt me
 Deo Patri tuo præsentares, & quinq; vulne-
 ribus tuis, quibus redemptionis meæ solutũ est
 pretium, comparares? Magorum dona tibi gra-
 tissima fuere, quòd internum cordis donum ti-
 bi simul donarent, vtque hinc discerem, me ti-
 bi voluntatis aurum, intellectus thus, & me-
 moriæ myrrham offerre debere. Tuum in Ae-
 gypto exiliũ me docet omnes peccandi occasio-
 nes fugere, tuusque Angelo præmonente redi-

3. Reg. 18,
 38.

tus, audiendas mihi attentè, & exactè sequen-
das Angeli tutelariorum inspirationes, nec esse de-
ferendum, si quando ad te reuerti resipiscen-
do voluero. Commoratio tua inter paganos
& idololatrias spem mihi suggerit, non dedi-
gnaturum te in anima mea, etsi sæpius fidem
tibi fregerit, infida commorari. Tu incedebas,
gradus ascendebas, intrabas & exibas domun-
cula illa, quæ Laureti hodie conspicitur, an nõ
ego eadem domuncula aut atrium futurus a-
liquando, in quo tibi iucundum sit deliciari
& ambulare? Annon mihi ad cor loqueris,
vti in templo infinitæ sapientiæ thesauros
doctoribus manifestasti? Annon animo & cor-
pore tibi subditus ero, dilectissime, qui tot
annis sanctissimæ matri tuæ, eiusque coniugi
carissimo obedisti? Per cibum & mutuam cu-
ius refectionem, per verba & colloquia vestra,
per reciprocas salutationes, per iucundissimu
Mariæ nomen, per voluptatem illam, quam
sentiebat ipsa, dum eam matris nomine com-
pellares, per reciprocas delectationes quibus
afficiebare dum illa te filium salutarer; per
hiemes, æstates, autumnos & verna, quæ si-
mul transiegitis tempora, per preces & admi-
rabiles animæ tuæ inter orandum raptus, per-
que omnes occultas Iesus cum Maria, &
Iosephi cum Iesu communicationes te rogo,
vt familiaris, reuerentialis & feruentis tecum
conuersationis donum mihi concedere digneris.
Tu Baptistæ te tuo subiecisti, & peccan-
tis instar aquis, dulcissime amor meus, ab-
lutus es; præsta vt superioribus me me-
is libenter subiiciam, æqualibus sim sub-
ditus

datus, & interius, si quando exterius non licue-
 rit, coram inferioribus me meis humiliem.
 Gratia tua moerore perfunde, veramque in
 anima mea poenitentiam, ac contritionem
 excita. Vox cœlo delapsa est dicens: *Hic est fi-*
lius meus dilectus, fac patris carissime & di-
 lectissime, ut tuum nomen confitear, gloriā
 quæram, tuasque semper in omnibus, erga
 omnes, & aduersus omnes, partes sequar.
 Quadraginta diebus & noctibus ieiunasti,
 quod tempus omne contemplationibus, ra-
 ptibus mentis, & precibus impendebas; nec
 dubitare mihi fas est, quin de illorū sim nume-
 ro, quorum tum memor eras, & pro quibus tum
 Patrem deprecabar: hanc ergo incomparabi-
 lem charitatem prosequendo, donum mihi
 temperantiæ & orationis concede, utque sicut
 in æternis diuinitatis & post in temporalibus
 humanitatis tuæ ideis existi, numquam i-
 pse tuos à me oculos auertas, nec mei vicif-
 sim vñquam à te separentur. Triplicem i-
 pse de inimico tua ac nostra victoriam retu-
 listi, cum triplicem tibi is tentationem in-
 gereret. Per victoriæ huius merita exaudi
 me, nec ut vllī vñquam tentationi, præ-
 fertim vbi de culpa letifera agitur,
 succumbam, sinas. Tentauit te ille neces-
 sitatem prætexens, sanctitatem dilaudans,
 & ut sublime de te sentires persuadens: ne
 permittas quæso, sancte pugil, ut rerum
 corpori necessariarum cura me eorum quæ ad
 animam spectant vñquam cogat obliuisci, ut
 vñquā elatū quid & sublime de me sentiā, mul-
 to verò minus, ut rerum transitoriarum fumo
 ebrius

ebrius euanescam. Post turpem & infamem principistenebrarum discessum accessere Angeli tibi ministrâtes, facquæso vt Angeli de victoriis meis exultent, & ipse de amico illorum auxilio gaudeam, illorumque ope subnixus semper de hoste victoriam referam. Andreas Apostolus audito è præcursores tuo esse te Agnum Dei, fratrem maiorem ad te deduxit, & nocte vna simul apud te cum hæssissent, abiære, donec efficacius eos ad tui sequelam inuitasti. Fac obsecro, dulcissime Domine, tum propter ipsos, tum propter te, tuæ vt voci auscultem, & efficaciter, constanter, & irreuocabiliter te sequar. Primû quod spectantibus & scientibus Apostolis edidisti miraculum fuit in nuptiis Canæ in Galilæa, in quibus aquam, intercedente matre tua, in vinum conuertisti: sic, ô Amor meus, imperfectionum mearum aquâ in gratia tuâ vinum conuerte, & cordis mei glaciẽ ad charitatis tuæ ignem coge liquefcere: me in te commuta, quoties de prodigiosa Eucharistiæ tuæ diuinæ transelementatione participauero. Tu claudis gressum, cæcis visû, morbidis sanitatem, mortuis vitam dedisti: per eandem bonitatem omnipotentia tuâ vnitam affectus meos dirige & rectifica, intellectum illustra, mentem purga, mores compone, & omnibus actionibus meis grater benedicito, meque exaudi pro omnibus in peccato mortali agentibus, & iâ morti proximis animabus deprecantem: has obsecro generis humani reparator resuscita, & à morte ad vitam reuoca, antequam à corpore anima diuellatur. Tuæ me doctrina hæredem instituisti Saluator; eam er-

go memoriae meae inscribe, & intellectui velut codici sacro insculpe, ut noctu & interdiu eam ruminem, indeque spirituale tum meae tum animarum proximarum alimentum eliciam. Nunquam te ullus existitit dulcior, benignior, liberalior, & aliorum amantior: nullus filiorum Adam ipsius fuit dotibus, quibus tu, per quas neminem non in amorem ac reuerentiam tui rapiebas, exornatus: tui tamen ciues, qui eiusdem nationis erant, & inter quos tot admiranda opera patrabas, te miris exagitarunt modis, & tandem cruci summa cum ignominia affixerunt. serua me Domine a falsis fratribus, & ab omnibus qui se fidei quidem domesticos iactant, verum tamen religionis hostes sunt; Scripturam sacram assidue mendacii coarguunt, eam tamen passim crepant & venditant; qui Euangelio, nisi iuxta propriam ipsorum expositionem non credunt, iactant tamen, puro puro verbo Dei se adherere. Eodem scilicet ore calidum simul & frigidum efflant. Iudica illos Deus.

Urbem Hierosolymitanam velut triumphans inuictus es, asina & pullo eius insidens: triumphans quidem, ostensurus quam lato animo ac libenter ad mortem properares; in asino vero ac pullo, indicaturus non synagogam modo legis iugo assuetam, verum etiam gentes, quas nemo hactenus subiugarat, direxerat, docuerat; triumphi tui participes futuras. Huius nos quoque Domine redde participes, & fac ut principalis laetitia mea sit aliquid pro nomine tuo perpeti. Quando vero immensos beneficentiae, ac liberalitatis tuae thesauros, in sacramenti amoris atque augustissimi sacrificii institutione patefacturus

eras

eras; antè Apostolorum abluebas pedes, & salutaria ipsis documenta dabas, in primis ad mutuam eos charitatem ac dilectionem animando. Per horum mirabiliū merita, puritatem, humilitatem & charitatem mihi cōcedē, quidquid in me otulistuis displicet; abluē; & quidquid ē contra tibi placet, illōrum locō reponē. Non mihi contingat quæso, quod sacrilēgo Iudæ, ut manum sacrilegā in eādē tecum paropsidem intingam. Per hymnū quem in gratiarum actionem cānebas; fac, ut cor, & lingua mea semper te beneditando; & quæ mihi conferte beneficia dignatus es, recolēdo; & pro iisdem gratias agendo; occupentur.

Grumi sanguinis sudori immixti toro corpore tuo profluebant; tūm quod hinc dolor venas restringebat; tūm verò quod ardēns illinc charitas poros dilatabat ac laxabat. Et hoc in angore & agonis anima tūa tristis erat ad mortem, ut nisi speciali auxilio vita tibi conservata fuisset; dolor is ad mortem tibi afferēdum sufficeret. Per animæ tuæ angustias & triplicem quam tū effudisti orationem, obsecro te Domine; ut adeo purum & perfectum mihi gloriæ tuæ zelum concedas; nulla ut alia te gaudeam; quam quæ tibi grata sit, nulla doleam, quam quæ te offendat; si doleam; doloris occasio sit; quod res tuæ non recte succedant; si gaudeam; gaudij sit causa; lætus eorum successus & status. Res autem tuæ, dilectis amor meus; sunt res Ecclesiæ sponsæ tuæ; & quæ ad salutem vniustuiusq; nostrum spectant. Utinam in lacrymas totus disfluam; utinam sanguis vbertim venis proueni-

pat,

pat; utinam ossium elicere medullam queam cum in tuum conspectum prodebo; testarer coelo; terraque inspectantibus, quantope te diligam; & quantum diligi merearis.

Excusabas Apostolos; dum spiritum quidē esse promptum; carnem autem infirmam dixisti; cohortem militarem dissipasti, dicens: *Ego sum*; osculum a perfidi ore admisisti, Malcho auriculam restituiisti, teque vinciri permisisti. Ita quoque supreme aduocate causam meam coram Patris tui tribunali agas; ac mihi patrocinare; verbo inimicos tuos & meos, si quando ingruāt; prosterne; perfidiam extirpa, tamque nos tibi arctē deuinci; nihil ut nos a te separare queat; si quæ verò in me amoris proprii reliquæ supersint; quibus me inimicus homo comprehendat & inuadat; omnia relinquam; nudusque effugiam; ut discipulus ille qui sindone, qua amictus erat; relicta; confugit.

Humillima patientia, quam cum impia militis manus genas tuas alapa percuteret, prodidisti; annon humilitatis & mansuetudinis in anima mea donum producet? Veritas illa quam Caiphæ per Deum viuum adiuranti, ut quis esses proderes, patefecisti; etsi prænosces, quid ex hoc tibi testimonio eueniret; annon efficiet, ut in omnibus verbis sim fidelis; teque inuariabiliter & immutabiliter ad mortem usque confitear? Quæ nocte tota quæ diem mortis præcessit; pertulisti opprobria & vexationes; annon eius erunt efficacia, ut cor meum vigilare faciant, interim dum corpus dormiat.

Inter-

Interdum quidem tacebas, interdum etiam loquebaris coram Pilato, sed ante Herodem ne verbum es locutus. Hic te sanctissime & perfectissime Domine omnium nō rectē iam indeā primo rationis vsus instanti prolatorum verborum veniam rogo, prāteritam negligentia indulgeas, post hac verō nunquam labiis peccandi gratiam concedas. Quis mihi tribuat distinctē vt sciam, quādo loqui, quādo verō tacere satius fuerit. A te solo Verbum Patris hoc expectem oportet, hanc à te gratiam pēto, & efflagito per veritatem illam, excellentiam, & perfectionem essentia, quā Patri significas, in quo communis vtriusque vestrum beatitudo sita. Quoniam verō per ludibrium veste alba indutus es, stolam mihi puritatis circumda. Quod autem tui occasione Pilatus & Herodes, qui inimici erant ad inuicem in gratiam vtrimque redierint, tu vnicum charitatis meae obiectum & combinatio, tu meum philtrum character, & illicium amoris esto.

Barabae postpositus es, nos ipsos aliis praeferemus? tu spineo ferto coronatus, nos superbia turgebimus? tu columnae alligatus flagrapassus es, & sex quidem & amplius verberum millia, ad quae per libidinem & impudicitiam commisimus, peccata expianda; nos verō corpori indulgebimus, & carnem hanc perfidam & rebellem delicatē habebimus? Arundo manibus tuis inserta, lacerna quaedam purpurea semitrita corpori circumdata, & per contumeliam rex iuncēus & umbraticus compellatus, nostra verō ambitio finem non habebit? Phlegmatis putiscentibus & virulentis sputaminibus fa-

bus facies tua deturpata, & hæcce vultuum personata: idololatria durabit apud eas quæ nomē tuū profitentur, seque Christianas iactant. In edito loco omniū sannis expositus es, & risibus, sanguine foedatus, ictibus & consionibus lividus, sermo spineo redimitus, coccinea chlamyde circumdatus, dictumque tibi: *Ecce homo*. O profundam bonitatis, humilitatis, & charitatis abyssum, per actionum & passionum adeo mirabilium merita te rogo, mihi ut alterutrū concedas, aut ut mundo moriar, aut ut è mundo toler.

Vita tua, quæ vitæ omnium Angelorum atq; hominū perfectione ac pretio, præcellebat, ab inimicis tuis exagitatur, clamāt, minas intentāt, teq; ad crucē debacchātes deposcūt. Pilatus lotis manibus tuam innocentiam protestatur, populus verò tuum tum in se, tum in filios ac nepotes sanguinem prouocat. In manus ipsius traderis, lignum infame, & detestandum humeris tuis imponitur, ad crucē raperis, funes collo, corpori & manibus iniiciūtur, sannis, iniurijs, & conuitiis proscinderis: hoc in schemate sudans, plorans, & anhelans matrem obuiā habuisti, filiabus Sion comitatam. Hæc cum ita se habeant Domine, fac ut vitā contempnam, cū de gloria tua ruenda erit, calumnias, ut laudes ducam, aduersitates prosperitatum loco habē, persecutiones mihi benedictionū instar sint, & sanguis tuus super nos non in condemnationē ut reprobatis, & damnatis est, sed in salutem uti prædestinatis: crux tua velut baculus hyssopo circumdatus, cuius in expiationibus vīus erat velut terebinthus spiritualis, è quo

Q

salutare

salutare gummi & liquor destillet, velut nini-
perus, sub qua omnibus vitæ meæ diebus re-
quiescam. Ne verò meæ sub pondere de-
bilitas fatiscat, fac dulcissime I E S V, vt
sancta mater tua sanctis protectoribus &
tutelaribus meis stipata, semper mihi ob-
uiam procedat. Dicebas porro eis vt sei-
psa, non te plorarent; vt quæ vbi huic
ingrata ac scelestæ imminebant calamita-
tes intelligerent: fac item, vt meipsum
plorem, vt ob Ecclesiæ afflictiones, quas
tanta ingratitudo & peccata in mundo do-
minantia catifantur, ingemiscam. Quam
gestabas crux, non ita humeros tuos gra-
uabat, quam intollerabilium iniquitatum
nostrarum pondus: & quoniam hoc te ma-
ximè affligebat, hinc propterea, illas po-
tius quam ob sanguinem tuum effunden-
dum plangere volebas. Quando proximo
auxilio sum vt se agnoscat respiscendo;
cum Simone Cyrenæo suum in cruce gesta-
da onus subleuo: cum verò in aduersitatibus
pro nomine tuo sustinendis constans & in-
fractus sum, sanctissimæ, & generosissimæ
matris tuæ, gladio doloris, quem Simeon
illi antè prædixerat, transfixæ imitor constan-
tiam. Quos illi dolores tui intulere quan-
topere eor eius vulnera tua vulnerarunt
nulla autem mater tam atrociam pertulit;
cum nulla vnquam ita filium dilexerit, vt
seipsa. Propter illam, carissime Mariæ fili;
passionis tuæ & compassionis eius merita
mihi communica.

Pro inimicis tuis orabas, atque hoc pri-
mum

num fuit verbum, quod sacro ore tuo egressum est, cum in redemptionis ligno extensus esses; amicis ergo tuis propitius esto, illosque inimicis ipsorum reconcilia. Paradisum vni latronum, qui ad latus tuum crucifixi erant; promisti: concede quæso omnibus qui ad latus tuum sunt, & illustrissimum Christiani nomen profitentur, nullus ut ipsorum in letali peccato hinc decedat, sed antequam expirent, resipiscant. Tertium verbum tuum ad dolentissimam MATREM tuam, & carissimum discipulum protulisti: per commutationem utrimque FILII & MATRIS insculpe obsecro cordi meo, dulcissime IESU MATRIS tuæ dilectissimæ, & Filij eius adoptiui affectum. Quam sanctæ invidiæ legatum hoc tuum obnoxium est, quid ultimæ voluntatis dispositione legare potuisti, quod MARIA dignum sit & æquipolleat? Nihil cælum & terra illi par, in quantum creatura est, agnoscunt; gratias tibi ago eius nomine, cui donum hoc contulisti, teque per merita & preces has oro; ut Beatæ Virginis deuotio mea sit; quamdiu in valle hac lacrymarum viuo, hæreditas.

Quando alta te sicire voce testatus es, an non salutem meam, & animarum conuersionem siciebas? Olim omnibus potum obtulisti; omnesque ad bibendum inuitasti in templo clamans: *Si quis sitit veniat ad me, 100.7.37. & bibat*; & modò potum postulas ab eis, quibus ipse potus esse volebas; ma-

Q 2

gnum

gnum porro est vtrumque votum ex ardentissimo salutis nostræ desiderio nasci. Incomparabilis hominum amator me illorum in numerum refer, qui sitim tuam exstinguunt, & hi ipsi sunt, quibus ipse potum das: nos porro gratum tibi sapidumque offerre poculum non possumus, quam quod à manu tua accepimus. Sola gratiæ tuæ aqua labiis & palato tuo digna est, illa à te dimanat, & ad te deinde reuertitur, cœlo erumpit, & in cœlum fluit. ita & Samaritanæ olim dixisti, cum qua & ipse clamo, *Domine da mihi bibere ex aqua hac*: alioquin præter peccatorum meorum scelus, & ingratitudinum acetum nihil accipies: quod poculum ab ore tuo nauseabundus reicies, nec gustare dignaberis. Peccantes hostes in me humores exstingue, & illorum loco gratias tuas instilla.

Joan. 4. 15

Derelictus quidem exterius à patre tuo videbaris, etsi reuera minime derelinqui poteras: ne me vnquam deseras Domine, sed pone me iuxta te, neu me mihi relinquas: tu calicem amarum exhaustisti, nobis consolationes seruasti, quas tibi ipsi negabas. Mecum assidue & sine interruptione esto, Iesu dulcissime; vnico namque momento, vel in aduersis, vel prosperis; si à me absueris, in pereundi versor periculo. Tibi ego animam meam commendo, tibi que supplico, animam meam vt recipias: quæ oratio mea de se nihil prorsus est; at permultum potest, si vniatur illi quam in extremo agone tuo ad patrem effudisti.

Animæ purgatorij per descensus tui merita

ca

ta consolationem haud dubiè sentient, vti & senserunt (sine vlla comparatione tamen) piæ Patriarcharum aliorumque sanctorum, qui nondum plenè diuinæ iustitiæ tuæ satisfecerant, animæ. Resurrectio tua nostra erit, quando nimirum peccato morimur: Apparitiones tuæ nostram toties corroborabunt spem, quoties pondus corruptionis Adam nos ad ima pertrahet. Gloriosa ascensio tua corda nostra sursum ad te trahet, vt in persona tua possessionem hæreditatis eius adeamus, quam vitæ tuæ discrimine nobis compararas. Beatissimi spiritus, qui verus Deus amoris, & veri amoris Deus, descensus nouanti quæ & antiquo nouæ dilectionis flammis animam succendet. Ipse linguam meam purgabit, intellectum illuminabit, & tibi placendi desiderio voluntatem succendet.

In primis verò dulcissima tua in Venerabili Eucharistia commoratio faciet vt tecum & coram te viuam, vti tu inter nos viuis. Hic tu in me ingredieris, vt me ad te attrahas, hic gratiarum tuarum Gazophilacion est, hic misericordiarum promptuarium. Hic corpus tuum, sanguis tuus, anima tua, diuinitas & humanitas tua. Hic Pater tuus, Amor tuus, hic gratiarum tuarum epitome, mirabilium tuorum compendium, hic benedictionum abbreviatio, hic potio, & philtum, quod sensus fascinet, itaque me puris & immaculatis deliciis tuis inebriabit, vt mundus mihi stercoris instar futurus sit & omnia ossa mea dictura; *Domine quis similis tibi.*

Psal. 34.

10.

Q 3

Si quid

Si quid infinitis perfectionibus tuis de-
 esset, Domine, & mea in potestate situm foret
 hoc tibi addere, quo tibi hoc affectu darem
 quam te magnum, beatum, potentem, sapien-
 tem, sanctum & perfectum facerem. Benedi-
 ctus sit porro Pater tuus, qui hæc tibi
 omnia vna cum essentia sua dedit: Bene-
 dictus & tu, quod hæc ab ipso habeas, &
 aliunde habere nequeas: Benedictus Spi-
 ritus sanctus, Amor vester reciprocus,
 cum quo & per quem alter alterius per-
 fectiones in communitate & identitate incom-
 mutabili habetis. O dilecte cordis mei, me qua-
 so in ineffabili hac tua personarum ynione, &
 substantiarum ynitate ita in te transformati &
 deformati admittite, vt vita mea sic i-
 bi abscondatur & habitet, vti in æternis
 ideis tuis eram, priusquam formarer, &
 ante omnem sæculorum constitutionem.

MEDITATIO XV.

DE ORATIONE, SIVE FAMILIA:

*ti Anima cum Deo conversa-
 tione.*

PVNCTVM. I.



I quis Princeps ea esset scientia,
 potentia & virtute, vt verè suis
 dicere posset; qui vestrum pri-
 mus crastina die mane me com-
 pellat

pellatum venerit, illi omnes aulae, atrij, cubiculorum & conclauium ianuae patebunt; ac tum cum ipso agam, quidquid petierit concedam, postulatisque eius omnibus satisfaciam annuens; si æger sit, sanabo, si plebeius, nobilitate donabo; si pauper & inops, ditabo, si rerum ignarus, scientia complebo; si gnarus & doctrina præster, eam centuplo maiorem reddam; idipsum & circa valetudinem, pueritudinem, diuitias, nobilitatem, & quidquid in mundo demum optari ac magni fieri solet, facere paratus sum. Si quis inquam rex ita suos alloqueretur, quo, quotque eius verbis fidem haberent, studio ac conatu inuicem præuerrere contenderent, quod boni huius compotes fierent, tantorumque promissorum participes? Si porro rex hic ita cum subditis stipulatus, adeo potens esset, ut non ad vnum duntaxat oblationem suam limitando, omnes sine vlla exceptione huius participes reddere posset & vellet, & nemini non suorum omnia quæ diximus offerret, quoties scilicet regiae gradus ascenderent, ipsam subirent, secum familiariter loquerentur; quantus hominum concursus ad regiam foret, quanta vndique multitudo ad nouum hunc Assuerum & incomparabilem Alexandrum conflueret? Ceterum Deus, supremus ille cœli terræque monarcha, omnia hæc nobis velut maioris cuiusdam boni principalis, ipsius inquam vitæ æternæ accessorium promittit &

offert, modò secum agere, loqui, & tractare per orationē velimus. Ecce verbum mentiri ac quemquam decipere nescium; audite æternæ veritatis os, & promissionis infallibilis oraculum: *Petite, & dabitur vobis; quærite & inuenietis; pulsate & aperietur vobis; nā qui umq; petit accipit, qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur.* Et per eundem Euangelistam, *Quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis.* Et apud Ioannem c. 15. *Quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.* & capite proximo, quasi per seipsum iurans ait: *Amen amen dico vobis, quidquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Vique modò non petistis quidquam in nomine meo; petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.* Christiani esse dicique non possumus, & de hæc proferentis verba veritate, potestate, sapientia & bonitate dubitare.

II.

Donum aded eximium, medium ita utile, tantæque virtus efficaciz, vt benè intelligatur comprehendaturque, meretur: hoc illud modo describitur: *Oratio*, inquit Gregorius Nyssenus, *est anima cum Deo colloquium & conuersatio, quoad ea quæ salutē & perfectionem nostram spectant.* Damascenus ait esse mentis ad Deum eleuationem, qua familiariter amiceque cum illo loquamur, & heroicas virtutes exerceamus. Hoc sensu aiebat Ieremias, *sedebit solitarius & tacebit, & lenabit super se.* Et Apostolus: *Nostra conuersatio in cælis est, vnde*

li. de orat.
Dominic.
c. 1.

li 3. de fi.
de. c. 4.
D. Thom.
1. 2. q. 83.
ar. 3.
Thren. 3.
18.

de etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum. Notemus hic oportet unde & quò anima per hanc eleuationem sustollatur, & terra scilicet in cœlum, à creaturis ad creatorem, à se ad Deum, à visibilibus & temporalibus ad inuisibilia & æterna fertur & subuehitur, suum ab illis affectum & cogitationem auocans, quò in hisce defigat.

Hinc & oratio, aliâ descriptione, thuri comparatur: & sæpè Ecclesia Deo supplicat, suam vt orationem, velut odoriferam, quæ è thure & myrrha ascendit euaporationem accipiat gratamque habeat; vt enim thus ac reliqua odora-
mentis igni iniecta, non nisi subtiliorem sui partem euaporant, terrena & crassiori in cineres transeunte; ita & in oratione diuini amoris ignis corpus mortificat, sensusque exteriores quietos reddit, interim dum mens sublimis nubes penetrat, & ad thronum Dei vsque euolat, vbi ipsum adorât, ipseque vicissim illi respondet, in spiritu ac veritate. Hęc autem mentis ascensio per columbæ fit pennas, quas dari sibi optabat

*Fiat
Oratio
mea sicut incensum
in conspectu
tuo Domine.*

Ioan. 4.

24.

Psal. 53. 7

Isai. 30.

41.

Opusc. de

7. itin-

rib.

Psalmodographus, & alas aquilæ, quas describit Isaias, id est, mentis puritatem & robur. David alio loco (vti eum D. Bonauentura exponit) duos orationis pedes similes dicit pedibus ceruorum magna velocitate currentium: sunt porro hi pedes cognitio & affectus. Cognitio ad intellectum fide & donis Spiritus sancti illustratum refertur; affectus autem à voluntate, quam charitas & deuotio succendit, dependet; Deuotio inquam, quam D. Bernardus, anima linguam vocat. Alio verò loco perfectam orationem affectum

Serm. 45.

ait in Can-

Q 5

*Ad fra-
tres de
monte
Dei.*

ait esse hominis Deo vniti, familiare sum ipso colloquium, & mentis illuminata subsidium ad familiariter cum Deo, quamdiu licuerit, agendum. Quæ porro in ea proferuntur verba, quæ panduntur arcana, quæ orantem circumfluunt voluptates, qui acquiruntur fructus, spirituales quæ offeruntur diuitiæ, à quopiam explicari posse negem.

*Lib. 3. de
serm. 14.*

Damasceus orationem, in quantum precatio est, hoc modo describit, esse nempe supplicationem, quæ à Deo petuntur, quæ ad illi feruendum necessaria sunt; in qua nempe multas anima rationes & causas depromat, quibus non tam diuinam voluntatem excitet, quam suam extimulet ad audacter, ardentem, & sic petendum, vt digna, aut saltem minus indigna sit, ad recipiendum quæ Deo illi dare placuerit. Causæ hæc sumuntur vel à perfectionibus diuinis, vel à miserijs quibus premimur, à satisfactionibus Christi, à sanctissimæ matris eius meritis, à sanctorum imitatione, à bonorum Angelorum auxilio, à demonum nequitia, à vitæ huius periculis, à mundi laqueis, à prauis inclinationibus, quas Adam nobis culpa legauit; denique ab alijs, quas Spiritui sancto, animæ ad ipsum clamanti suggerere visum. Nam iuxta Augustinum cœlum sunt animæ iustorum, in quibus Deus commoratur; cor illorum conclaue ac viuum maiestatis eius templum, cœlumque empyreum, in quo & ipsi loquuntur, & ipse vicissim illis respondet.

*De serm.
Dom. in
monte
62.*

Quam

Quam hisce ex animabus Deus haurit delectatio, & quam ipsa in eo vicissim reperiunt quies, tanta interdum est, ut seipsæ amplius non sentiant, & non tam ipsæ in se, quam Christus in ipsis viuat. Hoc mystice designabat somnus ille Iacob ad scalarum pedem, cuius extremitatibus supernè Deus incumbebat; Angeli porro descendentes diuina dona gratiasque ad Patriarcham deferrebant, ascendentes verò illius affectus, amoremque Deo representabant.

III.

Dicebat Magnus Antonius, (vtriusque Cassianus tradit) vtpote qui hac in re optimè versatus erat, non posse perfectam orationem dici, quando orans orare se percipit. Cum enim ea perfecta est, ita mentem in Deum rapit, nullam ut in alia reflexionem faciat, nulliusque rei, quam Dei solius quicum loquitur, recorderetur. Dissimili similiter in se scripsit quodam loco M. Tullius, non esse eam ut eloquentiam habendam, quæ auditoribus tempus concedat, ad oratoris eloquentiam notandam. Alius quoque eodem propè sensu aiebat, dolorem qui verbis dolentis exponi posset, dolorem minime dicendum. Ut enim quid summum sit & eminens, necesse est mentem ab obiecti sui magnitudinem propè absorberi. Quoniam verò huc prima vice pertingere nemo potest, nisi speciali quodam Dei beneficio, consideremus oportet, sicut etsi manus tota constringat ea quæ tenet, & quinque digitis suis cooperationes suas faciat, tamen maximum eius robur in tribus prioribus digitis firum fit, ita animam

animam in actionibus suis quinque quidem potentias interiores adhibere, sed tres spirituales quàm maximè, memoriam inquam quæ præterita menti obijcit, intellectum, in quo ratio viget, voluntatem denique, quæ rem executioni mandat & velut pronunciat sententiam. Prima res repræsentat; secunda eas aperit, ac declarat; tertia eas aut amat aut fugit. Tres hæc potentias adiuvant aliæ duæ inferiores, imaginatiua inquam, in qua specierum sensibilibus imagines formantur; & concupiscibilis, quæ & irascibilem sociam habet. Ex his quippe appetitus, actusque amoris, aut odij sensibilis, lætitiæ quoque, dolor, spes, & metus nascuntur. Potentiæ hæc ut plurimum omnes in oratione mentali concurrunt, actiones suas ad nobilissimum, quod haberi potest obiectum, Deum inquam, sustollentes, idque per virtutes, quæ hanc ob causam Theologicæ dicuntur, in quantum Deum, velut infallibilem veritatem, quam credere; velut summam beatitudinem, quam sperare; velut bonum immensum, quod amare; denique ut excellentiam quamdā infinitam, quam adorare debeamus, respiciunt. Vbi verò facultates hæc purgatæ, & rationi subordinatæ fuerint, & hæc gratiæ subiecta & fidelis; tum animæ intimis & penitissimis Spiritus sancti unionibus ac visitationibus apta redditur, & ut aliquoties id vocat Dionysius Areopagita, *patitur divina*.

IV.

Fatemur nihil utilius, honestius aut magis necessarium esse, quàm tempestivè illud discere exercitium, quod in æternum in cœlo nobis agendum erit, Deo nos scilicet primo principio nostro

nostro & fini ultimo coniungere & vnire. Vnica huc perueniendi ratio est, orationi incumberè; quod vt benè intelligatur, tria consideremus oportet; Primum, duo esse generaliter orationis genera, exteriorem aut verba-lem; & interiorem aut mentalem; illa tam publica quàm priuata: publica aut ab omnibus; aut pro omnibus funditur: priuata vel ab vno singillatim fit, vel priuato loco. Publica Ecclesiæ Catholicæ oratio, Catholica, id est vniuersali, in lingua peragenda, quò ab omnibus intelligatur: talis est hebraica inter Iudæos, Græca in Oriente, Latina in Occidente; quæ idiomatica & linguæ consecratæ in titulo crucis capiti Christi superposito. Vt verò appareat, non obstanti linguarum distinctione Ecclesiam semper VNAM esse, vritur ipsa etiamnum verbis *Trisagion, Kyrie eleison, Osanna, Amen, Sabaoth*. Orationem priuatam aut particularem ea quisq; instituere lingua potest, quæ pro deuotione & affectu illi propria maxime videbitur.

Secundò notandum, quadrupliciter orationem institui, per contemplationem, meditationem, soliloquium, & colloquium: Contemplatio inuenit non quærens: meditatio quærit vt inueniat: soliloquium admiratur: colloquium desiderat & petit. In contemplatione Deus ad animam venit; in meditatione anima ad Deum accedit; in soliloquio secum ipsa loquitur, in colloquio cum Deo. Contemplatio vnit, meditatio illuminat, soliloquium & colloquium excitant. Contemplatio perfectorum est, alia tria tam incipientium quàm proficientium sunt.

Tertiò

Ecc. 12.
13.

Tertiò notandum, meditationem quatuor institui modis, primò circa verba, secundò circa sententias, tertiò circa veritates, quartò circa mysteria: Circa verba quidem; quando attentè singula expènduntur; hoc modo expèndere meditarique possumus orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, symbolum Apostolorum; & omnia Redemptoris verba: Circa sententias; quando integra perpenditur perìodus, qualis hæc Ecclesiastici: *Deum time & mandata eius serua, hoc est enim omnis bonum.* Atque hic locis Rhetoricis vtendum; sententiâ illâ per causas; effectâ; adiuncta; circumstantias; contraria; & exempla; quæ in nobis ipsis experti sumus; exeutiendo: reuocanda hic item in mentem; quæ circa illam sancti scripserint; quid circa hanc didicerimus; videmus; & ab alijs audierimus; & e singulis fructum aliquem colligere oportet.

Circa veritates eodem penitus nos gerere modo oportet; doctrinam & miracula Redemptoris; diuinas eius perfectiones; comminationes; pròmissa; peccati foeditatem; virtutum pulchritudinem; quatuor hominum nomenclatura; ac similia meditando: Hic porro notare oportet; ad bene mysteria meditanda; finem ad quem referuntur & personas quæ præsentibus eis sunt spectandas; verba illarum audienda; gestus obseruandos; illarum cogitationes & intentâ notanda; & ex his omnibus fructum colligendum; iuxta luminis, quod Spiritui sancto communicare visum fuerit; magnitudinem; quales essent firmiter secum statuere; maiori erga Deum posthac desiderio & amo-

re fer-

re ferri, constantius illi famulari, sapius de illo cogitare, in illius misericordia confidere, iustitiam reuereri, bonitati gratias agere, maiestatem adorare, prouidentiam admirari, virtutem eius deprædicare, mundum contemnere, in propriæ miseriæ abyssum descendere, peccatum detestari, vitam denique propriam emendare & corrigere. Obseruandum quoque, his conceptibus ac propositis destitutam meditationem in curiosum speculationem degenerare, quæ animam aridam, grauiem & sterilem reddat: adeo ut sicut meditationis puncta ad intellectum spectant, fructus ad voluntatem referantur.

Soliloquium verò & colloquium ad vramque facultatem referuntur: in illo anima secum ipsa loquitur, intellectus & voluntatis in se functiones exercens, in hoc verò easdem facultates, earumque facultates ad Deum conuertit. Quod sextupliciter fit, primò per adorationem, secundò per exultationem, tertio per gratiarum actionem, quartò per oblationem sui, quintò per petitionem, sextò denique per protestationem. Huius rei praxin reperiet Lector tam initio quam in medio Manuelis, cui nomen: *Interior anima deuota occupatq.*

FRUCTVS I.

PRIMVS orationis fructus est obtinere à Deo, quod ad eius gloriâ, & ad salutem nostram necessarium est. Putant nonnulli
peti-

petitionem in finem orationis reseruandam: verum satius & vtilius fuerit eam ceteris meditationis aut contemplationis partibus intermiscere: præsertim duobus casibus; primo, dum animæ facultates in orando tepescunt defatigatz, tum quippe ex recolligendæ, & cum Psalmista petendum coelitus auxilium, dicitis namque: *Cor meum dereliquit me Domine, complaceat tibi & eruas me. &: Anima mea sicut terra sine aqua tibi: velociter exaudi me Domine.* Deinde cum voluntas iam pium in se desiderium excitauit, tum siquidem audacter & feruenter peti quid solet, tum quoque animam confidenter cum Deo tractat, vt filius cum Patre, amicus cum amico, & sponsa cum sponso.

II.

Sicut cum Deo in oratione loquimur, ita & ipse vicissim nobiscum, sed longè alio modo: nam, vt tradit D. Thomas, non loquimur nos Deo vt doceamus quod ignorat, aut demus quo caret; quin potius ab ipso modum praxinque orandi, simul & virtutes & gratias quæ nobis defuerint obtineamus. Cum verò Deus loquitur ad nos, non id facit vt quid quod sibi desit obtineat, quin verò vt quæ habet nobis communit, magnasque nobis, vt Bernardus ait, gratias & fauores donet, quorum ope & oratio magna cum iucunditate peragatur, & magno cum fructu in Dei præsentia ambulemus.

III.

Ad nullam creatura maiorem euehi excellentiam potest, ait Chrysostomus, quam vt familiariter cum creatore suo loquatur, ad eum vt Gal. 4, 6. rapta exclamet, sæpeq; reiteret, *Abba Pater.* Quæ digni-

dignitas Angelicam longè superat; Angeli namque indignos se hoc fauore reputant. Testantur hanc ipsorum humilitatem Seraphini, qui Deo loquentes, alarum parte vna faciem velant & pedes, altera verò volant; faciei velatione reuerentiam & timorem, quo diuinam maiestatem reuerentur, alarum verò motu trepidationem & tremorem suum, quo coram Deo pauent & contremiscunt, denotantes. Homo quidem Angelis inferior est naturâ, verum per orationem puritate & sanctitate illis fit persimilis. Et sanè haberine potest sanctius quidquam illis qui familiariter cum Deo loquuntur? quidquam iustius? quidquam sapientius? Si qui cum doctis agit, vt plurimum doctus est, quid dicendum de illo, qui numquam à Deo, qui æterna sapientia est, recedit? si qui regibus in delicijs & cari sunt, pauperes aut viles esse nequeunt, & hæc illis familiaritas diuitiarum, honorum, & dignitatum est seminarium, quin & amicis suis eo nomine gratificari valent; quantò magis qui regi cœlorum per orationem familiaris est, diuitijs bonisque coelestibus affluet, tum sibi ipsum vt in amicos suos eadem effundere queat?

IV.

Docet Gregorius, . . quod & D. Thomas magni facit, orationem esse velut præcipuum instrumentum, quo vti diuina prouidentia solet ad exequendum quæ ab omni æternitate decreuit: quod instrumentum adeò quidem interdum necessarium est, nihil vt facere vel

. . Lib. 1.
Dial. 6. 8.
2. 2. 9. 8.
4. 2.

R

lit, quam

lit, quam precibus & oratione interpellatus. Vetēres Patres, Patriarchæ & Prophetæ precibus suis filij Dei Incarnationis, quæ illis reuelata & promissa fuerat, adimplerent ob-
Joan. 17. tinuerunt. Quin ipsemet Christus, ut ex oratione eius ad Patrem colligere est, ab eo obtinuit suum ut nomen clarificaretur, sua gentes essent hæreditas, & possessio sua ad fines usque & terminos terrarum extenderetur. Apostoli orando impetrarunt, ut Domini sui ac Magistri gloria per vniuersum orbem diffunderetur, utque omnes ad fidem conuerterentur, qui ad gloriam coelestem prædestinati erant. Quid ergo haberi in mundo oratione excellentius aut diuinius potest, utpote quibus duo maxima comparentur bona, Dei felicitet in creaturis suis glorificatio, & animarum nostrarum in Deo.

V.

Oratio Iacobum à manu & furore Esau fratris liberauit, quin & præsentissimo necis periculo, cum filij in Sichimitas grassati, multos eorum neci dedissent. Tres pueros à fornicatione Babylonicæ vindicauit incendio, Ionam de ventre ceti, & Susannam de lapidatione. Quin & ipsemet Redemptor oratione ægris sanitatem reddidit, energumēnos à cacodæmone liberauit, mortuos ad vitam reuocauit; non quod oratione opus haberet, (ut bene Diuus
lib. 1. c. 28. Ambrosius notat) verum ut nobis orandi exemplum daret, si Apostoli, Magistri exemplo, nocte quæ passionem eius præcessit, orationi vacassent, & voci eius, *Vigilate & orate,*
Luc. ne in-

ne intretis in tentationem, obedissent, numquam illum præ inertia deseruissent: si quando incendium aut aquarum inundationem homines conspiciunt, aut præsentissimum ab hostibus imminet periculum, opem aliorum inclamant, ut D. queritur Bonaventura; si verò igne concupiscentiæ flagrent, si ardore iracundiæ ardeant, si diabolicæ suggestiones ingruant, labia ne quidem sua aperire volunt, ad auxilium coelitus inuocandum. O cæcitatem intolerabilem!

Matth.

26. 4.

De perfect. vita.
c. 5.

VI.

Si lasciuie ac libidinis flammæ nonnisi ægerime quis superet, ad orationem confugiat; Moysis siquidem oratio ignem, qui tentoria occuparat, exstinxit. Si terrenorum affectuum torrens aut tempestas superingruat, oret; mare siquidem Apostolis orantibus detumuit, eorumque nauigium feliciter ad litus peruenit. Si ab inimicis visibilibus quàm inuisibilibus infestetur ac prematur, orationi insistat: Moses namque plus orando ad victoriani momenti, quàm Iosue pugnando attulit. Si morbo premaris, ait Ecclesiasticus, *ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te: Si iristatur aliquis vestrum*, inquit Iacobus, *oret: si infirmus, inducat presbyteros Ecclesiæ; & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittetur ei.* Quis publicanum iustificauit, nisi vnica oratio? Quis patris cor erga filium

Num. 11.

2. 1. 1.

Matth.

8. 25.

Exod. 17.

12.

Eccli. 38.

9.

Iacob 5.

1.

Luc. 18.

13.

prodi. Luc. 11. 22.

Matth. prodigum conciliauit, eumque ad benignita-
18.32. tē inuitauit, nisi oratio? Quid regem in seruum
 ingratum, ac decem illi talentorum millia de-
 bentem, excandescentem pacauit, nisi o-
 ratio? Notat Augustinus esse quoddam in-
 ter orationem & diuinam misericordiam pa-
 ctum, numquam ut à se inuicem diuellantur
Psal. 65. ac separentur, idque in Psalmum 65. commen-
30. tatus, ait ergo Psalmographus: *Benedictus Deus,*
qui non amouit orationem meam & misericor-
diam suam à mè.

VII.

a. 2. q. 83. Theologorum lumen Thōmas docet natu-
a. 3. ad 2. rali nos ac diuino præcepto, imo sub noui pec-
 cati poena teneri, si quando in peccandi versa-
 mur periculo, ad Deum confugere, ut sua nos
 manu protegat ac tueatur. Si enim certum
Matth. quoddam dæmoniorum est genus, quod non
17.12. nisi oratione & ieiunio effugari pelli-
 queat, oremus necesse est, quò tyrannidem
 illorum & potentiam effugiamus. Hinc æter-
 næ Sapientiæ oraculum nos monuit, ut sem-
 p̃r & assidue oremus, non deficientes. Un-
Luc. 18. de Chrysostomus infert, non magis animam
31. corpori necessariam esse, ut ab ipsa in vita con-
Lit. 1. de seruetur, quàm orationem animæ ad mortem
orand. euitandam. Hinc videmus Prophetam maluisse
Deo. vitam discrimini exponere, quàm ab oran-
Dan. 6. do cessare, animæ vitam corporali præferen-
30. do. Corpus quidem cibis sustentatur, ani-
 ma verò triplicem panem habet, quibus per
 orationem in vita conseruatur. Tres illi pa-
 nes, quorum Lucas meminit, secundum expo-
 sitionem Diui Bernardi, sunt sanctæ medita-
 tionis

tiones in intellectu, charitas in voluntate, ro-
bur in parte inferiore, quæ cum reliquis spi-
ritus pasta fuerit, multò fit ad ea quæ ad diui-
num obsequium spectant aggredienda animo-
fior ac promptior.

Cap. 11. 8.
Serm. de
tribus
pan. in
rogat.

VIII.

Certum est continuam & acrem inter spiri-
tum, per Iacobum denotatum, & carnem,
cuius Esau imago est, pugnam esse & luctam; Galat. 3.
luctam inquam quæ iam inde ab utero matris
coepit: luctam, in qua primam caro retu-
lit victoriam, quando in originalis peccati ba-
rathrum ac voraginem animam præcipitem
deiecit: luctam, per quam tanta illi audacia
accessit, ut assidue spiritum exagitet ma-
gis quàm Isaacum Ismael, quotidieque il-
lum sub onere fatiscentem clamare cogat:
Infelix ego homo, qui me liberabit de corpore
mortis huius, captivanti me in lege peccati! Ni-
hil me porro liberare potest, quàm *Gratia Dei*
per filium eius Iesum Christum. Quis autem
hanc nobis gratiam comparabit, nisi vnica ora-
tio, quæ Iacobum de Esau, Mosem de Deo,
Chananzam de Iesu Christo victricem red-
didit.

17.
Rom. 7.
46.
Rom. 7.
34.

IX.

Porro ad tam illustrem & eximiam victo-
riam obtinendam, Iacobi exemplo tota habi-
tationis nostræ in corpore hoc mortali nocte
cum magni consilij Angelo, Iesu Christo in-
quam, luctari nos oportet. Quis exprimat por-
ro quæ ex hac victoria consequantur bona?
Primò namque Deus ille inuincibilis, vehe-

Gen. 35
24.

Gen. 32.
28.

menti omnipotentia suæ tactu, proprii amoris neruum luxat, arefacit, ac debilitat, ne forte spiritui præualeat, imò nec resistat. Ac tum nomen Iacobi in Israëlém luctatoris ac pugilis in victoris, debilis in seipso in aduersus Deum fortis ac præualeptis mutatur; certo accepto pignore, carnis nos facile passiones, mundi illicia, & satanæ suggestiones superaturos, qui contra Deum fortes exstiterimus; quàm certitudinem etiam Iacobo ad fratris occursum pauenti & consternato Angelus dedit.

Secundo, vbi quis semel Dei voluntatem euerit, eius in homine omnipotentia elicescit, cuius virtute iam non amplius difficile est semper victorem manere, & efficere, quod ait scriptura, vt maior seruiat minori, id est, caro rebellis spiritui, velut seruus Domino pareat, qui Dominus ætate quidem est iunior, quia quod in homine carnale est, ei quod spirituale est, præcedit.

Rom. 9.
10.
Philo.
lib. de
Abrahâ.
Chrysost.
hom. 14. in
Ioann.

Tertio, Deus victori nomen imponit, eumque Israëlém nuncupat, id est, *videns Deum*; dat ei namque donum contemplationis, splendoribus animam illustrat, arcana ei sua reuelat, intra diuinitatis sinum introducit, & singularia illi charismata, qualia non alijs communicat.

Quarto, benedictionibus illum complet particularibus, non quidem quoad bona terrena, sed coelestia, gratijsq; suis illum locupletat, addito quoq; æternæ primogenituræ iure.

Omnipotentem ergo superare volumus, & omnipotentia eius victores dici Orationis studio.

diostimus. De mundo pompisque eius triumphare, homines non metuere, quinimo & demones ipsos terrere? orationi assidue incumbamus. Superare nos ipsos volumus, corpus nostrum mortificare, & illius rebellionis nervum arefacere? orationem amemus, Deum nobis nomen & robur mutare, & penitissimo & maxime intimo, quem quidem humana vita capere potest, modo se nobis communicare? orationis sectatores simus. Denique si à Patre luminum omnes benedictiones coelestes, quas per Filium suum Christum Iesum communicat, consequi velimus, ab orando non defatigemur, potens namque oratio est hac ipsa obtinere,

X.

Quo orationem impedire demon conatur studio & contentione, illius donat excellentiam, utilitatem, ac necessitatem. Constat porro omnibus quibus fieri potest modis & vijs obstantem à diabolis infestari, ut orationem eius interrumpant, & fructus eius intercipiant. Hinc & longè pravijs dispositionibus, ut S. Nilus ait, ad hoc allaborant actiones diurnas ita dirigendo, quò nocturnas impediunt preces. Si appetitum tempore coenae exaquant, hoc fit, ut stomachus cibum eructet, caput evaporationibus grauetur, & spiritus obrutus ad orandum ineptus sit. Si ad iracundiam aut impatentiam inuitet; si iniurias illatas nobis refricet, si calumnias superiores menti obijciant, si noctu somnia minus decencia immittant, hoc eo factum studio ut cor nostrum orationis tempore in-

lib. de o.
cap. 48.
49. & 50.

quietum reddant, & intellectum distractionibus & diuagationibus repleant. Si inquietudine laboremur, si grauetur mens, si vno commorari loco nequeamus, credamus cacodæmonas corporis humores concitare, carnem affligere, eius debilitatem augere, adeo vt & muscas & corporeas sordes, teste eodem Nilo, excitent, vt nobis molestiam afferant. Si verò nec hac ratione quod intendunt assequi possint, alia grauiora, vt testatur Cassianus, producant terrores & timores excitant, intendum intra hominem ipsum, modo de foris eisdem arcessendo, vt Beato Antonio contigisse eius in vita refert Diuus Athanasius. Materiam ei hic suggerunt vasta loci solitudo, tenebræ nocturnæ, sexus complexionumque debilitas. Notandum porro, quòd quò nos in oratione feruentiores vident, eo nos maiori ab ea studio conari diuertere. Hinc Agathon Abbas dicebat eam esse orationem excellentiorem, quæ fiat difficilius, quòd omnes aduersus eam dæmones conspirent & emicantur. Atque hæc eximia orationis laus est, quòd nimirum tam potentem atrocemque aduersarium habeat; & reuera non exigua eius est gloria, quòd hæc seipsa in lucta superet. Hinc tremere, teste Chrysostomo, cacodæmon solet, si quando animam feruenter orationi videt incumbentem, Deoque per familiarem, eamque aggredi perhorrescit, viribus quas ei oratio suggerit, deterritus.

XI.

Esti verò lucta hæc & certamen acre sit, est & aliud eo magis metuendum, quòd nobis vici-

*In visis
PP. tit.
de eo
quod sine
intermissi-
one
oritur.
Lib. 1. c.
2. deo-
rando
Deo.*

vicinius ac propius. Certum namque est, bellum ciuile & intestinum aliis omnibus esse periculosius magisque timendum: nullum porro esse ciuilius & interius, quàm domesticum; nullum magis domesticum, quàm personale. Tale est, quod nobis ipsi inferimus, idq; per quadruplices inimicos internos ad cordis vsque penetrabile, in quo oratio institui solet, penetrantes, atque in his omnem fiduciam suam demones collocant. Hos ita nominat D. Bernardus: *delicta quæ mordent, passiones quæ vexant, cura quæ angunt, imaginationes quæ turbant.* Ex quadruplici hac materia, cõstat tristis illa ac obscura nox, de qua Ieremias loquitur: *Thren. 3.*
Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. Vt enim 44.
 nubes impediens quò minus solis mundi oculi radios videamus, è terra marique ascendentes exhalationes cient, ita quoque, inquit D. Gregorius, è miseriis, quibus cor repletum est, pestiferi vapores exhalant qui crebro fumos afflent, mentem obscurent, & quò iustitiæ solem minus videat, impedian.

8. Moral.
c. 9.

Augustinus hac quæ sequitur similitudine, dānum quod ab huiusmodi obstaculis promanat, declarat: solet vir, cui capitisosa, ridicula aut querula obtigit vxor, cum diutius duos eius mores pertulit, integro interdum die domo abesse vel sua negotia pertractaturus, vel deambulaturus, vel venationē exerciturus, propriā deferēs domū, & assidua ibi iurgia, querulæq; vxoris voces molestiam illi afferant. Quibus talis vxor obtigit, merito miseriæ suæ deplorandæ ansam habent, suæque fortis plangendæ, quòd domus, quæ quietem illis, solatium, & post la-

Conc. 2.
in
Psal. 33.

hones diuinos recreationem asferre deberes, tristissimi illis carceris, & ergastuli tædiosissimi sit loco. Verum, inquit doctorum flos, cen-
suplo illos miseriore existimo, qui mundi ne-
gotiis ita implicati sunt, tamq̃ miserè à vanita-
tibus, voluptatibus, prauisq̃; affectibus in præ-
ceps abripiuntur, vt cordis domum illis subire
graue sit, ob nimiam quam in conscientia senti-
unt perturbationem; peccatum siquidem illos
arrodit, inordinatæ passiones carnis exagitant,
nimia rerum mundanarum cura pungit, appre-
hensiones de futuro perterrent, imaginatio-
nes denique extrauagantes illos cruciant;
cumq̃ue ad se ingredi orationis causa volunt,
triste ac tetricum hoc molestiæ genus, mo-
lesta ac querulosa vxore longè importunius,
tandem domum eos derelinquere compellit, vt
forinfecus solatiola peritura emendicare, &
à carne & sanguine, quod spiritus illis de-
negat, petere cogantur.

Jerom. 1.

14.

Vt verò malo huic adeo ingentia & pericu-
loso remedium asferatur, executioni mandan-
da sunt quatuor illa quæ Ieremiæ Deus man-
dauit: *Ecce constitui te, vt euellas & destruas, &
disperdas & dissipes, & adifices & plantes,*
quasi diceret: Anima rationalis templum vis
orationis in te reedificare; vis amœnum fa-
miliaris cum Deo conuersationis hortum plan-
tare, qui iam quidem paradysus terrestris sit, at
breui coelestis futurus? primo peccatū destrue
& nece, deinde honoris, lucri & gloriæ concu-
piscenciam e corde euellere; tertio quidquid malæ
consuetudo & habitus malus hactenus in cor-
de tuo intus ædificauit, *dissipa* & demolire, de-
nique

rique, verbo vt dicam, inordinatum tuipſus a-
morem ad minimas vsque fibras ſtirpitus era-
dica. Quod ſi feceris, terra imperfectionū tua-
rum caligo & nubes in lacrymarū rorem co-
mutabitur, & cordis ager excoli poterit, con-
teſtesque inſluxus ſuos hic proferent effe-
ctus.

XII.

Videor eminus è rubo audire vocem dicen-
tem mihi, quod olim Moyſes audiuit: *Ne ap-
propies hac: ſolue calceamentum de pedibus tuis;*
terrenos quos induiſti affectus exue, rerum
omnium periturarum deſiderium à te longè
proſcribe, nam huiuſmodi ſchemate amittus
numquam à me admitteris. Obuerſatur
& auribus præceptum olim Iſaiæ datum: *An-
ſeratur impius à facie Dei, ne fortè videat glori-
am eius:* ac maiestatem contempletur. & illa *Iſai. 26.*
Apoſtoli: Quicumq; Dei eſt nomen inuocatu-
rus, recedat à malo, orentque homines *manus*
puras ad Deum leuantes, nulla vt in cordibus *1. Tim. 2.8*
habitet ira aut indignatio. In quæ verba ait
Chryſoſtomus, præcepto manus (quæ orga-
na & instrumenta actionum ſunt) leuandi,
tantumdem inſinuari, ac ſi nobis diceretur
Si puras habetis manus, ſi actiones nitidæ ſint,
exaudiemini; è contra, ſi inquinatæ, etſi ad me
eas extenderitis, auertam faciem meam, neque
exaudiam vos. *Manus* porro ad cælum *exten-
dere,* inquit Tertullianus, *ſuam eſt innocentiam* *In Apoſt.*
proſtiteri. Diaſcoides gemma miras habet *gem.*
proprietates & vias magnas, quas tamen, ſi
ori cadaueris inferatur, amittit; talis quo-
que eſt oratio; talis deprecatio, de qua
Eccleſia.

- Eccles. 15.** Ecclesiasticus canit; *Non est speciosa laus in ore peccatorum.* Nos Dei voluntatem faciamus, & **Ioan. 15. 7** nostram ipse vice versa faciet: *Si manseritis in me*, inquit *veritas æterna, & verba mea in vobis manserint, quodcumq; volueritis petetis, & fiet vobis:* e contra: *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis*, ait Sapiens. **Leuit. 22** In cuius rei figuram vetitum erat immundis tabernaculo appropinquare.

Bias Priæus cum in naufragij periculo, vna cum scelestis ac deplorata vitæ hominibus versaretur, illique Deos ob sospitatem deprecarentur: *Tacete*, ait, *nebulones, ne Dii vos hic essentiant.* Et melius alius quidā, negans ficatorū & latronū esse Deū orare, sed eorum qui in sacco & cinere gement & poenitentiam agunt. Quamobrem quomodo peccator dicat: *Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum;* ipse inquam qui eum nulla non hora vili pedit, negat, & non ut patrem, sed inimicum habet? quomodo, *Adueniat regnum tuum*, qui regnum Satanae amplificat & confirmat? quomodo, *fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra*, qui omnem naturæ & gratiæ ordinem pervertit, suam duntaxat voluntatem implere satagens? quomodo, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, qui quidquid à Deo accipit in arma ad eū oppugnandū conuertit, & non nisi ad illum offedendū viuere videtur? quomodo, *Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;* qui numquā iniurias dimittit, & honorem suum vel etiam ubi de honore non controuertitur, creatoris gloriæ, pretiosissimi sanguinis Redemptoris valori, & legibus quas Spiritus

tus

et sanctus in Ecclesia sua stabilivit, imo naturæ
 ipsi indidit, præponit? Quomodo, *ne nos inducas
 in tentationem*, qui omnes peccandi occasiones
 ad vsque terræ centrum rimatur & indagat?
 Quomodo, *libera nos à malo*, qui vltro se ac
 spontaneè illius cassibus induit? Delectetur, *Psal. 144.*
 delectetur inquā, in Domino, & dabit illi petiti-
 ones cordis eius: *voluntatē* .n. vt Psalmista ait,
timentium se faciet, & deprecationem eorum ex-
audiet. Simus illi fideles clientes, ipse fidelis e-
 rit patronus; simus sinceri filij, ipse sincerus e-
 rit pater; simus fidi subditi, ipse fidus erit Do-
 minus. Talis erat oratio, quæ Deo ipsi manus li-
 gabat, illūq; dicere cogebat; *Dimitte me*; talis
 quæ cursū solis contra Gabaonitas fitebat talis
 quæ vmbra in horologio Achaz decē retrocede-
 re lineis coëgit: talis q̄ ignē secūdo in quinquā-
 genarios cēlo euocauit: talis quæ Samaria libe-
 rauit: quæ Amalec deleuit; quæ lecythum olei
 multiplicauit, & pugillū farine; quæ filiū Suna-
 mitidis ad vitā reuocauit, quæ aquis Mara dul-
 cedinem dedit; quæ cētum octoginta hominū
 millia in castris Sennacherib confecit; quæ de-
 cies cētena millia sub Zara præfecto regis Ae-
 thiopum interfecit; quæ leonibus ara cōcluser, *Exod. 32.*
 quæ Abacuc in lacum eorundem clausum & si- *10.*
 gnatum, non sine penetrationis miraculo stitit *Iosue 10.*
 quæ combustiūam flammæ vim in fornace su- *12.*
 spendit & compescuit. Tales item erant Gre- *4. Reg. 20*
 gorij Thaumaturgi, id est admirabilium patra- *9.*
 toris oratio cum montes trāsferret, paludes *4. Reg. 1.*
 arefaceret, inuisibilem se redderet, ægros sana- *4. Reg. 6.*
 ret, mortuos denique ad vitam reuocaret. Ta- *3. Reg. 17.*
 lis B. Dominici, qui nihil vñquam magno as- *4. Reg. 4.*
 sectu *Exod. 15.*
4. Reg. 19
2. Paral.
14.
Dan. 6
Dan. 14.
Dan. 35.

fectu & fervore à Deo poposcit, quin postula-
torū fieret compos: Talis S. Francisci, qui plerū-
que statim re ipsa compleri videbat, quod paulò
ante orasset. Talis S. Bernardi, quando Episco-
po Camotensi spopondit, omnes qui è pane
super quem ipse Dei nomen inuocasset, co-
mederent; sanitati restituendos, etsi fieri id
posse crederent; nec ne. Talis S. Elisabethæ,
Lantgrauij Thuringiæ vxoris, quando vni au-
licorum suorum donum poenitentia à Deo ob-
tinuit, quæ quidem adeo vehemens fuit, vt
à morte parum illè abesset, & sanè præ dō-
lore is expirasset; nisi illa ab orando destitui-
set. Talis S. Scholasticæ, sororis S. Benedicti,
quæ pluuiam repentinam, qua fratrem apud
se detineret, orando obtinuit. Talis S. Fran-
cisci de Paula, qui aquis inambulabat secu-
tus, & fornaces ardentes sine vllā læsione
ingrediebatur. Talis Beati Francisci Xauerij,
quando DD. MARTINI & DOMINICI
exemplo tres mortuos ad vitam renouauit.
Talis denique intimorum DEI amicorum
& fidissimorum famulorum eius fuit ora-
tio; quam vt imitemur, examinemus & per-
pendamus oportet verba illa redemptoris.

XIII:

*Amen amen dico vobis si quid petieritis Pá-
trem in nomine meo, dabit vobis.* Euangeli-
um semper est euangelium, id est; bonū & salu-
tare nuntiū: at vix vnquā hoc magis dignum nō-
mine; quā in hocce promisso. Magnū fuit haud
dubie promissum Dei quo Salomoni omne qui
in tēplo, quod ipse extruxerat, Dei nomē inuo-
cāret, se exauditurum spopondit. Magnum item
promis-

16.

23

3. Reg. 9.

petitis Eliæ ad Elifaz dicentis: *postula quod vis; ut faciam tibi antequam tollar à te.* Sed magnum inter hæc & priora Domini verba discrimen fuit; nam primum ad locum; alterum ad tempus restrictum fuit; at Domini verba nullum habent limitem aut mensuram; omni loco, tempore, & omni occasione: *Si quid petitis Patrem in nomine meo dabit vobis.* Qui vero dubium hac de re esse queat? Pater unicui nobis dat filium; filius vicissim Spiritum sanctum nobis promeretur; Spiritus porro postulat pro nobis & per nos gemitibus inenarrabilibus. Vnde nobis solum colligo impetrandum; si non oratione minus exaudiamur: nam ut Petrus Chrysologus ait: *Ibi manifestè petentis negligentia deprehenditur, ubi de dantis liberalitate non dubitatur.* Et D. Iacobus: *Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis.* Ut ergo benè petamus seruandæ sunt quæ sequuntur circumstantiæ:

XIV.

Logicis nimis quam notum est; propositiones indefinitas in materia contingenti equiuale re particularibus, & in materia necessaria æquipollere vniuersalibus. Homo disputat, id est, Socrates. Homo rationalis est, id est, omnis, & quilibet homo præditus est ratione. Hoc supposito, inferendum est; propositionem ex hypothesis & indefinitam: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis:* esse vniuersalem & sine exceptione, modo sit
in ma-

in materia necessaria, quæ ad salutem nostram
 & gloriam Dei referatur; in accidentariis, verò
 & contingentibus vniuersalem non esse, verum
 multas pati exceptiones, & hoc denotat
 particula, *quid*, id est per emphasin, *aliquid*, ita
 que eam intelligit D. Augustinus dicens: *non aliquid*
petit qui fugitiuos honores, perituras diuitias,
ac cetera moritura, atque interitura petit.
 Huius generis sunt sanitas, pulchritudo, longæ-
 uitas, filiorum prosperitas, & alia, quæ ad nomē
 substantiuum *quid* reduci nequeunt, neui ad du-
 as condiciones, quas in vero bono A R I-
 S T O T E L E S desiderat, vt nimirum sit *omni-
 nai* *ὑποκείμενον* id est, domesticum, & ab
 homine inseparabile; qualia superiora illa bo-
 na dici non possunt, cum nihil horum subsistat,
 sed aliud non sint quam mera accidentia prin-
 cipalis & primarij boni, quod tantopere nobis
 inculcauit qui ait: *Quærite primum regnum*
Dei & iustitiæ eius, id est, vias quibus ad ipsam
 perueniatur, & *hæc omnia adiicientur vobis.* In
 quo simul incomparabilem Dei bonitatem &
 liberalitatem notemus oportet, stomachantis
 nimirum & indignantis, si paruum quid ab ipso
 petamus, non quod illibenter & inuitus exi-
 gua hæc concedat, si fortè sublimior ac nobi-
 lior nostra non sit conditio, & ad altiora nos
 non vocet. Vult namque nos ambitiosos esse,
 modò solidi verique sint honores: non aggre-
 fert nos bono auidè inhiare, modò illud fur-
 effodere non valeat, non grando demoliri, &
 quassatum tempestate non pereat. Volupe illi
 est, voluptates ac delicias nos sectari, modò
 non sint tales quæ cum brutis, sed cum Ange-
 lis no-

lis nobis communes sint. Audiremus alioquin,
 & merito quidem, quod ab Alexandro Peril- *Plut. in*
 lus modicis contentus: *Tibi quidem satis est ac-* *Apothec.*
cipere, mihi vero nequaquam satis est dare. Ob
 eandem bonitatem, perseverantia delectatur
 Deus petentis, quod sæpè nos coram se videre
 velit, nostraque conuersatione delectetur. Vn-
 de in Canticis ait: *Sonet vox tua in auribus meis,* *Cant. 24.*
quia vox tua dulcis, & facies tua decora. atque
 hæc sequentis verbi est emphasis.

XV.

SI QUID PETIERITIS. Vtitur hic Sal-
 uator verbo subiunctiui modi, è quo colligere
 non possumus, quoties petere debeamus, an-
 tequam petitorum compotes reddamur. Studio
 scilicet diuina sapientia ita locuta est, vt osten-
 deret, nunquam nos ab orando deficere aut de-
 fatigari debere, etsi quæ petimus, diutius disse-
 rantur. Eandem ob causam mox etiam subiū-
 git: *Petite & accipietis, Querite & inuenietis,*
Pulsate, & aperietur vobis. Petite ore, quærite
 corde, & pulsate manu, id est, omnem adhibete
 industriam & operam, ad quod vt nos excitaret
 duas inducit similitudines, quas Diuus Basilius
 maximopere admiratur, vnā iudicis pauper-
 læ viduæ ius nō antè ministrantis quàm im-
 portunis eius precibus defatigatus esset; alte-
 ram prius lecto de nocte surgere nolentis ad
 amico necessaria dandum, quam postquam iam
 ille ianuam pulsasset importunius. harum pa-
 rabolarum vna Lucæ cap. vndecimo, altera de-
 cimooctauo reperitur. Vnde Petrus Rauennas: *In Luca*
O quàm dare cupit, qui se taliter inquit, & tali- *16*
S *ter pa-*

ter patitur sustinere. At ne fortè ob dilationem dandorum animum despondeamus, aliam alio loco adducit similitudinem consolatione plenam: *Quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidè porriget ei? Aut si piscem petierit, numquid serpentè porriget? Aut si petierit ouem, numquid porriget illi scorpionem?* vnde infert: *Si ergo vos cum sitis mali, nolitis bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui in celis est, dabit spiritum bonum petentibus se?* Hinc discimus non secus illum agere nobiscum, quàm pater cum filiolo quem sibi tenet, cui pomum quoddam porrìgens se trahi ac sibi digitos manu pueruli paulatim aperiri gaudet, tandemque illi pomum maiori cù voluptate dat, quàm puer ipsum accipere gestiât.

XVI.

Cui ergo molestum ac tediolum sit tam benigno cum Domino agere, qui numquam nos exaudire differt; quàm ut simul & primum & postulata superiora nondum concessa concedat? Quis non libenter cum eo agat, qui ita sua comoda nostris coniunxit, numquam de salute nostra cogitare possimus, quin simul gloriam eius promoueamus; ne de gloria eius solliciti esse; quin pariter salutem nostram procuremus? quis non libenter illi se iungat, qui omnia sua bona nobis indiuisim esse communia vult? Quis non illum facere sinat, postulata differente aut cito dante, cù quidquid nobis conducât, conueniat, & maxime expediat, nōrit, possit & velit? quis non æquo animo dilationes eius ferat, cum hæc meritū nostrū adaugeant, dondū cōfirmet, gratiæ det incrementū, & postulata secura

secunda reddant? prima petitio arborē plantat, secunda addit radicē, tertia truncum producit, quarta ramōs, quinta frōdes, sexta flores, septima fructus, octaua eōsdem maturos reddit, nona colligit, decima ori ingerit, vndecima digerit, duodēcima succū & substantiā inde elicit: *Cum aliquid*, inquit Augustinus, *aliquando tardius dat Deus, non negat sua dona, sed commendat: diu desiderata dulcius percipiuntur*: & Gregorius in moralibus: *Ed magis sancti exaudiantur ad meritum, quā minus exaudiuntur ad votum*. Credit autē D. Basilius, ideo forsā Salomōnem sapientiā donō abūsum fuisse, quod ad primā id postulationem coelitus impetrasset.

20. Moral.

c. 25.

Confis.

Monac.

c. 2.

XVII.

Quando apud Lucam Dominus ait: *Oportet semper orare, & nunquam deficere*, non ita intelligendum, quasi semper flectere poplitem, brachia extendere, pectus tunderē, suspirare & orare assiduū debeamus, fuit is Psallianorum & Messallianorum error quos Ecclesia orthodoxa damnauit. Sed oportere nos semper operibus Deo dignis incumbere; de Deo cogitare, & cū Deo quā sepius agere: cum enim oratio nō sit nisi mentis ad Deum eleuatio, in idē penitus recidit opus bonum, cū Deo nos hoc coniungat. Adeo ut oratio opus sit speculatiuum, & opus bonum oratio practica. Oportet ergo semper orare, id est, aliquid agere quod Deo nos coniungat, nullum verō, quod nos ab eo diuellat. Hoc sensu ait Psalmista, benedictum se Dominum *in omni tempore*, ceterum *Psalm. 33. totali-*

totalitatis pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, vt. Logici loquuntur, vsurpando; scil. nullum vt tempus sit, quo non Deus orandus, benedicendus, & gratiarum illi actiones persoluendæ, interdiu, noctu, mane, vespere, meridie; in operis, itineris, causæ & negotij alicuius quod aggredimur; deniq; rei omnis initio, medio ac fine. Rursus fieri nõ posset vt, quamdiu in mortali hoc corpore viuimus, mens semper in Deo ipso occuparetur, ea nempe intentione ac reuerentia, quam postulat oratio. Ceterum Theologi præcepta affirmatiua & negatiua hoc modo distinguunt, quod hæc *semper* & *vbique* obligent, illa quidem *semper*, sed non *vbique*: atqui præceptum semper orandi affirmatiuum est, ergo terminus *semper* non obligat *vbique*. Atque hoc idem docuit Redemptor apud Matthæum dicens: *Orantes autem nolite multum loqui*, id est, vanam tantologiam adhibere, *sicut ethnici: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur*, in Græco textu legitur *ἡρώδης βασιλεὺς τῆς γαλιλαίας*. Bartologia vero est stolidæ, superflua & ridicula loquendi ratio, quæ illi sollicitè cauenda, qui cum tanto monarcha, qualis est Deus, agere voluerit.

XVIII.

S. Bartholomæus centies per diē, & toties de nocte genu flectebat Deum oraturus. Idem & de S. Martha scriptū legimus & Abbate Apollonio. Sancto Iacobo pellis genuum & cubitorum instar camelinae obduruerat. Sanctus Antonius cum circa vesperam orationem auspica-

spicaretur, sol dorsum eius radiis feriebat, non antè verò ab eadem surgebat, quàm eadē coeli terræque fax, relictis antipodibus quos illustraret, radijs antrorsum faciem eius verberaret. S. Benedictus repetitistoties genu flexionibus & prostrationibus locum in rupe satis aspera, qui etiamnum hodie in sublaco, octauo aut decimo ab Vrbe lapide conspicitur, detriuerat, ac quodammodo polierat. Profundum illud montis petrosi concauum, cui à sancto Balsamo nomen, in quo S. Maria Magdalena *Optimam partem*, quam illam elegisse Redemptor dixerat, & eo nomine laudarat, exercuit, columnæ stilitarum, deserta eremitarum, cellæ anachoretarum, gradus Alexiorum, sepulcra Hilarionum, cœnobია reliquiorum, oratoria & domestici tot sanctorum ac sanctarum qui olim fuere, & modò sunt secessus, testantur, quod de æterna scriptum est Sapientia, quod *Non habet amaritudinem conuersatio eius, nec tadium conuictus eius, sed* Sap. 8. 19. *latitiam & gaudium: Hinc satis est Domine satis est*, exclamabat olim B. Aesenius & sæculo nostro Beatus FRANCISCVS XAVIERIVS.

XIX.

• Et si interdum non exaudiamur, quod noxia petamus, exaudimur tamen secundū formale intentionem nostrā, ac proinde duplici nomine Deo obligati sumus: tum quod noxia non concedat, tum verò quod illorum loco det talia, quæ utilitatem afferat & prosint. Huc faciet & vetus illa gnome, τὸ μὴ συμφέρειν ἐπιτυχῆν

S 3

ἐπιτυχῆν ἰσι

irruentis, id est, frustrari noxiis & nocituris, exaudiri est; non enim exaudit medicus agrum ad voluntatem, sed ad necessitatem. Aiebat item **SOCRATES** non alia à diis petenda, quam quæ ipsis placerent, quod illi semper optima quæque velint. Si quando **D. GERTRVDF** optio daretur, vt vtrum vellet eligeret, oculos clauderat, & tñ in quod magnus cæca incurrebat, accipiebat, dicens esse se de diuina providentia certiorẽ, quàm de eo quod ipsa velut optimum iudicaret ex proprii iudicii præscripto. In hoc etiam preces Beatorum (vt in aliis rebus plerisque) à nostris differunt, quod numquam illi quid petant quod non cum diuina voluntate coincidat, imò ne hoc quidem petunt nisi scientes Deo placere vt hoc ab ipso contendant quod scholastici dicerent à voluntate Dei dependere *quoad specificationem & quoad exercitium.*

XX.

Cum dicerent Lacedæmonij armata fortunam manu inuocandam esse, docere volebant rem maxime notabilem, & doctrinæ Euangelicæ conformem: ita scilicet hos in necessitatibus ad **DEVM** configere debere, vt à parte nostra aliud nihil faciamus, quàm si nihil ab ipso expectaremus: tum etiam vt ita illi confidamus, quasi ab ipso omnia, & aliundè nihil expectaremus. Horum duorum coniunctio facit vt hinc euitemus præsumptionem, illinc verò **DEVM** tentare caueamus.

XXI

XXI.

Fiduciam hanc adeo in oratione necessariam designat verbum *Patrem: Si quid petieritis patrem.* denotat hoc orantem debere in statu gratiae esse, in qua sola adoptio filiorum Dei consistit. Duabus hisce alis, gratia inquam & fiducia, oratio nubes transuolat, & rarissime reijcitur ab eo, qui & hoc animae dat desiderium, & labijs orationem, & gratiam manui IMPERATOR THEODOSIUS, referente D. AUGUSTINO, cum noctem totam orationi cum Religiosis impendisset, de inimicis, qui ipso decies plures sub signis armatos habebant, victoriam retulit. Heraclius, gratia & fiducia in Deum armatus, tertio CHOSROAM Persarum REGEM in praelio conferta manu superavit, & sanctissimum CRVCIS lighum recuperavit, MESALCERVS Comes AFRICANVS decem hominum millibus octodecim millia, quae GILDON frater eius sub signis habebat, fregit, Machabæos scilicet imitatus, qui tam illustres de inimicis, quibus numero longe impares erant, victorias retulere: testatur id Nicanor & Gorgias profligati, quorum illi cum sex millibus tria milla deciderunt, & hunc cum sexaginta millibus dena millia, eo quod sperassent in Domino Deo patrum suorum, qui dat victoriam prout illi placuerit, *sive in multis sive in paucis.*

*Aug. li. 5.
de civ.
Dei c. 16.*

XXII.

IN NOMINE ME O, Explicat hæc

T 4

Augu-

A. 4. 12.

Augustin. his verbis: *Quod petitur aduersus utilitatē salutis, nō petitur in nomine Saluatoris, nec petitur in nomine magistri, quod est prater regulā magisterij*: quasi diceret: Qui salutē contraria petit, in nomine Saluatoris non petit. Non minus utilis est expositio secunda, petendum esse scilicet per merita IESV CHRISTI, *negat enim aliud nomen sub cælo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*, aiebat SANCTVS PETRVS. Tertiā æquē necessaria est, omnia scilicet ad diuinā gloriā desideria nostra & postulata referendā. Cum enim Christus hunc in finem omnia merita, vitam, mortemque retulisset, nemini illa communicat, quā qui in eundem cum ipso scopum intendit, & conspirat. Et Deus ipse cum omnia ad gloriā suā faciat, exaudire orationem nō potest, quæ aliud intentum habeat, & à recto fine deflectat. Nisi in furore suo exaudire, & orantē per eāipsā, quæ ab illo contendit, castigare velit, cum *multa Deus concedat iratus, quæ negat propitius*. Si enim Redēptor filiis Zebedæi iratus fuisset, ambitiosā matris illorū petitioni, ad illorum forsan ruinā & exitiū annuisset.

XXIII.

Ecc. 14.
14.

Porro ad donum orationis obtinendum, & eius fructum non deperdendum, duo in primis notanda sunt. Primum, & quod permagnū refert est, vt dum ad orandum nos Dominus excitat, ne minima felicitatis huius ac doni, quod nobis Deus confert, vt Sapientis verbis vtat, *particula nos pratereat*, ac tum tamdiu oratio prosequenda, quamdiu feruor durat: nam huiusmodi felicitas qualis hæc, cum nobis asferre fructum

fructum potest, quem toto vitæ tempore sentiamus. Quod si negligamus, id est, Deum eiusq; inspirationes non sequamur, verendum ne idem nobis contingat quod Regi Ioas, quem cum Elisæus Propheta arcum sumere, & per fenestram orientalem sagittam emittere, imposita scilicet manu Prophetæ regiæ, iussisset, ille non nisi tres ei aculatus est, cui iratus Propheta ait: *Si percussisses quinquies aut sexies, siue septies; percussisses Syriam vsq; ad consumptionem: nunc autem tribus ictibus percuties eam.* Verendum inquam est, ne idem nobis contingat, si orationis tempore fenestram orientalem non aperiamus, id est, omnē ingenium mentemque non applicemus, cum per hanc lumen in animam ingredi debeat: si arcum deuotionis vnā cum orationum ei aculatoriarum, quæ aliq; nomine aspirationes & eleuationes mentis in Deum dicuntur, sagittis in manus non sumamus: si manus Dei nostræ coniuncta minime sit, cum sine eius ope nullum laudabile opus agere, nullum sanctum proferre verbum, nullam cogitationem piam, denique (verbo vt absoluiam) nihil omnino boni habere possimus, nam *sine me, ait, nihil potestis facere.* Vbi verò omnia hæc iuncta fuerint, actū deficiamus aut fatiscamus languentes, si lumini ac visitationi spiritus sancti non cooperemur, si distractioni, aut corporis grauitati cedamus, si degeneremus & Spiritum ineptijs aliusdudatibusque laxemus, non animaduertemus Deum irritandum, manum suam retracturum, & medio in itinere nos deserturum. Ratio porro euident est; cum enim donum Dei tam eximium quid sit, & cum diuina maiestate eius fa-

4. Reg. 13.

15.

miliaritas tam specialis fauor, & qui inde nascuntur fructus, tam illustres & vberes; nefas videatur, hæc à diuina sapientia communicari illis, quæ eisdem se indignas præbent, animabus, vel attentionis & conatus defectu distractæ sunt, quando Spiritus sanctus eas horum capaces & participes redditurus accedit.

Quam postea obiurgationem & correptionem audiunt, non dissimilis correptioni, quæ Ioam Elisæus coarguit: ô iners & vecors (vti & deses quidam sibi dicebat) ô effœminatum & molle pectus, ô Deo indignum! vbi vigor tuus & robur? vbi nam quæ alias fecisti proposita? Bis aut tertio in inimicos tuos viriliter eiactus es, deinde tam perfidè te diuagationi, inquietudini & agitationi diaboli dedidisti, & ei intuitu arma & clypeum abiecasti. hinc à te recessit Deus, quod eum deserueris, Manus habebat donis pretiosissimis & coronis illustribus refertas, tu illum redire, & dona sua referre coëgisti; tu illi ianua occultasti, & aures loquenti occultasti. Numquam forsitan in vita ad eam perfectionem pertinges, ad quam peruenisses, si deuotionis arcum illo præsentè semper intendisses; iam inimicos haud dubiè prostrauisses, passionibus subiugasses, & amorem proprium exstinxisses; iam iucundissima dilectionis præsentia certissimo fruereris; iam inter illos habitaret, & comoraretur. Iam verò in ingratitude & perfidiæ huius poenam, illum cum sponsa quæ dormitabat per vicos & plateas querere coëgeris, vocabis in auxilium coelestis legionis ciues; ad rauum vsque clamabis &

bis, & nec forsitan inuenies : Deus potens est Monarcha, audiri meretur dum loquitur. Sæpè quid caro emittitur indebito tempore, quod debito & ordinatio vilissimè comparatum esset.

Alia quam adhibere debemus, quæq; in oratione permagni est momenti diligentia est, rectè communi dono, quod ut plurimum nemini non Deus elargitur, uti ; qui enim in paruis fidelis est, qualia sunt attentè Angelicam recitare salutationem, rosarium, litanias, officium magnum & paruum, ad maximè intime vnionis culmen à Deo quehi meretur, iuxta id quod in Euangelio dicitur: *Habenti dabitur & abundabit.* Hinc, ut benè S. Nilus ait, sæpè sancti initio orationis omnia peracta vident; quod Spiritus sanctus sæpè in ijs, qui antè illi & gratijs eius cooperati sunt, solus operetur: *Ante orationem,* inquit Ecclesiasticus, *præpara animam tuam, & non esse quasi homo qui tentat Deum.* Quid autem est Deum tentare, quàm dona eius, non præmissa ante debita diligentia qua ad eadem perueniatur postulare? Quid aliud inquam Deum in oratione tentare, quàm sine vlla præparatione ad eandem accedere? quasi quis diceret: *Experiri volo, num Deus ita sit liberalis, ut donum mihi meditationis sit concessurus, & cordi meo atque ori suggesturus, quæ ab illo petere debeam, cum antè nihil minus cogitarim: periculum facere cupio num hic inimicos meos debellare queam, cum antè me prælio non pararim: num horam orationi possum impendere, nulla antè à me adhibita diligentia.* Hoc qui

modò

Matth.

13. 12.

Tract. de

orat. c. 29

Ecclesi. 18.

23.

modo Deum tendat, an non ab illo deferi & derelinqui promeretur? Si quis Regem alloqueretur, non præmeditatus quid petere velit, sed quidquid in buccam venit efficiens, an non dignus esset, non modò qui reiiceretur, verùm etiam castigaretur? Dixit Propheta, *Desiderium pauperum exaudiri à Domino, & præparatiōni cordis eorum aurem eius patere. & a-*
libi, illum potenti, id est, adiuuanti se auxilio esse, & facultates & potentiam adaugere rectè
eisdem vtentis: Quomodo, inquit Bernardus, te
præpararis ad cum Deo agendum, talem tibi se in
eadem exhibebit: Et Eusebius Emislenus: Quan-
tum antè ipse orationi studij impenderis, tantum
post auxilij asseret Deus: quantum ipse adhibue-
ris diligentia, tantum ipse vicissim gratis asseret.
Et Augustinus: Esto sollicita anima mea, cum soli-
cito, cum vacante vacans, cum mundo munda, cum
sancto sancta. qualis apparueris Deo, talis oportet
ut appareat tibi.

XXIV.

Dan. 5.3. *Esth. 2.11.* Pueri honorarij qui Nabuchodonosori ministraturi erant, & quæ coram Assuero comparaturæ Virgines, multis antè se mensibus pretiosis monilibus, pigmentis & fucis, quæ regis iussu sumptuque illis erogabantur, adornabant; quantò magis illi se præparent qui Dei in conspectum prodire voluerint, familiariter cum maiestate eius acturi; præsertim cum Domini id sumptu fiat, qui sufficiens illis talentum elargitur ad dignè se riteque præparandum. Duplex porro est præparatio, vna remotior, altera vicinior. Prima in totius diei actibus consistit, ut scilicet in cibo potuque sobrii simus, cor & sensus di-

fus diligenter custodiamus, & (vt Cassianus ait) *Collat. 9.*
 quidquid tempore orationis afferre turbatio- *c. 2. 63.*
 nem possit, mortificemus, virtutum actibus in- *collat. 10.*
 cumbamus, operibus quæ illi gratissima fore *c. 13.*
 credamus, vacemus, qualia sunt caritatis & hu-
 militatis. Moses, inquit D. Dionysius, Deo ita *Epist. 8.*
 familiaris factus est, quod benignitate & san- *ad De-*
 ctitate excelleret, cum, teste Sapiente, *mophil.*
omnis ho-
mo simili sui societur. *Eccl. 13.*

Altera præparatio vicinior in præueniendis *19.*
 punctis, & materia meditationis ad memoriam
 reuocanda, aut in scriptis coram se habenda,
 consistit. Si manè instituenda oratio, non inutile
 fuerit pridie vesperti, antequam cubitum con-
 cedatur, ad eam se disponere, vti qui lignum
 camino vesperti imponit, non nisi ignem admo-
 uere opus habet, & qui summo manè aliquod
 proficisci proponit, vesperti præcedente omnia
 præparata habet. Si hisce cogitationibus indor-
 mias, inquit S. Bernardus, & suauius dor-
 mies, & eadem tecum excitata cogitatio, ani-
 mum occupabit, antequam illum aliena præoc-
 cupet. Atque hoc est quod dicebat Isaias: *Serm. ad*
fratres de
monte
Dei.
Isai. 26. 9
mea desiderauit te de nocte: sed & spiritu meo
in præcordiis meis de manè vigilabo ad te.

XXV.

Præter duas hæc præparationes prædictas
 sunt & aliæ viciniores & immediatæ, quas infi-
 nauit Dominus dicens: *Tu autem cum oraue-*
ris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora
patrem tuum in abscondito. *Matth. 6. 6.*
 Et si enim verba hæc
 intelligi de cubiculo exteriori, queant in quod
 orans quietè, tacitè se recipiat, illudque post
 se occludat, quæ circumstantiæ magnum ad
 recol-

*Lib. 6. de
sacram
c. 3.*

*cont. 1.
in Psal.*

351

collat.

9. E. 35.

Marc. 14.

13.

Luc. 12.

81

3. Reg. 19.

43.

recollektionem momentum afferunt; S. Ambrosius tamen, .i. Augustinus & .i. Cassianus de interiori cordis conclavi obfirmando intelligunt, quod ad instar coenaculi, in quo cum Apostolis suis Dominus coenauit, præparandum; in quam ipse rem duos suorum præmisit; Petrum & Ioannem, quorum illè fidem viuam, hic ardentem charitatem denotant, quæ omnibus inordinatis cogitationibus aditum præcludunt; præmissò nempe generoso; nullius voluntariæ distractionis; nullius affectus terreni; nullius intentionis obliquæ admittendæ proposito. Significauit hoc Elias, quando pallio vultum cooperuit cum Deo locuturus. Prompta illa Patris familiæ ad primam Apostolorum propositionem obedientia docet, Spiritus sancti motum omni quidem tempore, sed præsertim orationis hõra sequendum. Pascha porro, quod eodem loco Dominus celebrauit; indicat sanctæ communionis desiderium ac famem feruentis orationis fructum ac præmiũ esse; eamque aut semper aut sæpenumerò comitari solere:

XXVI.

Cum nemo absenti; aut ei à quo se minime audiendum putet; loquatur; hinc orantem Deum sibi præsentem fingere, & mentis oculis proponere oportet. Præsentia hæc diuersos & quidem eximios & utilissimos producit effectus. Primus est, quod orans Deum, eiusque opera, attributa & perfectiones agnoscat. Secundus, quod obedientiam profiteatur, & obsequiũ ab omni creatura creatori velut summo Monarchæ debitum, protestetur. Tertius, quod laudet & glorificet quæ in ipso sunt merita; & obgratias

gratias & charismata collata gratias agat. Quartus, quod oēs illi necessitates proponat, & remediū ijs postulet. Quintus, quod visione eius spiritali fruatur, doctrinam audiat, voluntatem intelligat. Sextus, quod illi adhæreat & adstet, ut illi in coelo adsint Angeli. Septimus, quod in vñione amoris cum bonitate eius requiescat; uti lapis in centro suo hæret & quiescit. Deus amicum suum integerrimum Abraham per compendiosum hoc iter deduxit dicēs:

Ambula coram me & esto perfectus: id est, si in præsentia mea ambulaueris, & talia feceris quæ

Gen. 17. 21

faciunt qui coram diuinitate mea versantur; in omnibus rebus perfectus eris. Huic inhititur & consilium quod Salomon dedit, dicens: *in omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos*. quasi dixisset, Deum inter &

Pron. 3. 6

hominem pactum quoddam conuentū est, quo homo quidem spondet præsentem se Deum in omnibus vijs suis habiturum; Deus verò se in omnibus deducturum; ut numquam à recta semita deflectat, aut aliò arripiatur, etsi multæ ac difficiles vitæ præsentis ambagēs & circuitus sint. Huius occasione filium suum instituens

Tobias Patriarcha ait: *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando consentias peccato*; & prætermittas præcepta Domini Dei nostri; quibus verbis significauit

Tob. 4. 6

illum seruando primum, facile ad secundum & tertium peruenturum. Exemplo hoc ostendit Susanna dum duobus libidinis incensoribus animosè restitit, dixitque: *Me-*

Dan. 13

lius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Do-

mini-

mini, quasi dixisset : Etsi me homines non videant, scio tamen à Deo videri me: nunquam illo intuentem peccabo, ante potius moriar. Hanc quoque ob causam dicebat Psalmographus:

Psalm. 118. *Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commovear.* In quibus verba ait Cassianus, illum solum versiculi huius sensum genuinum capere, qui oper e illum exequitur. Exequebatur Iob dicens: *Pone me iuxta me, & cuiusvis manus pugnet contra me.* Quasi dicat, nullum tam ad me subruendum potens reperietur brachium, quam tua est manus ad me defendendum.

B. Raimond. in vita.

Idem documentum datum fuit à Christo sanctæ Catharinæ Sinensi, dum ait: *Memor esto mei, & ipse tui memor ero*, perinde ac si dixisset: Inter operandum memineris assidue te à me conspici, equidem efficiam, ut in tuum opera tua profectum cedant. Experta hoc ipsa est cum sponsa in Canticis, magisque effectu & re ipsa, quam verbo respondit: *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Ipsa intenta sum ad illum considerandum, ipse verò ad me videndum, ipsa ad in præsentia eius ambulandum, nihil ut faciam quod illi displiceat; ipse autem ad considerandas vias meas, ut plenè illi grata sim & penitus placeam.

Cant. 7. 30.

XXVII.

Si quis, inquit S. Basilius, coram rege & magno simul coetu concionetur, aut aliud quid præclarum agat, primarius eius scopus est, Regi placere, de alijs parum sollicitus, nisi in quantum illi opus hoc eleuare aut deprimere apud

apud Regem possunt. Si quod sibi verbum minus aptum scitumq; excidat, si quid ineptè absurdèque agat, dolet suum hoc apud Principem nomen, conceptamque de se opinionem diminui; è contra verò si rectè omnia succedant, gaudet à Principe magni se fieri ac coli. Ita & spiritualis quispiam, etsi coram omnibus hominibus agat aut operetur, tamen non nisi in cœli terræq; regem, qui præsens adest, & cui omnes terræ monarchæ & Principes collati velut plebeij sordent, oculos defixos habet: si placere gestit, huic soli placere cupit, si displicere timet; soli huic displicere verebitur; nec aliter homines respicit, nisi in quantum Deus eum hominibus placere ad illis benefaciendum velit. Quod dum fecerit, tam generosam hæroicamque magnanimitatem sibi comparat, ut omnia quæ in mundo sunt, pedibus præterat & conculcet, in urbibus velut in desertis commoretur; inter plurimos velut solus agat, vendat quasi non venderet, emat quasi non emeret; denique, ut Apostolus ait, ita hoc mundo utatur, quasi non uterentur, itaque in se & secum sanctitatis, gaudij, pacis, omnisq; perfectionis thesauros circumferens.

1. Cor. 7.
30.

XXVIII.

Iesus filius Sirach dicebat: *Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspeditionem Dei.* Hisce Ecclesiasticus verbis tria cogitationum genera proponit, quibus homo maximam quæ haberi in vita potest perfectionem assequatur. Pri-

Ecoli. 14
21.

tur : Prima est in sapientia Dei se tenere, in
suauitatem inquam & amica Dei cognitione arctis-
simaque perfecti amoris vniōe eum ipso fa-
miliariter agendo. Secunda, in iustitia mo-
ditari, sapere de Dei mandatis & virtutum
pulchritudine, tum ad eas comparandas; tum
verò earum exercitio creatori se vniendum, co-
gitando. Tertia, Dei in se præsentiā experiri,
numquam illum ex oculis amittere, semperque
memorari ab illo nos audiri ac videri. A ter-
tio hoc actus alij duo adiuvantur, quod præsentiæ
diuinæ memoria omnes cordis distractiones
dissipet, mentis discursus viuificet, volunta-
tis affectus inflammet, totum hominem interio-
rem & exteriorem componat, ad vehementiam se
Deo præsenti vniendi desideria animum su-
stollat, qui in huiusmodi diligentiarum com-
pensationem illum ad se rapit, & sibi vnit.

XXIX.

Constit.
Monach.
62.

Si quis cum rege, ait D. Basilii, de magni
momenti rebus agit, magnam circumspectiōem
& reuerentiā adhibet, oculos tum corporis tum
animæ intendens ipse ipsis de quibus loquitur:
quanto potius anima Deum querens, magna
coram illo cautela, & reuerentiā versari de-
bet, ad aliud, quod eius præsentiā indignum sit,
se non diuertendo, cum Deus non exteriora
modo, ut homines, sed & interiora respiciat.
Nec parum, inquit Cassianus, ille offendit, qui
cū Deo colloquens, voluntariē cogitationes suas
ab eo diuertit: qui hoc namque modo cum Deo
agit, putat illum trunci instar nihil penitus
vel videre, vel audire, aut saltem tepidi hoc ac
frigidi affectus, nimium quantum ab eo, qui a-
nimam

animam in Deo potius quàm in se viuere facit, distantis indicium ac signum est.

Porro ad fragilitatem nostram consolandâ, animamq; desolatam ac distractam in desperationis abyssum non coniiciendam, notandum orationi non secus ac cuius operi bono quatuor inesse proprietates; esse namq; primò *meritoriam*, deinde *satisfactoriam*, tertio *impetratoriam*, quarto *consolatoriam*. Quæ proprietates semper illi aliquo in sensu inhaerent, modò qui orat in statu gratiæ sit, & orationi suæ intentus. Si præter voluntatem, aut cum culpa veniali dumtaxat distractus sit, harum consolationum vna illi deest, consolatoria inquam; aliæ tres manent, meritum nempe, satisfactio, & impetratio. Merebitur siquidem, quòd opus eius in gratia factum sit: satisfaciet, quòd oratio poenale sit opus; impetrabit denique quòd non tam attentionem orantis Deus, quàm eiusdem intentionem intueatur. Vt taceam tria esse attentionum genera; virtualem, habitualem, & actualem, & orantis animam sibi ipsi vel voluntate expressa, vel interpretatiua præsentè esse: cum etiam nullus in mundo adeò quidem sanctus sit, qui non interdum aliquam in oratione tepiditatem defectumq; sentiat. Tum scilicet nostro ære Deo seruimus, quando cor nostrum ficcum & aridum fuerit, uti vice versa id Dei sit sumptibus (si modò fas ita loqui) quando consolationes redundarint. In omni sensu & omni tempore *ipse nouit figmentum nostrum*, nouit massam è qua formati sumus, nouit elementa & qualitates è quibus compacti & compositi. Quàm verò nobis salutare & utile est interdum humiliari,

liari, & nobis ipsis relinqui, vt practicè nouerimus, quid simus, valeamus, possimus, nostrum nihilum sentiamus, & velut manibus palpe-
mus, omne robur nostrum à Deo descendere, ipsum magis operari in nobis, quàm nos; sine ipso nos nihil esse, nihil posse, iuxta illa Redemptoris verba: *Sine me nihil potestis facere?*

XXX.

Porro ad in Dei præsentiâ viuendum (quæ cōtinuâ quedā oratio est) notemus oportet, quot diuina maiestas in creaturis suis modis existat:

Primò ergo in ijs est essentiâ, easdem replendo, esse dando, & realiter & intimè in ijs existendo, etiam ampliùs quàm ipsæ in se, & in cō-
pore anima existat. Hoc modò coelum replet ac terram: *Spiritus Domini*, inquit Sapiens; *repleuit orbem terrarum*; hinc & ethnicòrum sapientissimi, *Iouis omnia plena* esse dixere, & ad intima hanc & plusquam essentialem penetra-
tionem declarandam:

Spiritus intus alit, totosq; infusa per artus

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Hoc sensu Deus non minus in terrestri & inferiori hoc orbe, quàm cœlo empyreo; tam in bestiarū essentiâ, quàm hominum, tam in diabolis animabusq; dānatorū quàm in Cherubinorū & Seraphinorum essentiâ commoratur. Imaginatio verò nostrâ corrigenda est; quod nihil Deo; præter vnicū peccatum, indignum sit, & cum omnia opus eius sint; non modò in ijs præsens existat esse dando, verum etiā conseruando; quæ conseruatio velut continua quædam creatio, & creatio velut peræua esse sui est communicatio. Atque hoc innuere
vult

volebat Apostolus, dum coram Areopagitis *Act. 17.*
 prædicans hunc illis Arati Poëtæ versum pro- *27.*
 duxit: *Non longè est ab vnoquoq. nostrum, in ipso*
enim viuimus, & mouemur, & sumus: sicut & qui-
dam vestrorum Poetarum dixerunt, Ipsius enim
& genus sumus, αὐτῶν καὶ γένος ἐσμεν.

Secundò omnibus in rebus adest præsentia,
 quod clarè & distinctè sine vlla exceptione eas
 nouerit. Et ratio est euident, quòd in illis ipse
 magis sit quàm ipsæmet, & quòd nihil habeant
 quod illis non dederit, non modò quoad essen-
 tiam, verùm etiam accidentia, actiones, motus, *Prou. 15. 3*
 aliasq; dependentias: quis porro in mundo ho-
 mo non videat & cognoscat, quod suis è mani-
 bus profectum fuerit. Huius rei nos admonet
 Ecclesia dum in feriæ V. hymno canit:

Speculator adstat desuper,

Qui nos diebus omnibus

Actusque nostros prospicit

A luce prima in vesperum.

*Adlau-
des.*

Et Apostolus: *Parum mihi est, vt à vobis iudicer,*
aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico, qui *1. Cor. 4. 3*
autem iudicat Dominus est, quem Græci proinde
καρδιά γινώσκω, id est, cordium cognitorem, aut co-
gitationum penetratorem vocant: Scio quia om- *Iob 42. 2*
nia potes, inquit Iob, & nulla te latet cogitatio. De *Prou. 8.*
bonis cogitationibus scriptum est, & eruditus *12.*
intersum cogitationibus, de malis verò, In cogi- *Sap. 1. 20*
tationibus impij erit cogitatio.

Tertiò, Deus in omnibus adest potentia, non
 modò quia esse quod habent, illis simul & pote-
 statem & facultatem operandi dat, verùm etià
 quia cum omnibus illarum operationibus co-
 operatur & concurrat, actioni existentiam, vti

T 3

agen-

AE. 17.

28.

Psal. 138.

7.

agēti dat substantiā & subsistentiā, dādo. In ipso, inquit Apostolus, *Viuiamus, mouemur, & sumus.* Tres hosce à Deo dependendi modos in vnū cōglobat Psalmista dicens: *Quo ibo à facie tua? & quid à facie tua faciam? si ascendero in cælū, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo. & habitauero in extremis maris: etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextra tua. Et dixi, forsitan tenebra conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delictis meis, quia tenebra non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebra eius, ita & lumen eius.* Adeo vt omni in loco summo & infimo; omni tempore, prosperitatis vel aduersitatis; omni negotio, publico vel secreto; omni opere, interiori vel exteriori, Deus præsens adsit, & inspiciens quid agatur, & agendi facultatem concedens, & inter agendum cooperans. hanc ipsam veritatem etiam ethnici agnouēre, vnde ille:

*Est Deus in nobis, agitante calefiscimus illo,
Impetus hic sacra semina mentis habet.*

Hinc dicere possumus, Deum esse nostri esse, animarum animam, vitarum vitam, potentiarum potentiam, operum opus esse, Deum nostrum, & nostrum totum: est quippe totus in omnibus creaturis, omne illis esse dando, & omnes ipsius esse quod habent dependentias, quin etiā, vt tota sint ipsius, desiderat. Vltimum ab infinita charitate eius proficiscitur, cetera ab immensa eius magnitudine, infinitate, & immensitate; quæ talis est, vt impossibile sit quidquam esse, & Deum in ipso non esse, aut non definire esse, si Deus ab eo recedat, illud regere & sustinere desinat, nam;

Nil

*Nit tam sublime est supraq̃, pericula tendis
Non sit vt inferius suppositumq̃, Deo.*

Præter tres hosce modos, quibus necessario in suis creaturis est Deus, septem sunt alij, qui è diuersis effectibus suis agnoscuntur.

Est enim primò in spiritibus malignis & animabus damnatis per iustitiam, illos in die, aut nocte potius æterna furoris sui vindemians: *Ita- Psal. 77.
quam potens crapulatus à vino, ac de illis scri- 65.
ptum est: vermis illorum non morietur, & ignis illorum non exstinguetur. & alio loco: Mors de- Isai. 66.
pascet eos: quasi diceret, sicut herba depasta sem- 24.
per ob infestam radici sub terra manenti virtu- Psal. 48.
tem repullulat, ita mors animas illas impias æ- 15.
ternum ob reuiuisceniam illarum (quæ tot an-
nis & sæculis duratura est per iustitiam, quot
Deus futurus per essentiam) depascet.*

Ad hunc eius per iustitiam existendi modum referri potest ea, quam ad determinatum tem- pus, in animas in purgatorio existentes, exercet. Describit hanc Malachias: *Ipsè quasi ignis con- Mal. 3. 2
stans, & quasi herba fullonum: & sedebit constans
& emundans argentum, & purgabit filios Levi, &
celabit eos quasi aurum & argentum.* Hoc illa sè-
sù exposuit Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei
c. 25. & D. Hieronymus in vltimum caput Isaie,
suo ait tempore de illa etiam exposita esse ver-
ba hæc Michæ: *Ne lateris inimica mea super me Mich. 7. 8
quia cecidi: consurgam cum sedero: tenebris Do-
minus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniã
peccavi ei, donec causam meam iudicet, & faciat
iudicium meum: inducet me in lucem, & videbo in-
fernam eius.*

Secundo, sicut per iustitiam se ostendit in damnatis, ita per prouidentiam in omnibus & super omnes mundi creaturas est: *tua enim Pater*, ait Sapiens, *prouidentia cuncta gubernat*. *Sap. 14.*
3. Aperit ipse manum, inquit Propheta regius, *Psal. suam, & replet omne animal benedictione*, id est, omnem quæ in mundo uiuit creaturam ad saturitatem usq; saturat. *144. 16.*

Tertio est in animabus beatiss per gloriam, suam illis essentiam manifestans. Et quoniam facultas illarum intellectiua per seipsa uisionem Dei sustinere non posset, diuina illa bonitas lumine quodam, quod gloria dicunt (quæ qualitas quædam diuina est, subiectum quædamtenus obiecto proportionaliter accommodans) corroborat. Rursus uerbum quo Pater se ipsum cognoscit, idem est, per quod (loco speciei intelligibilis) anima beata ipsum uidet: *Psal. 35. Apud te*, dicebat Psaltes, *est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen*. Qui esse modus maxime excellens est, eoq; desiderabilior, quod creatori creaturam etiam magis intime uniat, quàm species impressa aut expressa, etiam purissima & purgatissima intellectui agenti inhaeret. *10.*

Ad hunc, uelut *excedens & excessum*, refertur modus ille quo Deus erat in Christo reconcilians mundum sibi, ut cum Apostolo loquamur, id est, per unionem personalem, uti iam ante in meditatione de Incarnatione dicere memini; ob quam unionem Redemptor Emmanuel, id est, nobiscum Deus appellatur. Modus hic existendi admirabilis est, per ipsum namque eadem hypostasis, qua uerbi natura, *2. Cor. 5. 19.*
Matth. 13.

nura sustentatur, naturam humanam sustentat, & vltimam eius actualitatem in Christo constituit, qui tum desinet esse Deus, quando humanitatem depositurus est: etsi diuinitas eius ab humanitate penitus independens sit.

Realis corporis Christi in sanctissima Eucharistia præsentia, quamdiu species sacramentales durant, alius quidam est coëxistendi & cohabitandi modus penitus ineffabilis, de quo paulò antequam ad cœlum ascenderet, ait: *Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi*, significans non modò se nobiscum fore in quantum omnibus actionibus nostris præsens adest, nos vt magister, dominus, protector & redemptor gubernat, sua nobis merita, & inexhaustibiles copiosissimæ redēptionis suæ fructus applicans, verum etiam per sacramentum hoc Angelis admirabile, hominibus amabile, & dæmonibus terribile nobiscum & in nobis permanfurum.

Matth.
18.20.

Circuminfessio personarum diuinarum, quam Græci περιχώρησις vocant, quidā esse supereminens & maxime transcendens, est modus per quem Pater in filio, filius in Patre, Pater & filius in Spiritu sancto, & rursus Spiritus sanctus in vtrisque velut in solo principio suo est, De hoc agebat Dominus, cum in oratione ad Patrem inter alia dicit: *Sicut tu pater in me, & ego in te, ita vt & ipsi in nobis vnum sint.* & alias cum Philippo loquens: *Philippe qui videt me, videt & Patrem meum. non creditis, quia ego in Patre & Pater in me est.*

Ioan. 17.
21.

Ioan. 14.
9.

Septimus inexistendi modus, qui & decimus, primos tres illis annuerando, est per gratiam & chari-

& *charitatem* ; & modus hic , quo Deus cum hominibus est, iustis omnibus est communis, & nonnisi ad ipsos solos spectat, utpote in quibus per gratiam est, id est, eam in ipsis causans, eamque animarum illorum intimis, ut charitatem voluntati, fidem viam intellectui illorum imprimens, illosque omni virtutum cardinalium, moralium, donorumque Spiritus sancti generis insigniēs: *Si quis, inquit, Dominus diligit me & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus*, dicēs se venturū ad eū, ostendit Patrem & Filiū, & cōsequenter Spiritū sanctum hoc præsentiæ & inexistendi modo, non in omni hominum genere, sed in iis duntaxat esse, qui ipsum amant, aut ad meliora convertuntur. Si quēquā cōtingat a peccati statu ad gratiæ statum transire, mutatio illa nō in Deo, sed in homine est, utpote qui novos recipit effectus, quos divina in eo bonitas operatur. Cum verō iustus in mortale delictū incidit, Deus ab ipso recedit, non quod non semper illi essentia præsens adsit, sed quia non amplius in anima ipsius per amoris sui & gratiæ effectus, quos antē in eadem producebat, operatur.

Sicut ergo nomen *Missio*, in divinis personis, Verbi aut Spiritus sancti in hoc mundo, per novam quamdam operationem, denotat manifestationē, & tūc personam emanantē, (tū filiū, tū Spiritū sanctū) in terrā missi dicimus, etsi tribus illis quos diximus modis, verē semper in ea sine omnia replēdo, vidēdo, & in omnib' agēdo; eodē etiā modo Deū in animā quādā venire, de quo in illa esse, & in ea habitare (etsi iā de facto ibi sit) dicimus, quādo novus in ea operationes a misericordia promanātes producit. XXXI

Ex omniū horum inexistenti, qui Deo conueniunt, modorum notitia quis consequitur, ut debite, sine vllō errore, facile, & attente coram diuina maiestate conuerfetur; intelligitque illum non longē ab vnoquoque nostrū abesse, & nonnisi a se pendere, quod minus eius gratia & feruoribus caritatis (quæ deuotio dicitur) repleatur, ut nec vitam suam naturalem & substantiam habet nisi in ipsa. Acquisitum proinde esse illi viuere, per quem viuimus, nihil aduersum illum committere, per quē subsistimus; illi loqui, qui nos semper audit, contemplari illum, qui nos semper intuetur; illum diligere, quatinus esse nostrum durat, qui nos antequam essemus dilexit; tempus nostrum dedicare illi, qui suā nobis dat æternitatem; denique pro illo mortem oppetere, qui nos creando vitam dedit, moriendo reddidit.

COLLOQVIVM.

Potest quid ab alijs quadruplici ratione attrahi, vel per similitudinem, sic animalia paria sibi videmus similibus coniungi & copulari; vel per calorem, sic videmus exhalationes & vapores a solis radijs attrahi; tertio ratione vacui, quod natura ita execratur, ut ad hoc euitandum, leuia deorsum contra naturā ferantur, grauia verò sursum ascendant, vel per arcanam sympathiam, ut magnes ferrum, succinum paleam, & lunarium chalybem ad se trahit. Omnibus hisce modis tropologicè, mysticè & anagogicè intellectis, placuit tibi, summe DEVS, me ad te attrahere. Per similitudinem quidem, quando humanitatem nostram

*Matth.**20. 21.**Luc. 12.**90.**Luc. 22. 15**104. 8. 10.**Mat. 3. 21*

nostram induere dignatus es: per calorem verò
 cum per charitatis excessum, passionem tuam,
 calicis quem ardentissime sitires, baptismi quo
 ablui debebas, pascharis quod adeo comedere
 desiderabas, & horæ tot votis expetitz nomine
 significasti, vt etiam passim fatuus habereris, &
 tui de te consanguinei dicerent, *quia in furorem*
versus est. Secutum deinde vacuum, quando
 præ dolorum vehementia, sanguis è venis, Spi-
 ritus arteriis tuis prorupit, & anima tua sanctis-
 sima sacrum corpus suum deseruit: corpus in-
 quam, quod per egregium amoris artificium
 & stratagemæ, in ineffabili Eucharistiz Sacra-
 mento mihi reliquisti, vt per occultam sympa-
 thiam animæ meæ instar magnetis sit, corpus
 verò per illustrem hunc attractum immorta-
 litatis, quæ resurrectionem eius sequetur, ger-
 men in te recipiat. Hisce igitur modis à te at-
 tractus cum sim, qui fieri potest, sensus aliò quàm
 in te ferri, voluntatem aliam cynosuram quàm
 tuum beneplacitum respicere, & mentis oculos
 aliam, quàm tuâ pulchritudinē admirari. Deus
 cordis mei, ex hoc ipso momento tempus est,
 vt me tibi tradam, & nulla voluptate, honore,
 aut commodo à te diuellar aut declinem. Nul-
 los deinceps oculos opto, quàm ad te intuendū;
 nullum posthac cor, quàm quod de te cogitet;
 nullam vitam, quàm quam tibi offeram: quoniā
 verò hoc & affectu & effectu fieri potest, in
 posterum actionem meditationi, & executionē
 ac praxin contemplationi coniungam.

SOLILOQVIVM.

Quid hoc in mundo agimus anima? quid sto-
 lidi

lidi sectamur? honorum ac diuitiarum comparatio tot continet poenas ac molestias, conseruatio difficultates & anxietates, illarumque iactura tantam amaritudinem ac dolorem: ijs tamen semper, pro dolor! inhiamus. *Filij hominum vsquequò graui corde?* filij Adam & filia Adam vsquequò corda grauata, depressa, & in terra sepulta habebitis? *vt quid deligitis vanitatem, & queritis mendacium?* Ecquam in voluptatibus & lucrosis quæstibus soliditatem habetis, vtpote quæ cum præterierint; sunt quasi numquam fuissent? Voluptas præterita annon somnio persimilis, quod post se nonnisi doloris ideam cerebro infixam relinquit? Si dubites anima, consule eas quæ reipsa hoc expertæ sunt, & saltem Romanorum disertissimo crede: *Voluptas illa, inquit, nibili facienda est, quæ vbi transierit, perinde est ac si nulla fuisset.* Tales porro sunt omnes mundi deliciae, omnes terræ potentia ac splendores magni fieri soliti, tam singillatim quam simul omnes considerati. Pōnamus quemdam iam inde ab origine mundi ad nostra vsque tempora vixisse, & omnes illū honores, pompas, diuitias, voluptates, delicias, habuisse, quas omnes illi & illæ habuere, qui iā inde à primis generis humani conditoribus hæcenus vixerunt; & hunc ipsum iam in lectulo ægritudinis decumbentem ad vltimum vitæ articulum peruenisse: vt scilicet illū pulsus deficiat, oculi caligent, manus pedesque emortui sint, os hier, fauces stridulae sint & angustæ, vt nonnisi modicus quidam circa præcordia calor palpitet, feralis candela lecto vicina ardeat, parentes & consanguinei circumstan-

tes plan-

Psal. 4. 3.

tes plangāt, ac misera anima aduersus mortis insultus & violentiā luctetur; quid ei tunc pro sint honores & præcellētiæ? quid dominiā, tituli, & diuitiæ? quid subditi & clientes? quid denique palatia, viridaria, & horti? Annon hæc potius dolorem eius pro affectu quo, erga hæc ferebatur, & tristitiā, quod eadem deserre iam cogitatur, magnitudines adaugeāt? Quis nescit priuationum magnitudinem iuxta habitus oppositos commensurari; & grauiissimos proinde illōs dolores esse, quos inuita a rebus carissimis separatio afferre solet? Quid ergo auaro, ambitioso, voluptatum sectatori; ac corporis sui idololatæ & cultori ad hæc redactō angustias fiet? Hoc in statū manere, nimis quā graue & acerbū est; vltērius progredi, terribile, retrogredi penitus impossibile; Quā ergo meritō vir quidā doctus iuxta ac pius ætatis nostræ animā rerum superiorum memoria cruciatā hoc secū modo loquētē introduxit:

*Infauſta vox nox nox noxiū nigerrima,
In qua miſella ego ſacrā ex libidine
Proſeminato corpori coniuncta ſum,
Tibiq; vili perditæq; coniugē
Ego elegans, ego nobilis, & ego Dei
Imago cœpi iungier, tu qua bonis
Ditata plurimis recalcitrans, thi hi
Supplicia tandem ſempiterna; eheu! paris.*

*Lud. Richeam
valedicit
anima
deuota
colloq. 78.*

Dein efferascenti & rabidæ similis lugebres planctus suos prosequitur, & ad corpus conuersa, his ipsum alloquitur verbis:

Te, te, malorum cauſa te coarguo.

Pro te doloribus miſella mancipor.

Cui respondet corpus:

Ecce ſta, tu pro me: tibi iſthæc imputa.

A. Tua

A. *Tuæ scēleſta id imputo proſapia.*

C. *Deterſit hanc labem Deus baptiſmate.*

A. *Peſſum dediſti tu meam potentiam.*

C. *Tua potius te vanitas decepit hic.*

A. *Spēctavi ego ſemper bonum, illudque docui.*

C. *Benē conſulebas, at nihil agebas minus.*

A. *Semper rebellaſti, bona vbi ſuaſi tibi.*

C. *Cur non coercebas magiſtra cum foreſ?*

A. *Oculi tui me vulnerarunt millies.*

C. *Dum viſ eos patere vanitatibus.*

A. *Violenta vires vitia ſuperabant meas.*

C. *Nihil abſque conſenſu ullibi feci tua.*

Maledicta cede. A. Ah ſata, dura, immitia!

Funēſta mors poſt perditam vitam imminens!

C. *Damnata cede: hic vltimus dat te inferis*

Singultus in prædam, ocyus cede miſera.

Idem nobis haud dubiè continget anima mea; ſi maturè rebus noſtris nō proſpiciamus. Affueſcamus igitur, affueſcamus, vnica mea, cū Deo conuerſari, ipſe enim eſt, quicum nobis agendū. Omnia prætereunt, ipſe autem permanet, ipſe aut amicorum intimus, aut inimicorum inimiciſſimus. Illi ſi adhæream⁹, beati; ſin alij rei cui-
piam, infelices ac miſeri. Supra ipſum nihil eſt quod ſperemus, & poſt ipſum nihil quod amittamus; facile inueniri poteſt, nec difficileſ habet aditus, nihil enim faciendum nobis incumbit aliud quàm ad cordis noſtri ianuam pulſare; quod ſi illi aperiāmus, mox adierit & ipſe, & citi⁹ nobis, nec antè recedet quàm ipſi velimus. Ipſe intrantium primus, exeuntium vltimus; ad primam intitationem venit, & nō niſi violenter exire compellitur. Hilari nōſ vultu, manibus donis, & pectore lætitia refer-
tō viſitat; nec niſi lacrymans, & manibus

aut brachiis decussatim lunctis; & dolore plenus abscedit. Quid huic ergo amico faciemus; anima mea, & quidem tanto? quid illi dabimus? quid reddemus? quas illi gratias agemus? quibus illum modis excipiemus? annon ipsum diligemus? annon cor illi pro corde, obsequium in obsequij compensationem referemus? Oportet id quidem, oportet inquam, carissima mea; aut non amplius nobis in mundo viuendum.

E X E M P L V M
MEDITATIONIS;
QUANDO SUPER VERBA INSTI-
TUITVR.

Pater noster qui es in cælis.

Quam ob rem dicere me iubet Christus, *Pater noster* & non meus? an quia omnium simul pater est? an vero quia omnes inuicem fratres sanè vtramque ob causam. Atq; hinc disco; sine vlllo me dignitatum; splendorum; diuitiarum, scientiæ; potentiæ, alteriusve doni exterioris, quodcuq; Deus demum conferat, intuitu proximum diligere debere; etiamq; ut fratrem complecti ex animo cum Diuo Augustino dicendo: *Hi sunt serui tui fratres mei: filij tui domini mei, quibus iussisti ut seruiam, si volo tecum de te viuere.*

Pater

Quantus honoris titulus quam honorificum habere Deum in Patrem! Quam gloriosum Christum in fratrem! quam ampla & opima successio illius hæredem, huius vero cohæredem esse! Annon ergo salutis hæc meæ pignora sunt;

sunt, & charitatis eius signa euidentissima, quod hoc se à me compellari modo iubeat, sibiq; velut ad captandam beneuolentiam, antequam orationem auspicer, dici *Abba, pater*? Quis vnquā à patre filius repulsam passus est, rem æquam ab eo postulans? An hoc illi nomine compello, vt amorem naturalem in illo excitem? an vero vt hinc discam, quod sicut serui domestici filiū familias numquam reiiciunt, quādo in patris illum gratia esse vident; ita nec Angeli nobis adesse & famulari dedignentur dum in adoptionis aut gratiæ statu sumus? Annon item vt suggereret, ad tam subliniem euectū me dignitatem, vt nimirū Deum habeam in Patrem, nihil omnino agere debere; quod conditione mea indignum sit, quod mihi dedecus, aut infamiā afferat; aut quo vilescam? Ita profecto se res habet; hæc omnia Dei filius spectauit, hanc mihi orandi formulam præscribens, & ob omnes hasce causas hoc me orare ac loqui ritu voluit, idque iuxta Patris sui desiderium & amorem; qui iam olim, nimia erga nos caritate actus, per prophetam exposculauit, quod Patre eū nemo appellaret, *Ergo saltem amodo voca me, Pater meus es tu, & custos virginitatis meæ* Ierem. 3. 4

Ex hisce considerationibus hunc fructum eliciam, quod DEVM deinceps vt PATREM sim amaturus, velut iudicem formidaturus, velut domino seruiturus, velut DEVM adoraturus: ad ipsum recurrā, in ipso cōfidam, in necessitate mea ipsum inuocabo, illum offendere verebor, filiali non autem mercenario illi spiritu seruiā, amore nō commodo

*Serm. de
Nasimus.*

impulsus; ex charitate nō spe premij. Et si quādo
ad peccandū me Satanas instigabit; Patris mei
recordabor, & mecum ipse reperam, quod olim
D. Leo scripsit: *Agnosce, o Christiane, dignitatem
tuam, & divina factus consors natura, noli in
pristinā vilitatem degeneri conversatione redire.*

Qui es.

Ed. 14.

Nihil omnino est, propriè & absolute lo-
quendo, quod esse habeat vt Deus: hinc Israe-
litis Dei iussu Moyses dicebat: *Qui est, misit me
ad vos.* Vnde disco ipsum quod sit esse, infinitum
esse; quod infinitus, compositionis expertem es-
se; quod incompositus, simplicem esse; quod
simplex, esse quod esse possit; ex eo quod sit quod
esse potest, id est; actus purus: disco immortalē,
impassibilem, immutabilem, inuariabilem esse;
ex eo quod inuariabilis, æternum esse & æter-
nitatem ipsam; ex eo quod ipsa æternitas, esse
quod fuit, & fore quod modò est: Rursus ex eo
quod est, esse quod est, & cum qui est, qui ipsum
est Esse; & consequenter, esse quātum ad locum
ἀπὸ παντός, immensum; quantum ad tempus, *ἀπὸ πάντων*
id est; interminabilem; quantum ad vitam *ἀπὸ πάντων*
id est sempiternum; quantum ad essentiam
ἀπὸ πάντων, id est infinitum, in omnibus & vbique
ἀπὸ πάντων, id est incomprehensibile, & vt Tris-
megistus ait, *circulū cuius centrum vbiq; & cir-
cumferentia nusquam.* Vnde infero omnia quæ
in mundo sunt etiā maxima & summè admi-
randa, nihili à me fieri debere, nisi in quantum
Deus in ipsis, & ipsa in Deo.

In cælis.

Deus an non vbique est? an non sæpè de se i-
pso

pslo dicit: *cælum & terram ego impleo*: & alibi: *cælum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum*? Annon, uti iam diximus, omnibus in rebus est essentia, præsentia, & potentia? Cur ergo illi dico, *Quies in calis*? & non, *qui es in terris*. Ratio est quod quavis ubiq; sit, non tamen æqualiter ubiq; se manifestet. In cælo verò se dat cognoscendum, in cælo faciem suam reuelat, in cælo Beati eius essentiam contemplantur, quàm etsi ubique & in omnibus videant, cælum tamen communis illorum domicilij locus est, ubi lumen gloriæ datur, ubi omnes Deum totum & prout est contemplantur, etsi non totaliter, nec omnes inter se æqualiter. Sicut ergo nos vultu detegimus, quod in illo primarias functiones suas anima habeat, in illo quinque simul sensus lateant, in illo, velut exigua in tabella, totius hominis compendium iunctim conspiciatur: ita pariter cum cælum empyreum alio nomine paradysus mundi sit quodammodo pars primaria, & in ipso Deus primarias ac præcipuas actiones suas exerceat, ubi facie ad faciem cōspicitur, ubi gloriam detegit; hinc illi dicimus, *qui es in cælis*, concepto simul proposito affectus nostros à terra sustollendi, non amplius per mundi cœnum volutandi, memores quoque hanc præsertim ob causã inter alias hominem rectum conditum esse, oculos in suprema corporis parte gestare, ut quodammodo commonitum se norit, faciem, oculos & cor ad verum & beatissimum domicilium sustollenda. quod & ethnici poëtæ agnouere dum canunt:

V 2

Pronag

*Pronaq, cum spectent animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq, tueri
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

EXEMPLVM MEDITATIONIS PER SENTENTIAS.

Sanctificetur nomen tuum.

Sanctitas verò Deo ita propria est, vt illi essentialis sit. Et vñim è fidei nostræ, & irrefragabilis religionis christianæ veritatis capitibus est, vñum adorare Deum ter sanctum, qui ipsamet sanctitas. Colebant gentes Saturnum infanticidam, Iouem adulterum; Mercurium impostorem, Martem vltorem; Iunonem superbam, Venerem impudicam, cupidinem lasciuam; Diabolo peccatum eò dignitatis euehente, vt numinis instar coleretur. Hinc & homines, deorum suorum exemplo, in omnia flagitiorum genera præcipientes ruebant; quod admirationem meretur, quò plura committebant, eò se ab illis magis & melius protegi credebant. Deo verò nostro laus & gloria, quod sit qui est, sanctus inquam, & adeo quidem sanctus; vt nullam cū peccato comparabilitatem habeat. Peccatum ipsa infirmitas, ignorantia & malitia; Deus ipsa fortitudo, sapientia, & bonitas. Peccatum ipsa iniustitia & iniquitas Deus iustitia & sanctitas, adeò vt nomē eius sanct⁹ sit; & sanctū hoc nomē nusquā audiat, quin sanctificationē adferat. Quam ergo beati essemus, si ipsum vbique terrarum diffusum, & ad omnes orbis gentes & fines illatum esset. Equidem pro viribus enitar; timorem eius peccatoribus annuntiabo, bonis pacem

pacem & spiritui suauitatem. Moribus ostendā in Deum me credere, qui sanctus sit ; actiones testabuntur esse me & humillimam ac minimā eius creaturam, & fidissimum clientem. Quicūque me videbit, dicet hominis huius Deus, veritatis amans est Deus. Ipse autem illustrissimo Christiani nomine indignum nihil loquar aut admittam. Deniq; ita me geram, nullum vt religioni mee sim dedecus illaturus, sed bonis fidem operibus corroboraturus, idque ex consilio Apostolorum, & inter illos accensear, de quibus scriptum est: *Beata gens cuius Dominus Deus eius.*

EXEMPLVM MEDITA- TIONIS PER MY- STERIA.

Inuocato Spiritus sancti auxilio, vt norim quo me ad tempus in eius præsentia gerere debeam modo, fingam in mente locum, in quo mysterium, quod meditari proposui, contingerit: personas eius etiam mihi repræsento, earumque actiones coram intuebor. Verbi gratia in ipso Natiuitatis Dominice mysterio, vide re mihi videbor stabulum, præsepe, paleam, fimum, telas aranearum, locum vndique patuli, nusquam clausum, locum inquam, in quem viatores & pauperes suas egerere solerent sordes. Hoc in loco tres primarias ac dignissimas, quas mundus totus habebat personas contemplantor, Iosephum Mariam & Iesum: humilitatem eorum & patientem paupertatem demirabor; quid inuicem circum recens natum puerulum lo-

V 3

quan-

quantur, quem adorant, osculantur, & brachiis stringunt,

Hac loci compositione facta, tria puncta ad meditandum desumam. Primò quis hic sit puer; secundo, quid agat; tertio, quam ob causam hoc agat.

Puer hic est, qui cœlum, terramque condidit, qui tribus digitis vniuersam orbis molem appendit, qui ambulat super pennas ventorum, coram quo Cherubini & Seraphini se muscis inferiores credunt, qui è nihilo condidit omnia, cui mille mūdorum, quorum singuli singulos semper perfectione superarent, productio non minus facilis foret, quam formicæ vnus cuius potestas equè latè patet ac voluntas: qui sine figura pulcher, sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, imo ipsa pulchritudo, bonitas & magnitudo. Ipse incomprehensibilis, inenarrabilis, ineffabilis, infinitus, quem terminis negatiuis potius, dicendo quod non est, quàm affirmatiuis, dicentibus quod est, exprimere possumus; ipse tamen Adonai est, Sodai, Eloim, & Iehoua ille terribilis, qui omnibus in rebus adest præsens, nusquam inclusus, & extra omnia, à nullo tamen exclusus. Denique Mariæ filius est, & filius Dei, vnicus patri, vnicus & matri; sine patre quoad humanitatem, sine matre quoad diuinitatem.

Quid agat? magnitudinis suæ cœlos ad nos vsque inclinat, & velut vnus è nobis factus, magno cum stupore verum esse probat, quod olim ironice de Adamo dictum erat: *Ecce Adam velut vnus ex nobis factus est.* Dixit hæc

Deus

Deus, cū primum Adam de terra terrenū animalium exuijs conuestiuit: nos verò cū Apostolo idem repetimus, postquam iam verus *Phil. 2. 7.* Adam de cœlo cœlestis mortalitatis nostræ exuias induit. Vtque concludam, hoc in mysterio immortalis factus est mortalis; inuisibilis, visibilis; impassibilis, passibilis; æternus temporaneus; denique creator creatura.

Finis verò & scopus cur hæc mirabilia patret, est Patris sui gloria, & salus nostra: quæ eum impulit causa, est immensa, indicibilis, & purissima eius charitas. Ipse venit ad nos vt nos vicissim ipsum adeamus: similis nobis factus est, vt nos illi similes existamus; è cœlo in terram descendit, nos vt à terra in cœlum subleuaret: factus est mortalis, vt nos immortalitæ donaret; miseriarum nostrarum particeps esse voluit, suæ vt nos beatitudinis participes redderet: denique mortem subire voluit, nos vt vita donaret. Quid! exclamabat quidam velut extra se raptus;

Ergone vestra Deo sic sunt mortalia cura?

Ergone nos tanta deperit arte Deus?

O nimis immodicum, o summa pietatis ac morem!

Audite, & mirus vos premit astra fluat per.

Quis ergo ex animo puerum hunc non diligat? quis suam illi vitam non consecret? quis pro honore eius & gloria mori ahnu-

abnuat? Si quis Rex, Imperator aut Monarcha pro formicis formica, pro muscis musca fieret, anne magis se abiceret & exinaniret, quàm DEVS, dum propter homines humanam naturam induit factus homo? Inter creaturas etiam maxime inter se differentes, semper aliqua est proportio, vt à finito ad finitum; at nulla inter Deum & hominem, nam est à finito ad infinitum. Quæ ergo humana aut Angelica mens beneficij huius magnitudinem, humilitatis huius profunditatem, & huius charitatis latitudinem comprehendat? quis non honores, dignitates, pompas terræ contemnat; cum æterna sapientia tam parui eadem faciat, vt cum in regum atriis nasci posset, stabulum vile selegerit? quis non voluptates & delicias carnales detestetur, cum illum in palea tremulum, & in præsepio reclinatum conspiciatur? quales serui sunt bos simul & asinus? quæ odoramenta & suffitus, finis & sordes? ecquæ tapetia & aulæ, aranearum telæ? ecquæ circumcinctio, maceria vndiquaq; patens? ecquod cervical, præsepe saxeu idq; media hieme & nocte media. Ah quati Deo constat homo, & quam parum ab homine colitur Deus!

OPVS esset hic & contemplationis aliquod exemplum proponere; verum quod illa in passione & receptione potius quàm actione consistat, nec iam amplius in via, sed in termino sit, & spiritus sanctus singulari quodam lumine ac splendore intus in anima cõtèplantis agat, qui ab alio quam ab eundem

dem recipiente cognosci nequit, qui ne vix quidem ipsum cognoscit, quod sine reflexione illum recipiat, semperque ulterius progrediatur, numquam ad primum reuertens locum; satis fuerit dixisse, contemplatum, exempli loco, mox ac genu flexerit, & verba illa *Deus factus homo, & homo Deus*, paululum perpenderit, illico in diuinæ bonitatis abyssum & liberalium donorum eius oceanum absorberi. Circa hæc verba: *Adueniat regnum tuum*, ex intimo corde exclamabit, ecquando hoc regno donabimur! & anima eius ad suauissimam Dei fruitionem mox abripietur. Si audiat, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra*, promptus quidam & vehementis eum zelus incessit, qui verba illi tollat, loquelam impediatur, liquefcere & in Deum penitus effundi illum cogat. Si *panis quotidiani* mentio fiat, sine mora spiritualis eum communio inuadit, & in vulnere lateris Christi sese inuenit, illius se liquore perfundens, & amore inebrians. Si florem videat, si hortum amoenum ingrediatur, si harmoniam audiat, confestim dilecti sui idea illi obuolatur, difficiliusque cordis sui in Deum raptus reprimat & compefcit, quam Meditatio eisdem excitet & eliceat; adeo ut nisi superior animæ eius pars fortis ac robusta esset, vitæ animalis haud dubie functiones negligeret, & omnis somni, cibi potusque obliuisceretur. Notandum porro hic vnum è maximis oeconomiae Christi Iesu mirabilibus, quod etsi *comprehensor* esset, non desineret tamen esse *viator*, & functiones naturales corporis exerceret, animæ tamen liberas haberet, etsi illa Deo facie ad faciem potiretur, &

Verbi impersonaliter & erat & semper erit
vnita, essentiam sine cessatione cōtemplaretur.

Fuit itē admirabile in sanctissima matre eius
donum, quòd Deum Patrem suum, Deum filium
suum, Deum Spiritum sanctum sponsum suum
tam ardentem diligeret, nihilominus loqui, dor-
mire, comedere & bibere posset; animā semper
in Deo occupatam haberet, omnibus tamen ra-
tionalibus vitæ humanæ actionibus præsens
esset, & quidem tali perfectione, vt altissima a-
liorū sanctorum contemplatio minimo eius in
Deum raptui comparari non potuerit. O beatā
animam in qua vita Marthæ Magdalenicæ tam
perfectè & eminenter coniuncta erat!

Vtinam precibus eius & carissimi filij eius
meritis nobis concedat Deus, quod requiritur
quoad intimam & indissolubilem hanc vnio-
nem peruenitur, mortificationem inquam sen-
suum, passionum victoriam, nostri ipsorum ab-
negationem, proprii amoris repudium, mundi
contemptum, & imprimis fidam, constantem, &
ardentem eius dilectionem.

MEDITATIO XVI.

DE MORTE.

PUNCTVM I.



NON adeo in coelo clarus est Sol,
quàm clarum & euident hoc in
terra decretum, *Moriendum est.*
Coelum clarius & perceptibilius
tonare non potest, quàm vox hæc
perceptibilis, *Moriendum est.* Nullam scriptura,
ratio, & experientia sæpius lectionem docent,
quàm

quàm hanc, *Moriendum est.* Qui eam non cogitat, est inter Christianos ethnicus, inter homines bestia, inter viuentes mortuus censendus.

Iob ait: *Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viuenti.* Ecclesiasticus: *Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi. hoc iudicium a Domino omni carni.* Apostolus ad Hebræos, *statutum est hominibus semel mori: post hoc aut iudicium.*

Ipsa euidenter quoque ratio docet, quidquid est contrarijs compositum est, peritioni & morti obnoxium esse: experientia etiam probat moriendum esse, cum tam multos quotidie emori videamus, interim dum ipsi viuimus, quin & de ipsa morte loquimur. Primum argumentum persuadeat in Deum credentibus: secundum, ductum ac lumen rationis sequentibus; tertium omnibus in genere hominibus. Ceterum nihil haberi in mundo potest clarius, quàm verbū Dei, & ratio ipsa, demū experientia. Quis ergo adeo cæcutiet, & ita rationis impos erit, his vt credere nolit mentemque applicare? quis ita salutis suæ negligens, vt ad mortē se minimè præparet?

Tria sunt per quæ ad exequendum faciendumue aliquid, quod decreuimus, impellimur, utilitas, honor, & necessitas. Exempli causa, si quis sibi persuaserit bonum esse diuitias cōparare vel gloriam, & in animo suo iam statuerit lucro inhiantium esse, honores captandos, quāprimum ad hunc se finem cōparare proponit, & quibus fieri potest modis eniti, vt opes coaceruet, & inter homines dignitatē præcellat. Verū inter cetera motiua, quæ ad executionem consilia propositaque reducere possunt,

necess-

necessitas est efficacissima. Stipendium quidem & gloria militem ad certamen acuunt: at si illi ad extrema redacto vel moriendum, vel animo se vis propulsanda, & nulla effugij pateat quàm strenuè rem gerendo via; & si vel inertissimus sit, generosè se tuebitur, & de desperatione virtutem faciet, cum illis dicendo:

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

*Plut. in
Alex.*

Et si alias fortiter demicauit, gloriæ aut prædæ spe impulsus, fortius haud dubiè certabit, vbi ad extrema redactus fuerit, vti Alexander Macedo, dum cum Malleanis configeret, & Themistocles dum in angustijs Hellesponti Xerxem nauali prælio fregit. Quis ergo se ad mortem non præparet, cum omnes ad eam necessitate cogantur? Si vtilitatem spectemus, hæc sane præparatio nihil minus continet, quàm cœli ipsius comparisonem; si honor & gloria, de immortalitate agitur, Si verò nec vtilitate, nec honore ad hoc moueamur, ipsa saltem necessitas, quæ est velut lex ferrea, nos excitet, & pusillanimitatem nostram in robur & generositatem mentis conuertet: necessitas inquam, quæ nos vel æternum beatos, vel æternum infelices reddat. Si filij Adam hoc gymnasium frequentarent, punctum hoc semel de die sibi ob oculos ponerent, serio de nouissimis cogitarent, maiori sanè generositate supremi habitaculi sui iter ingrederentur, non tam ardentè mundi vanitatibus inhiarent, sæculi huius erumnosi bona non tam auidè concupiscerent, viderent quàm euidentissime, quidquid hætenus magni fecere, non nisi mortis esse spolia & manubias, casses Sathane, & inferni escam. Et cum euidenti hac cognitione-

gnitione, quàm firmum & solidum propositum comitetur, à morte temporali arma mutuarentur, quibus se ab æterna tueantur.

II.

Si priuationes per habitus suos cognoscantur, tria esse mortis genera comperiemus. Triplex siquidem vita est, spiritualis, corporalis, & æterna: vita gratiæ scilicet, naturæ & gloriæ. De prima scriptum est: *si autem impius egerit penitentiam de omnibus peccatis suis, quæ operatus est,*

Ezech.
18.21.

& custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur; omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor; in iustitia sua quam operatus est, viuet.

Gen. 27.

De secunda in Genesi legimus: *Formauit Deus hominem de limbo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* De tertia ait Redemptor, *Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*

Ioan. 17.

Mors spiritualis, quæ primæ vitæ opponitur, est peccatum mortale. Mors æterna, quæ est diæmetro visioni gloriæ opponitur; est quam gehennam & infernum dicimus: Mors naturalis, quæ vitam destruit corporalem, est separatio animæ à corpore. De prima scriptum est: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* De secunda, mors peccatorum pessima. & alibi, *Mors depascet eos.* De tertia, *Omnes morimur & velut aquæ dilabimur in terram.* Mors prima alias duas inuexit, *Per vnum hominem mors introiuit in orbem terrarum,* inquit Apostolus. Alibi quoque scriptum est, *si pendia peccati mors.* Ad eam vt peccatum primo spirituales animæ, deinde temporalem corporis, deni-

denique eternam vtriusque mortem causetur. Mors, de qua hic maxime agimus, naturalis est; in corporis ab anima separatione sita; quæ aliud non est, proprie loquendo, quam vitæ priuatio: sicut silentium priuatio soni est, tenebræ priuatio luminis; cæcitas facultatis visuæ priuatio; & proinde causam efficientem non habet, sed deficientem, quia non effectus, sed defectus est.

Tres parca, de quibus versiculus hic:

Clotho colū baiulat, Lachesis trahit, Atropos occidit.
Poëtica, fabulosa & commenticia sunt, non minus quam Febronia; Phlegethon; Acheron; Minos; & Rhadamanthus; & Phantastica illa imago, quæ capite coronam; vna manu falcerem; altera clepsydram gestat; nonnisi hieroglyphicum quoddam est, quo veteres mortis in omnia quæ sub coelo continentur imperium, effecta, & vim expressere.

III.

Cum vita humana è tempore quo iammodo contexta sit; ante omnia considerandum est, quid sit tempus.

*Arist. 1.
Phys. c.
10. 14.
Auerroes
in 4.
Physic.*

Philosophorum Princeps, & post etiam alij, quos D. Thomas in quadragesimo quarto suorum opusculorum refert, cum post longam disputationem temporis & naturæ & partes inquisissent, tandem concludunt, nonnisi imaginatiue de eo loquendum, cum è tribus constet vmbreis quæ quodammodo nihil sunt, præterito scilicet, quod non est amplius; futuro, quod nondum adest; & presenti quod nonnisi punctum est, quod penè nihil, punctum inquam tam imperceptibili velocitate currens & fluens; ut dum consideratur prætereat, dum videtur, non amplius sit. Hinc

crede-

credere non poterant ipsum aliquid esse, cum
 è tribus vmbis, vel è tribus partibus in aëre
 pendentibus, vel in sola hominis memoria &
 imaginatione expressis ac depictis compositum
 sit: præteritum solū in memoria superest, futu-
 rum expectatur; præsens velut vnda præteriens
 & videntibus nobis euānescit: adeo ut totum in
 sola hominum cogitatione consistat, & sine in-
 tellectu, ad cuius tribunal omnia eius referun-
 tur, nihil penitus sit. Quæ cum ita sint, septē illi
 fratres, qui in cæuerna, in quam tempore perse-
 cutiois Decij se receperāt, in somnum incide-
 rant, & Theodosio post Imperatore ab eodē ex-
 citati sunt, non nisi vnica se nocte dormiuisse pu-
 tabant; quod ad 372 annorum quos dormierant
 partes colligendas mentem non applicuissent;
 & si illi qui vixerant, & hosce annos computa-
 rant, tantum temporis interuallum illis dor-
 mientibus elapsum esse non dixissent, omne
 tempus hoc illis exiguum visum esset.

Niceph.
 li. 4. c. 48

Observauit id ipsum & Aristoteles; ostensu-
 rus tempus à sola anima effingi; eiusq; creatu-
 ram esse tenui è filo dependentem, multò qui-
 dem subtiliori, quàm ipsum è quo Damocleni
 terrens ensis dependebat: *legum tempus*, inquit,
nihil dormienti videtur, quod ipsum non compu-
tes. Idem & Plato, referente Plutarcho, sensit,
 docuitq; tempus à sola intelligentia & præce-
 ptione hominum progenitum esse; in quantum
 (addit ipsius discipulus) anteriores & postero-
 res motus partes observabant.

4. Physic.

M. Cice-
 ro Tus-
 cul. 3.
 In De-
 phil.
 Plat.

His suppositis, quid quæso erit vita nostra,
 quæ non nisi misera temporis huius arrosio? & si vi-
 ta longissima, qualis fuit Mathusalè, non nisi spe-
 cimen

cimen quoddam huius nihili est; quid erunt vi-
tæ nostræ breues; quæ nonnisi ad sexaginta aut
octoginta annos extenduntur? quid illæ, quæ
solum ad quinquaginta, quadraginta, triginta,
& pauciores annos durant? *Tempus breue est*, ait
1. Cor. 7. Apostolus; & ante ipsum Psalmista de præ-
29. senti loquens, *Dies mei sicut umbra prætereunt.*
Psal. 108. Et de futuro, *Sicut umbra cum declinat, auferat.*
11. Et Iob, *Homō natus de muliere, breui viuens tem-*
Psal. 108. *pore.* & secundum Apostolum Iacobum, nonni-
23. si *vapor ad modicum parens.* Vnde infero, festi-
Iob. 1. 1. nandum esse; Deum querendum interim dum
Iacob 4. inueniri potest, bonum faciendum dum tem-
14. pus habemus; occasionem oblatam arripien-
Gal. 6. dam; & ambulandum dum lux splendet.
10.
Ioan. 12.
35.

IV.

Præter moriendi necessitatem, degenerem
mōtis naturam & dierum nostrorum breuita-
tem, considerandum quoque magna nos veloci-
tate ad finem properare. Operis cuiusdam cele-
ritas in tribus consistit: primò ut ipsum matu-
re incipiatur; secundo, ut sine intermissio-
ne cœptum promoueatur; denique ut diligen-
ter & gnauiter eidem incumbatur. Quisquis
verò attentè vitæ huius ad mortem cursum
considerare voluerit; videbit haud dubiè tres
hasce circumstantias quàm amplissimè in ipsa
reperi; nam primò, teste Manilio:

Manil. 4. *Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.*

Astron. c. id est; statim ac in terra apparere incipimus;
1. mori quoque incipimus; non secus ac sol; qui
mox ut ortus horizontem nostrum lustrare
incipit, ad occasum vergit, & facis instar, quæ
lucendo consumitur, & consumendo lucet.

Noster

Noster ergo cursus primum velocitatis habet genus. Habet & secundum: peragitur namque sine vlla intermissione aut quiete, atque vt mors finiul cum vita in mundum ingreditur, ita & illam continuò sequitur. Hinc tot dubitarunt docti, num tempus quo in terra viuimus, vitane sit an mors appellandum, vitane mortalis, an mors vitalis? vnus ait esse vmbram prætereuntem, alius fumum leuem, alij bullam aquæ innatantem aut guttam, vmbræ imaginem, aut vaporem ad modicum parentem alius. Et Pindarus non quidem alijs veriùs, sed audaciùs ait, hominem esse vmbræ somnium οὐκ ἔστιν ὄντως ἄνθρωπος. Quam vitæ breuitatem hisce verbis describit sanctus Augustinus: *vitamne te dicam mortalem, aut mortem vitalem? ex quo enim quisque in isto corpore morituro esse cœperit, numquam in eo non agitûr, vt mors veniat. Hoc enim agit eius mutabilitas toto tempore vitæ huius: si tamen vita dicenda, vt veniatur in mortem. Nemo quippe est qui non ei post annum sit, quàm ante annum fuit, & cras quàm hodie, & hodie quàm heri, & paulò post quàm nunc, & nunc quàm paulo antè propinquior: quoniam quidquid temporis viuatur, de spatio viuendi demitur: & quotidie fit minus minusq; quod restat, vt omnino nihil sit aliud tempus vitæ huius, quàm cursus ad mortem. In quo nemo vel paululum stare, vel aliquanto tardius ire permittitur: sed omnes vrgentur pari motu, nec diuerso impelluntur accessu. Neq; enim cui vita breuior fuit, celerius diem duxit, quàm ille cui longior: sed cum equaliter & equalia momenta raperentur ambobus, alter habuit propius, alter remotius, quo nō impari veloci-*

Iob 8. 9.

Psal. 101.

4.

Psal. 29.

10.

Sap. 2. 5.

Iac. 4. 14.

Lib. 13. de
ciuitate

c. 10.

Lact.
lib. 1.

*tate ambo currebant. Qui ergo vsq; ad mortem
dubitosa spatia temporis agit, non lentius
sed plus itineris conficit.* Ex hisce Augustini
bis liquidò patet, assidue nos ad titulum
perare, omnibus vitæ nostræ partibus
tenè adherere, vti corporibus comes est
bra, vitamque hanc media ex parte mortem
se, nec propriè vitam; aut potius cum Tullyi
Milesio nullum vitam inter ac mortem
men esse, Si quis autè obijciat, cur ergo non
riamur; cum eodem sapiente Græciæ respo
debimus, verè nos mori; viuendo namq; in
rimur; ac tū mori desinimus; cū viuere: &
sepulchro cōditus latet; potius mori cessat
viuere. Atq; vt grātia glōria dicitur inchoata
gloria grātia cōsumata; ita & vitæ merito in
inchoata, & mors vita pfecta decursa; dici

Omnes actiones humanæ continuæ non sunt
sed interruptæ: suas bellum habet induci
musica pausas, labor quietem; suas viæ dis
tiones & interruptiones. Non semper co
dimus, nō semper dormimus, quin & inter
respiratio (quæ actio inter maxime vitæ ne
sarias computatur) interrumpitur. at hic
parenthesi, sine inducijs, sine cessatione, sine
la requie; sine intermissione, comedendo,
bendo, dormiendo, proficiendo; respira
omni locò & tempore, nulla non occasio
omnibus in negotijs ad tumulum properamus
Idque iam inde ab originaria nostri in v
materno conceptione, ad vsque primā in
era, & ab incunabulis ad sepulcrum vsque.
mas ergo duas maximæ velocitatis circū
stantias habemus, tam cito scilicet dum

ri incipimus, & sine cessatione morimur.

Veniamus iam ad tertiam, festinationem inquam & celeritatem. Ut sciamus verò quo ad mortem cursu tendamus, noscamus antè oportet, ecquod sit vehiculū quo vehamur, quis eius auriga, quæ partes & membra. auriga est tēpus; vehiculum eius volubilitas; equi quatuor elementa ē quibus compositi sumus; tractus, calor naturalis in humidū radicale actio; ductores ipsa corporis complexio, reliqua eius membra, ipsa velocitas.

Tempus est magnus ille falcator, omnia demetens & defalcans; canus ille Saturnus, suos etiam filios deuorans; quod semper quidem deuorat, semper tamen efurit, & quæ nasci facit, consumit, & numquam cadendo defatigatur: ipsum est quod veteres quatuor alis & rotidem oculis instruxere. Dux alarum ad volandum extensæ erant, aliæ duæ pendulæ; duo oculorum patentes, alij duo clausi. Primæ alæ denotabant ipsum semper volare, aliæ duæ rerum omnium caducarum cursum volatūq; illud interciderere: Duo oculi patentes, semper viuere & vigilare: clausi, assiduò necare, & mortalibus visum simul & vitam auferre. Vehiculi eius cursus incredibilis est velocitatis, quam ex omnibus quidem motus generibus, ac præsertim ē motu coelorum, qui ceteris directior & velocior, elicere licet. Ex horū porro reuolutionibus nostra habemus sæcula, annos, menses, & horas, perque dierum, septimanarum ac mensium coniunctiones ver, æstates, autūnos & hiemes nostras computamus. Cum. n. cœlū ab Oriente in Occidentē per mundi polos volutum cursum suum in-

*Cic. de
natura
Deor.
lib. 2.*

*Alex. ab
Alex. qd.
li. 4. c. 12.*

*Arist. lib.
4. Phys. c.
12 & 13.*

tegrum confecit, diem numeramus: quando luna duodecim Zodiaci signa ac mansiones peruagata est, mensem signamus: quando sol mundi oculus lineam eclipticam percurrit, & ab vno solstitio ad aliud pertigit, annum euolutum dicimus; & si centies cursus hic peractus fuerit, sæculum computamus. Mathematici qui hosce cursus notarunt, velocitatem etiam ex immensa cœlorum magnitudine collegere: nam ea tanta est, vt vniuersus terrarum orbis illis collatus, non nisi gleba, pisum, granum, punctumue sit, quale centrum est circumferentia: suæ comparatum. Non ea tamen terræ est paruitas, quin vndecim ea leucarum millia ambitu suo comprehendat; adeo vt si quis per eius superficiem volitando, viginti quatuor horarum spatio ipsam circuiret, singulis illam horis quadringentas quinquaginta octo leucas & leucæ partem tertiam conficere oporteret. Si ergo terra, quæ adeo vasta, totque monarchias, imperia, regna continet, cœli intuitu nihil sit, eoque illa sit magnitudo oportet, ob quam terra adeo exigua videatur? Explicabit eam melius hæc secunda demonstratio: stellæ firmamenti & sol ipse, vt quidē oculis nostris apparet, non nisi exigua quædam globi sui & cœlorum molis portio sunt; minima tamen octauæ sphaeræ stellæ, terram vniuersam magnitudine longè superat, sol verò eandem diametraliter centies & sexagesies sexies. Quam ergo ingens, vasta, ampla, admirabilis, vniuersa illa cœlorum capacitas. Et si illos ab vno oriente in alium quatuor ac viginti horarum spatio ferri oporteat, quanta hæc cursus velocitas sit oportet? Quidam
 ætatis

reatis nostræ doctissimus iuxta & eloquentissimus, post astrologos, horum pleraque obseruauit, & inter cætera magnitudinem firmamenti, rectâ ab Aequatore, quingentos & octodecim leucarum milliones, septingenta & octoginta vnum millia, & ducentas triginta duas complecti, quod iter ibi quotidie singulæ stellæ peragunt. Sol qui quidē adeò lentè nobis procedere videtur, singulis momentis plusquam nouies mille & quingentas conficit leucas, id est, singulis horis quingenta & septuaginta leucarum millia, ac vnde quadraginta; & proinde viginti quatuor horarum spatio, tredecim milliones, sexcenta octoginta millia, nongentas & triginta septem leucas, quod sidus illud quotidie spatium, Dei decreto, percurrit, nobis vt dies illucescat. Ecquæ auis, quis ventus, ecquæ glans sclopeto emissa; si modò continuare cursum possent, celeritatem hanc adæquent? Tanta nempe hæc celeritas, vt dum perpendimus, vix eam intellectus ipse, aut mens assequi possit. Si quis autem hæc negare ausit, ad oculum Astrologus ostendet, stellarum fixarum minimam plus itineris in cœlo conficere, quàm vasta est terra, & quidem eo temporis spatio, quo Cosmographus apud se imaginando eiusdem terræ ambitum cogitatione percurreret ab vno eius extremo ad aliud pertranseundo, per insulas Fortunatus & Molucas, vbi quàm latissimè patet.

Hoc mirabile alterius item nos admonet: mundi scilicet opificem, vt hunc nobis cursum euidentius ostenderet, quatuor notabilia facere voluisse. Primò, quod stadium & spatium de-

currendum & longissimum, & latissimum fecerit. Secundò, quòd ipsum nimis quàm sublime & à nobis elatum constituerit. Tertiò, quòd faeces mobiles in eodem collocarit, quæ tam de nocte quàm die ipsum ostenderent. Quartò denique, quòd per infinita intervalla à nobis ipsum elongarit, ut incomprehensibilem hanc velocitatem aliquo modo sentiam, & ad oculos nostros proportionatam redderet, dum tempus illis & otium dat ad contemplandos currentes; quod alioquin nò minus difficile fieri posuisset, quàm irretortis solis radios oculis intueri. Hoc igitur tēporis quo dies nostri metiuntur celeritas, hoc vehiculum, quo à primo formationis instanti sine ulla mora ea quidem celeritate, nihil ei ut adæquari possit, auferimur. Quæ cum ita sint, quid quæso est vita hominis? quis non metuat ne & à temporis breuitate, & à tanta velocitate abripiatur? quis sibi annum, mensem, diem, horam, imo vel momentum certum spondeat? quoniam interim dum hæc dicimus, aut legimus, à celeri hoc cursu abrepti sunt? Iam meditationis fructus & primò quidem intellectu, deinde voluntate eliciamus.

FRUCTVS I.

MORTEM dixit antiquitas *ἰοχάρον ἰοχάρον*, *μοβίστην βοβίστατον*, id est, ultimarum ultimam, terribilium terribilissimam, idq; variis de causis, quarum hæc prima, quòd mors creaturarum omnium, quæ sub coelo, materiam & formam à se inuicem diuellat. Quod ut recte com-

etè comprehendamus, notandum est sex quid modis in alio esse posse. Primò, vt contentum in suo continente: ita tabulæ legis, virga Aaron in arca continebantur. Secundo, vt locatum in loco suo naturali, quod vel *circumscripitiuè*, in corporibus; vel *definitiuè*, in spiritibus; vel *Sacramentaliter* fit in sanctissima Eucharistia. Tertiò, vt accidens in suo subiecto, cui propriè (si quando conuenit) conuenit & semper, & soli, & indiuisim; cum alijs verò cõmuniter & impropriè, quando reipsa à subiecto, sine vllò substantiæ detrimento, separari potest. Quarto, vt pars in toto, quod triplici fit modo, vel vt pars integrans, vel potentialis, vel essentialis. Integrans est aut *similans*, quam *homogeneam* dicunt; ita verbi gratia quædam ignis pars in sphaera ignis est, aquæ pars in oceano, terræ pars in ipso terræ elemento: aut *dissimilans*; quæ *heterogenia* dicitur, ita fundamentum, parietes, tectum totum domus artificium constituunt: ita caput, brachia, pectus, femora, tibiæque corpus humanum componunt.

Partes potentiales sunt animæ facultates, memoria, intellectus, voluntas,

Essentiales, anima quæ est forma, & corpus quod materia.

Inter formas etiam quæ animæ sunt, hoc discrimen est, quodd aliz sint vegetantes, quæ dant incrementum; talis est herbarum & plantarum anima, aliz sensitivæ, quæ dant vel sensum, vt in spongijs & conchylijs fieri videmus; vel motum, quales sunt animalium celestium, terrestrium & natabilium,

Ium animæ. Inter hæc item alia alijs imperfectiora, qualia sunt quæ è putredine producuntur, & quæ *insecta* dicuntur; quorum anima non modò è materia educta est, sed & eidem inherens, & tanta quanta est, coextensa; quod non adeo materialiter in animalibus perfectioribus, qualia equus & leo, fieri constat. Anima verò rationalis omnium est formarum perfectissima: etsi enim in materia sit, ex ea tamen producta & educta non est, & licet inde extracta non sit, nobilius tamen eam & perfectius informat, quàm purè vegetantes aut sensitivæ, non modò quod ipsa eminenter hæc contineat, verùm etiã quia tota in tota est, & tota in singulis totius partibus. Hinc dum illa mortis violentiæ separari ab ea & diuelli cogitur, eò hæc separatio est grauior, maioremque dolorem affert, quò eius præsentia illi coniunctior, & informatio notior. Atque hæc etiã causa est, cur mors in homine omnium terribilium sit terribilissimum, quod eam totam secundùm totum, ad minutissimas fibras vsque, euelli & eradicari necesse sit.

II.

Mors edomat omnia, vel per resolutionem naturalem, vel violentam dissolutionem. Illa quidem, quæ alio nomine destructio dici queat, fit dum calor naturalis humorem omnem radicalem consumpsit, & neuter per alimenta subministrata reparari restaurarique amplius queunt. Violenta porro dissolutio fit, vel continuitatis in partibus nobilibus dissectione, vel contiguarum diuulsione, vel mala primarum & secundarum qualitatum temperatura

raturæ huc confert imprimis agentium exter-
norum actio, hæc fit vel Angelus, vt qui, nocte
vna omnes Aegypti primogenitos necauit, vel
etiam homo ipse, qui, iuxta vetus adagium, al-
teri homini lupus est, vel fera, vel denique vio-
lenta elementorum applicatio. Exempla pro-
fanorum nimis quàm frequentia sunt, tam in
sacra quàm profana historia.

Aër fuit Absalonio patri suo rebeli, refra-
ctario, & ad regnum inhianti laqueus & mors,
dum quercui implexis comis suspensus periit.
Aqua Pharaonē & omnem exercitum eius ab-
sorptione, Ignis in duos Achabi Pentecontarchos
& Tullum Hostilium delapsus est. Terra Core,
Dathanem & Abironem viuos diglutiuit. Vrsi
quadraginta duos pueros de Bethel dilaniarūt.
Leo prophetam anonymum, cuius tertius Re-
gum liber meminit, neci dedit. Et in huiusmo-
di effectibus, quæ nihil minus expectantibus
inopinatò nobis accidunt, ledere ac nocere ma-
gis solent. Talis fuit repentina matronæ cuius-
dam Romanæ mors, quæ viso filios tres Can-
nensi è prælio sospites redisse, præ gaudio ex-
spirauit. Dionysius Syracusanus quidam ob so-
phisma propositum nec solutum, præ incoerore
contabuit. Duo Cæsares, pater & filius, Præto-
res, dum semanè vestibus induunt, vitam ex-
uunt. L. Lepidus cubili egrediens, dum inopi-
natò pedem ad limen offendit, inopinatò etiam
extinguitur. Legatus Rhodiorum, orationi sue
in senatu Romano, magno omnium applausu
habitæ, mortis suæ catastrophæ finē dedit. Tor-
quatus in libo mortem inuenit, mors Decium
Scapulam in prandio, Sapheium in coena. Me-

dicus Valla in musto feralem cicutam haussit;
 alius Sapheius in ouo liquido, Fabius Maxi-
 mus in lacte; Anacreontem acinus vuae ex-
 stinxit; Plato in epulonuptiali interiit; Ful-
 go Comes Andegauensis in leporis venatio-
 ne à morte captus est; Philipp⁹ Ludouici Cras-
 si Galliæ regis filius, ex equo decidens, viue-
 re desit. Cardinalis Columna, Prorox Nea-
 politanus, tempore Caroli V. sicus glacie tin-
 ctas dum auidè comedit, in Augustini Niphi
 Philosophorum ætatis nostræ facilè princi-
 pis manibus animam efflauit, vt aliqs pluri-
 mos casus inopinos taceam, è quibus nihil
 esse morte certius, eius hora incertius disci-
 mus: quod illustris sæculi nostri historicus
 suis in tabulis eleganter expressit, dicens:

*Insensibiliter ad mortem tendimus,
 Dum stamus, loquimur, ridemus, ludimus,
 Eòdem & tendimus, dum lecto stertimus,
 Stertente vt nauita nauis pat pelagus.*

*Nulla non opprimit funesta mors loco,
 Regem Macedonem lauto in conuiuio,
 Et Aristobulum lauante in balneo,
 Et Diuum Casarem senatu medio.*

*Philippum ad victimas, & dixam Apostatam
 Castris in medijs per sacram lanceam,)
 Inspecu pavidum Caium Caligulam,
 Et Carlomannum, dum persequitur feram.*

*His aquore enatans in fluuio occidit,
 Querens Macedonem mors, Neronem fugit,
 Hanc Diuus Claudius in fungis inuonit,
 Alter dum Veneri vacat hanc recipit.*

*Nullam non adhibet manum, dum feriat,
 Erricam (credite) materna ingulat.*

Vxor

*Vxor Alboinum scelestâ illaqueat,
Ferus Baiazethum filius enecat.*

*Suorum insidiis Ariston petitur,
Paterno Mustapha ferro confoditur,
Fraterna(miserum!) Conradus figitur,
Suis met manibus se Cato Vlciscitur.*

*Quid! quod multimodis nos tollat artibus,
Nigrum Henricum bolus inherens faucibus,
In cerevisia Rex mersus est Gothus,
Hunc fames necat, hunc sitis, hunc laqueus.*

Se eius potentia fundit per omnia,

Per ignem, ventos, aquas & aera,

Per ficus, acinos, piræ præcoccia;

Mus est exitio, musca & aranea.

Tandem velut concludens, post paulo addita

Ignorans igitur quo te mors tempore,

Quæ ætate, loco velit opprimere,

Omni ætate, die, locoque hanc metue,

Nam prævisa minus nos solent laderæ.

III.

Tria gladiatorum feralium genera mors habet, quos ceruicibus nostris semper intentat, bellū, pestem, & famem. In bello Iudaico sub Tito & Vespasiano referente Iosepho duodecies centena quadraginta millia periēre Iudæorum. In secundo bello Punico, quindecies centena millia deleta, scripsit Cæsar yndecies centena & nonaginta duo millia se Gallorum cōfecisse. Bellū Pharsalicū, & quæ ex eo nata, trecenta millia absumpsere. Pōpeius, qui notissimo hoc in prælio p̄figatus est, ante annos aliquot templo Mineræ insculpi iusserat, fusa à se, fugata, & in deditionē accepta vicies semel cetera & octoginta tria millia. Litteris proditū est

vicies

vicies his centena Teutonū ac Cimbrorū millia à Mario in tractu, quem Camargos dicunt, profligata. Annales patrij referunt trecenta septuaginta Saracenorū millia à Carolo Marcello in acie fusa ac fugata. quid hæc sunt prioribus cladibus ac profligationibus collata? quid si spectemus ossa quibus incauere campi, & sanguinē, qui vrbes & flumina rubricauit, quando nempe monarchia Chaldeorum ad Babylonios armata manu translata est, horum ad Medos, Medorum ad Persas, Persarum ad Græcos, & Græcorum ad Romanos? & imprimis, dum VVandali Africam, Tartari Asiam, Cersassi Aegyptum, Hispaniam Mauri, Britanniam Picti, Galliam Angli, Italiam Hunni, Gothi & Visigothi inuasere ac diripuerunt, ut taceam Gnelphorum & Gibellinorum & alias factiones, quæ post inualuere? Ita scilicet mors, furiosa illa. Belong, carnem nostram deuorat, sanguinem bibit, medullam exsugit, semper tamen efuriens, efferafcens, & fame rabida.

IV.

Vt bellum auariciam & opes coaceruatas destruit ac castigat, ita luxum fames, & libidinem contagio mortifera. Bello vrbes vastantur agrique inculti manent, atque inde rerum penuria, caritas & fames; ex debitorum autem alimentorum & nutrimenti defectu, pestis & corporū lues procedit; itaque vnū flagellū ab altero deriuatur, & nullum malum solum ingruit. In Samariæ obsidio caput asini octoginta siclis emebatur, & quarta pars cabi stercoreū columbarum quinque argenteis; quod sane incredibile videatur, nisi sacra id scriptura prodiceret.

deret. In obsidio Hierosolymitanos ad tantam redactos famē scribit Iosephus, vt nec filiis parcerent matres; harum vnā refert ex primarijs ciuitatis, cū filium brachiis teneret, extrema laborantem fame, his eum verbis compellasse: Quid de te faciam fili mi? si famem qua domi premimur euaseris, hostilis te deuorabit gladius; si & hunc effugeris, dura te seruitus manet, & in triumpho Romani pars populo ludibrium fies; annon ergo modò perire satius est? Parvulus gemebundus, singultiens, & matris plorantis in genis plorans, dolorem illi, desperationē & furorem auxit. Hinc cum denuo ipsa concepta rabie effraseret, exclamauit, Ah morere nate carissime, & intra viscera, ē quibus aliās prognatus es, denuo abscondere, ad tempus illi alimenti loco esto, quæ hocce te corpore donauit, sua substantia nutriuit, & nouem mensium spatio vtero gestauit. Rursus in me viues, & ipsa per te; atq; inde ambo moriamur, ab inuicem non diuellamur, & populi nostri aduersariis in opprobrium cedamus & ignominiam, non in vanam gloriam. His dictis dulcissimum pignus iugulat, veru affigit, igne torret, mediamque artuum partem (horresco referens) comedit, alteram in crastinum seruans. Milites, canum rabidorum instar, fame urgente cibum vndiquaque captantes ad assatæ carnis nidorem fores effringunt, intrant, & quam olfecerant carnem sibi proferri petunt. Tacete viri, inquit illa, equidem hætenus fida vobis exstici, & armario aperto repostam filij sui medietatē illis apponit, quæ sola ex opibus bello relictis illi supererat. Horruit ad spectaculum miles, & attoni-

attonitus pedes retrulit. cū illa: *Quid vultis, quod illū genuit, mītiōres & delicatiorē edūcite, comedite viri, ipsa praeiūilli vultu re & horrore suffusi retro vnde venerat, respiciunt.*

Auctor Procopius, Honorio imperatore Romae famem inualuisse, publice ut plerumque exclamaret, *Pone pretia humanā carni.* Præcipe carnem humanam venalem ex statuē (vri olim de bouina & ouilla statuē) quo sit plebei, quo patricij caro pretio vendenda, quo iuuenis, quo senis. Quod porro Honorius facere inhorruit; aui sunt Humanarum manuum namque, a quibus dūce Scipione debebantur, si quem inuenirent; hunc nulla redemptiois excoriatum, contisum, venalem exponebant, ut Romana caro carius venderetur quam redimeretur; emeretur pluris quam pretio soluto dīmitteretur. Initio hæresis Christianicæ quinque ipsis annis, ab anno scilicet M.D.XXVIII. ad vsq; tricesimum tertium, terra anni temporum erat confusio, ut vere locustis, hiemis autūno occupāte, frumētū sub terra germinare nō posset, quib; formicæ, bruchæ, trux, & limacēs granū & herbescentē campū exederent. Inde tāta annonæ caritas, secum hominēs cateruatim filias & agrōs peragrarentur stipē quæritātes; ditiores panē & glāde liticis semine pinserent, nobiles ei fursures essent. Dux in quodā Burgundiæ pago mulier nesciæ quō amplius cibo famē propulsa, herbā quādā noxiā, cui scylla nomē, quæ pōtū & cepis siluestribus aliquatenus similis cōspicere, quæ eas ita infecit ac veneno suffudit, ut manu pedūq; extremitates lacertæ intra quatuor dies, de sub vnguibus venenū exillaret.

horrédū inflata statim exstinguerentur. Quod flagellū & hæresis paulatim tum animos hominū occupātis virus, & peccatorū Dei irā prouocatiū enōrmitatē designabāt.

Vt bellū famis mater, ita & cōtagionis letifera est ama. Primū flagellū agrorum impedit culturā; secundum noxio corpōra succo replet; tertiū infectionē causatur.

Tēpore Dauidis septuāginta hominum millia pestis ob populi cēsū ab eo institutū absūpsit. Post euersā Carthaginē, quæ è Numidia pgnata erat lues, paucis horis octoginta & ampli⁹ millia deleuit. Ait Zonaras Galli & Valerian. Impp. tēpore morbidorū & moriētium maiōrē fuisse quā beneualētium ac vi uorū numerū. Procopius, Iustiniani imperāte suo, quotidie Constantinopoli septē, octo, interdū & decē hominum millia à lue sublata; vt qui superessēt cōdendis cadaueribus nō sufficerēt. Tēpore Heraclij tāta Romanū agrū lues corripuit, tāq; atroces intestinorum ardores homines inuasēre, vt q̄ ab eis correpti erāt in Tiberim se, refrigerationis ergo precipites darēt. Tā vehemēs porro Græciā pestis post occupauit, vt q̄ euāderet sospes, memoriā omne & ingeniū penit⁹ antitteret, inio & patris ac matris suorū obliuisceretur. Milites A. Vidiij Cassij q̄ M. Antonini pfectus erat, cū Selencię q̄ in Babylone, delubrū Apollineū ingressi arcam quādā reclusisset, e qua se thesaurū educturos sperabāt; ex ea velut Pandore pyxide pestilens aēr erupit; qui cū Babyloniū agrū vastasset, deinde in Græciā penetrās, Romā vsq; se extendit, tantāq; stragē edidit, vt tertiā ppē hominū partē auferret, vt autem nuperas recentēsq; historias veteribus connectāmus cui non nimis

quàm notissima læs illa accontagio, quæ
 Neapolitanæ obsidio nostros anno M.D.XL
 I.I. quæ supra notauimus, inuasit. Quæ
 rat quanta Anglos Bolonensem in Gallia
 grum deuastantes? quanta Germaniarum
 post Francisci Regis cum Eleonora
 proximo incubuerit, ære ita infecto, ut
 vestes hominum sanguinet deciderent eriperent.
 Anno M.D.XLV I. ad Aquas Sextias in Prætorio
 etiã tam arborescens pestis nouem ipsis mensibus
 defauit, ut ab eadem correptus, si ea ipsa die non
 exstingueretur, postridie mentis impos
 matres, verò viridibus flauisq; conspersum
 culis, foetum aborsu eijcerent, solo se inuicem
 intuitu inficerent, tamque venenosus esset in se
 ctorum halitus, ut statim in cutē afflata pustula
 tuberculaque erumperent, quique se a ma
 lo correptos sentiebant, sindoni se ac linteo
 insuerent, mortem iam iam instantem miserè
 semiconfusi expectantes. Qui funestos hæc
 casus in teneam nocteret, diceret haud dubie
 aliud quasi non agere Deum, quàm animarum
 alias iudicare, alias de nouo creare, quæ
 dñe & cateruatim vltro citroque è terra abici,
 & in terram descendant. Suam scilicet
 pacto potens ille monarchia maiestatem & po
 tentiam ostendit, ut qui occupetur non occupa
 patus, stabilisq; manēs det cuncta moueri, &
 catū oderit, non tamē turbetur, simul patronus
 & iudex, testis & actor, suum velit imperium
 seruari tam in iis quæ sunt, quàm quæ non sunt
 vitæ non minus sit auctor quàm mortis, & ad
 psus beneplacitum omnia vitæ nostræ momen
 tis momenta decurrant acfluant.

VI.

Diadema quod veteres morti imponebant, absolutum eius in omnia quæ coelo subsunt imperium, vti iam ante dicere memini, denotat; sed maxime in seculi huius potentes, in vrbes, præuincias, regna, monarchias, quas ante se de filo suspensas agit, quod, vbi libuerit, præsecare potest; nam

*Omnia sunt hominum tenui pendentia filo
Et subito casu qua valuêrunt.*

Atque adeo

*Assyriæ latè metuenda potētia sceptri
Persarum vi fracta iacet: hos Gracia victrix
Subiicit, & Macedum vidit clarescere Reges:
Donec in Ausonias orbis concendit habenas.*
vt verò illud Apostoli locum habeat, vt non
glorietur omnis caro in conspectu Dei:

*Dic vbi sunt Reges olim fera fulmina belli:
Quorum victrices cinœbant tempora lauri,
Illorum totus parebat fascibus orbis.
Cuncta modò terris sunt obruta, & alta tropæa
Imperij septem gemino sunt monte sepulta.
Mundus vnus cupiditati & cupidaæ Alexan-
dri ambitioni non satis erat. vnde poëta:*

Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis.
Et ecce reipsa completum, quod de ipso eius-
que tumulo dictum & prædictum fuit:

*Cum semel à figulis munita intrauerit urbem
Sarcophago contentus erit.*

Nam terræ sex pedes sufficient ei, cuius terra
omnis sitim extinguere nequibat.

Vbi nā hodie Niniue illa superba mille quin-
getis circumcincta turribus, vbi vasta Babylō,

Y

prudens

prudens Lacedæmon, bellatrices Thebæ, doctæ
Athenæ, potens Carthago, sancta Hierosolyma;
& orbis triumphatrix Roma:

VII.

Ad idem mortis diadema refertur degradatio
illa, & in ordinē redactio, de qua Hieronymus ad
virginem Eustochium: *Nescis qua ætate Cræsus ser-
uire cæpit? qua Hecuba, qua Darg mater? melius hæc
expressit idē q̃ supra Historicus suis in tetraſtichis*

Vin' scire Regum quo cadat potenti

En, vt in patera combibant toxica;

In crucem agatur hic, hic gemat cauea;

Hic tetro carcere, & hic culinaria.

En vt ad Mempheos portas exuium;

Principis pendeat auibus pabulum

Vt Persæ saporis scandenti ephippium

Valerianus sit curuus scabellulum.

Vt Dionysius tyrannus fculus

Corinthis pueros imbuat artibus,

Vt Chilpericus è Francorum regibus

Tonsus sit monachus regno depositus;

Vt nexus propria sit zona Gordius

Collisus brachijs Phocas & cruribus,

Diomides equis in escam appositus,

Lycaon & canibus, Popiellus gliribus.

Dirum vt Salmonea fulmen exanimet;

Vt Theodericum mania exagitet,

Vt Brunchildem equus per compita raptet;

Torques Inguemarium fulgida illaquiet.

In eadem vt Attalus tundat vulcanant;

Bokem intra mugiat Phalaris aneam,

Luporum Memprius vt violentiam

Cambyseſque manum sentiat propriam.

*Edo verò casus hic tristior & funestior, quod
mors*

mors ciuilibus naturali sæpè deterior, cum *querent*
homines mortem, & fugiet mors ab eis.

VIII.

Falx quam altera manuum gestat, ostendit illā
 sine vllō discrimine aut respectu herbas tam ma-
 gnās quam paruas, densas æquē ac tenuēs demete-
 re ac refecare, vnde poëta:

Mixta senem ac iuuentutē densantur funera.

& rursus:

Mors & fugacem persequitur virum,

Nec parcat imbellis iuuentū

Proplisibus, timidog, tergo: & alibi

Omnes eodem cogimur, omnium

Versatur vrnā, serius, ocyus

Sors exitura, & in æternum

Exilium impositura cymbā. (bis expressit:

Idem qui supra poëta & historicus aliis hoc ver-

Pax est vita, perit quo vult flamine, quog,

Ardet & accensa est ære, destruitur.

Funis ad extremum his (sed raro) extenditur vsq,

Et vix ad medium lucet, & interit his.

Vita eadem est arbor, homines pendentia pomis

Hic vi deijctur, sponte sed ille cadit.

Tempus edax rerum, quos illi iam dedit olim,

Exuet hanc tandem fructibus & folijs.

Hæc eadem scena est, vbi partes Caesaris ille,

Hic Mimi, hic Cræsi, Socratis ille gerit.

Hinc tragicum finem fera mors imponit, & aquas

Pauperem Alexandro, rusticum Aristoteli.

Non felicior es tibi quod productius æuum,

Neue dies poterit longæbeare magis,

Non quia latior, hoc est, orbicularior orbis,

Neue rotunda minus orbita exigua est.

Serius aut citius metam properamus ad vnam

Y 2

Strata

Strata via est, primus, siue supremus eris.

Qui vitam ordiri iubet, hic exire iubebit;

Lex eadem introitum fecit & interitum.

Vt, dum Augustus Cæsar omnia Pollionis Romani vitra, quæ inmensam inferri iusserat, cōfregit, nullum elegantium aut nouorum à minus elegantibus veteribusq; discrimen fecit, sed eodem simul baculo omnia & eodem tempore confregit: Ita mors cæco ferit impetu, & iuxta Lyrici sententiam, *aquo pede pulsar*

Pauperum tabernas, Regumq; turres

Et

Tam regem facile tollit quàm rusticum:

In morte est omntum sors eadem hominum,

Idem & ingressus & exitus omnium,

Sed pompa differunt, & meta temporum.

Scachorum ab alueo vita hac haud discrepat,

Non loci plus rex quàm satellites occupat,

Hic currit saliens, & ille illaqueat,

Sunt lignea omnia, cum nomen differat.

Alius porro morti ait esse

Non nisi casulas, vasta palatia;

Inanes fistulas, sceptrâ potentia;

Mundi delicias, cicutæ pocula;

Eiusq; gaudia, captorum ergastula.

Recte proinde sibi consulit is, qui non iuuentæ, non fanitati, non diuitiis, non denique pulchritudini fidit, sed semper mori paratus est. Putat non nemo sibi firmas esse tibias, & magnum iter se posse conficere, & heu! in ætatis suæ vere, ad falcis huius, de qua loquimur, inter signium diuersari cogitur. Et sanè non tam Deus ducet quantum vixeris, quàm quam benè vixeris. Quapropter

Recta facinora non annos computa,

Non

Non quantum eundum sit, sed quomodo cogita,

Vide quanti tua valeant opera,

Vita dant pretium, ut & auro pondera.

Longi actus minimè probant commodiam,

Sed prout acti sunt, illi dant lauream:

Non anni pluximi dabunt adorem,

Si bene vixeris, merebis gloriam.

IX.

Clepsydra, quam manu sinistra gestat, denotat
et tam

In mortis stadio quam vita curreres

Tu crede mortuum, quo vixisti tempore,

Noli quoque veniet tu tuum credere,

Presenti nimium noli o fidere.

Idem te schema commonefacit, ubi ultima effluxerit arena, sine mora aut tergiversatione ex hac tibi vitæ statione decedendum, & qui generoso & infracto est animo, libenter parere, nec iussa detrectare; & quando iam emigrandum est, non violenter exire & inexpectatè iubetur, cum quidquid hactenus vitæ confecerit, cursus ad mortem fuerit. Vnde hac occasione ait Seneca: *Clepsydram non ultima gutta exhaurit, sed quidquid ante defluxit*: significans non mori nos dum ultimo animæ halitu efflamus, sed per dispositiones præuias, quæ iam inde à prima in utero materno conceptione nos subruere incipiunt. Atque ut arena clepsydre assidue defluit & in infimo alueolo colligitur, ita nos quò ulterius progredimur, eò & morti vicinioremus. Vivere ergo mori est, & vitam hanc terminare, est desinere mori.

X.

Et si vita nostra cōtinua sporet, & quod Daniel Nabuchodonosori & filio eius Balthasari precabatur.

de senectute.

batur, dies eius essent *sicut dies celi*, immutabiles scilicet & incorruptibiles; vita tamē præsens cum aliquando finienda sit, respectu æternitatis vix aliquid esset; nihil. n. eorū, teste Cicerone, quæ prætereūt vt lōgum habendū. Quid ergo de nihilo hoc dicemus, quod ea quidē velocitate defluit, vix vt mente percipi queat, si verō magni id faciendum, potius ex eo, quod fuit, quā quod modò adest; quid obsecro hominis est infantia, quā vitiorū seminarium? quid adulescentia, quā passionum fornax? quid ætas virilis, quā auaritiæ penus? quid senectus, quā infirmitatum corporaliū & prauorū animæ habituum collectio, colluuiēs, & receptaculum. Verissimum ergo illud Homeri, *Nihil homine infirmius terra alit.*

ὅστις ἀνδρότιπον γαῖα πρίφει ἀνθρώπου.

Cuius nimirū oculi ophthalmia, aures surditate, nares obstructione laborant, cuius fauces angina premit, manus chiragra, pedes podagra, cortica febris, phthisis pulmones torquet, vt taceam epilepsias, apoplexias, lethargum, febrem tertianam, quartanam, semitertianam, continuam, colliquantem, pestilentem, & alia mala quæ numero longè plura quā ossa, nerui, muscoli, venæ, arteriæ, tendones, & quidquid ad corporis nostri mēbra spectat, modò vera illa Chirurgorum ophthalmicorum sententia, qua trecenta & amplius dolorum malorumque genera soli oculi pupillæ accidere posse asserūt. Hinc celsuere non immeritò veteres nonnulli homini nouercam ceteris animalibus matrem naturā extitisse. Et poeta:

Optima quaque dies miseris mortalibus aui

Prima fugit, subeunt morbi tristisque senectus.

Hanc in re interrogatus Philolophorū quispiam, qd homini expediret, p ceteris ait, *aut nūquā nasci,*

vel statim emori. Thales verò respondit uti & nos,

Die quo nascimur, eodem morimur,

Certi naufragij dum cymbam ingredimur.

Idem namque planè sunt Nasci & Mori, quin ipsū
Esse non est esse, & nennisi vnus mors à mensa
distat suspirij intervallo. Sophocles ait vitam ho-
minis vt summum ephemeræ similè esse: epheme-
ra autem insectum est, haud procul à Bosphoro
Cimmerio enasci solitū, quod manè nascitur, me-
ridie adolescit, circa vespērā maturescit, solē oc-
cidente senescit, die elapso emoritur.

τὸ δὲ βροτεῖον ὁπῖρ μ' ἰσάμερα φρονεῖ.

καὶ πῖσδ' οὐδ' ἔν μ' ἄλλον ἢ καπνοῦ σκιάν.

Nennisi diurna sapit genus mort alium,

Fugacius fumo quod est, & vanius.

Et Pindarus quem ante produximus etiam ad pre-
positum aptius.

Τί τίς; τί, δ' ὅτις; σκῆς δυὰρ ἔνθρωπος.

Quid autē est vllus? quid nullus vmbra somniū homo.

Alius quispiam πομπήϊξ ἄνθρωπος id est homo bul-
la, & simul vt comprehendam:

Humana vita fumus, vmbra, vanitas,

Pictura, statuas, bulla, fulmen, somnium.

Et scena imago, verbo vt absoluiam, nihil.

XI.

Notas Hieronymus Platonem, quò diligentius
maturiūsq; hæc medicaretur, Athenis vrbe deserta
in domū suburbanā haud procul à mōtis radice se-
cōtulisse, qui locus & humidus & terræ motib' ob-
noxius erat; rogatus quid ita sanitatē accideret &
periculo exponeret, vt, inquit, hoc pacto perpetuo
mihi ob oculos mors obuersetur. S. Ioa. Eleemosi-
narius Patriarcha alexādrin. lōgē alio actus spiri-
tu quàm Plato, vtpote quē sola virtus moralis

Lib. 2. c. 1.

exstimulabat, exstrui sibi sepulcrum iussit, sed imperfectum, quotidieque sibi à domesticis suggeri voluit, ecquando sibi perfici monumentum velles; vt hac sibi ratione mortis assiduò memoriã refrigerarent, quæ, velut pulnerizatus scorpius punctura suæ applicitus, sibi ipsi antidotum est & medicina.

XII.

lib. 22. c.
2.

Refert in Naturali historia Plinius, multos credere eum qui se ab animalium ferarum morsu & dētibus immunem seruare vult, leonis se adipem oblinere debere. Christi amor bonæ conscientie statui iunctus (qui numquam etiam ab eo separari potest) lōgē melius ac salutaris aduersus omnia, etiam acutissima mortis iacula, alexi pharmacum est. Testatur id Apostolus non modò mortem non metuens, sed & exoptans, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Cū Basilio Magno facultatum & vitæ iacturam Valens Imperator minaretur, adeo Basilis non est consternatus, vt Modesto præfecto qui Imperatoris nomine hæc illi interminabatur, re-

Phil. 1. 23

Phil. 1. 21

sponderit cum Apostolo: *Mihi viuere Christus & mori lucrum.* Si bona & facultates mihi tollat Imperator, mea non auferet, sunt enim patrimonium Crucifixi & Ecclesiæ eius donatiuū; si mortē intētet, à grauiissimo me hoste liberabit hoc ipso in qua corpore; quasi id Anacharsidis philosophi dixisset,

Virtutis aream cruces euentilant

Præsentis aui, noxijsque spiritum

Affectibus purgant, eo aer purior,

Quod turbines hunc ante persflarunt magis.

Et sæculi nostri vir quidam cum primè doctus aludens ad illud Græcorum, *σάμα σάμα*, eleganter ait:

Id

*Id quod hominibus vides, homo dici nequit:
At carcer infamis, cui inclusus gemit:
Et tumulus ater, quo latet reconditus:
Aut lectus, in quo perbreuem somnum trahis.*

Ex hoc porro somno excitatur, dum æterna iam felicitate donatur, & dilectissimo suo quiete pacisq; frui incipit.

XIII.

Vastus ille solis colossus, Lysippi opus, septuaginta cubitorum altitudinis, & eius magnitudinis, ut eius iam terræ motu prolapsi pollicem senis vix homines constringerent, & nongentis camelis fragmina æris imposita fuerint; Rhodios minime terruit, sed ijs qui quotidie eum non videbant, admirationem & stuporem mouebat. Colossus hic mortis est symbolum, quam terribilem esse constat ijs, qui eius meditationi non assueverunt, nullum verò horrorem incutere assidue illam animo voluentibus. In quo Basilisco persimilis, qui solo intuitu suo necat visos non visus, non verè videntes visus. Quæ Macario Alexandrino ita instabat lectio, teste Rufino in vitis Patrum, nullo ut mortis aut Diaboli, à quo eadem prægnata est, timore percelleretur. Hinc cum nox eum in solitudine aliquando oppressisset, in sepulchrum vicinum diuertit; hic coenam illi gratam mortis paravit meditatio, quin & ibidem ad dormiendum se composuit. Totâ nocte terribili illum fremitu ac rugitu, & ossium albescentiù motitatione daemonum perterrere conati sunt; sed frustra, cum illum ad locum mutandum minimè cogere potuerint, strenuo Christi athleta de tribus infestissimis hostibus, Diabolo, morte, & nocte triumpante. Refert & Palladius, Philoromum sacerdotem Galatam,

sexanio in monumentis semi rutis, sine ullo timore & interritum, esse commoratum. E contra verò multi, quòd rarò aut numquam mortem ne litentur, ad nudum eius nomen non aliter trepidant, pallent, & tantum non expirant

— *Quàm qui Iouis ignibus ictus*

Viuit. & est vita nescius ipse sue.

Eccli. 41.
fi

Quin & de coelo loquentes ægrè ferunt, ne fortè aliqua mortis, quæ coelestis beatitudinis ianua est, mentio per transfennam intermisceatur. Hinc & in inertiae castigationem, quò senectæ viciniores fiunt, & bellacis huius Bellonæ vim sentiunt propius, eò ad illam subeundam sunt impotentiores, vnde exclamat Ecclesiasticus: *O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantia sua!* Quòd nempe rerum mundanarum prosperitate, & nimio erga easdem affectu fascinati sint; hinc vel sola illarum amittendarum umbra eos percellit. Ah, si se exules & vera patria sua proscriptos cogitarent; si scirent, quibus in procelloso mundi huius oceano expoliti sint periculis; si præmiorum, quæ ipsos manent, magnitudinem mente voluerent; si hæreditatis ad ipsos spectantis dignitatem perpenderent, quantumque sit in Dei gratia decedere, ipsa dilationis momenta, dies; dies, hebdomadæ; hebdomadæ, menses; menses, anni; anni sæculum viderentur.

Aspirat ad patriam viator è via,

Optatq; nauta posse portum cernere,

Opere absoluto gaudet omnis artifex;

Sæpe homo finis proximus, plorat, gemit.

Idem auctor Gnomicus suam aduersus iniquas sui ipsorum amantium & mortis inimicorum exhortationes apostrophem prosequens addit:

Te dolor dentium & vlcera tibia,

Hermæ,

*Herma, calculus, febris & podagra
Torquet, & grauius causatur tormina:
Et quereris, cum mors hac soluit vincula.*

*Cum venit terminus, vis fugâ soluere,
Magni aestimas menses aliquot addere:
Soluisse satius, cum opus sit soluere,*

Non mors alio erit mitior tempore.

Iam rationes cur tantopere mortem fugiant mortales disquiramus.

XIV.

Omnium animæ timorum causa peccatum est, quo excæcatur, & numquam non exagitur; Peccatum inquam, quod impedit, quo minus in cœlū supremū domicilium suum, & in terram, in qua corpus recedendū est, oculos conijciat. Si verò & alia indaganda causa est, ipsa est, nimius hominum erga seipsos & mundi huius bona amor, qui sensum cerebrum illis terebrat, ac duplicis inquā impingunt, imprudentiæ est causa; dum illis primò rerum futurarum aufert prouidentiam, suadetq; ut præsentibus inhiæt: secundò dū solidā illos gloriā cū vanitate, aurum cum palea, æterna cū temporalibus, cœlū cum terra, paradysum cum gehenna cōmutare cogit, qualis fatui & stolidi esse solet negotiatio. Atq; ut amor hic proprius omnigenarū imperfectionum est seminarium, vanam eorū quæ exoptant spem in animis ipsorū progignit: si senes sint, saltem vel annum adhuc vitæ sibi spondent: si iuvenes, ætatis iure ac prærogatiuis innituntur; si cum ægitudine aliqua conflidentur, proponunt sibi illos qui eodem licet morbo tacti, multos tamen post annos vixere; si viribus præcellant, mortem infirmiore esse putant, quàm ut ipsos adoriatur: si in morbum inciderint, in mentē

reue-

reuocant, plurimos desperatâ licet à medicis false, valetudini pristina restitutos: si rectè valeant, nullum aut morbum aut mortem metuunt; denique mira sibi fingunt & comminiscuntur phantasmata, quibus vanam spem suam fulciant, itaque quàm possunt maximè, vt sibi quidem persuadent, à morte recedant. Hinc eam nonnisi eminùs intuentur, & temporis, à quo adducitur, velocitatem non percipiunt. Atq; vt astrologiâ imperitorum oculi coelorum motû lentû esse iudicant, quod maxima illorum distantia cursus celeritatem oculis nostris quodammodo suffuretur: ita & ijs contingere certum est, qui mortis intuitum semper quàm possunt maximè in futurum coniiciunt; illam namque eminùs ita conspicientes, laneis putant pedibus & gradu testudineo accedere. Et licet plurimos quotidie ante oculos propemodum suos & coram emorientes videant, iuuenes, senes; benevalentes & aegres; diuites, inopes; doctos & indoctos; non magis propterea mouentur quàm in acie milites, semper progredientes vterius, etsi varij hinc inde dextra lauaque commilitones aut ferro aut sclopetis occumbant: vel quàm ij qui Lunæ montes incolunt, aut cataduparum Niliacarum accolæ, ita horribili aquarum summis montibus decidentium sono afflucti, cum vt minimè percipiant. Verùm vt summæ inertie ille est arguendus miles, qui instante iam conflictu, de induendis armis loquentem non sustinet: ita & intolerabilis cæcitas est argumentum, mortem omni non hora exspectare, & nihilominus nonnisi de ludo, vino, delicijs somniare, alijs rebus omnibus sensum mentemque occludendo, quorum sortem caplorans Iob Patriarcha, ait illos *in puncto ad infernum descen-*

descendere: ibi auditum & visum, quem hoc in mūdo prae voluntario stupore & cecitate amiserant, recuperant: ibi tempus amissum plangunt, & quā idem recuperare impossibile sit vident: ibi suam detestantur negligentiam, ob quam iam tam acerbè cruciantur: ibi tacam perniciem maledicunt: ibi cum diuite Epulone serò sapiunt. Atq; hæc infensorum sapientia est, superbiorum poenitentia, occasionem differentium merces, & procrastinantiū stipendium.

XV.

Iphicrates Atheniensium dux, pacis tempore, & per amicorum agrū cōpias suas ducens, castra metari, vallum erigi, excubias agi, tesseram dari, ceteraq; quæ in castris ad defensionem securitatemq; adhiberi solent, usurpari non secus voluit, quā si belli tempus foret; hanc nouitatem stupentibus, & quem timeret, perentibus amicis, *Verior*, ait, *ne subito opprimar, ac tumidicere cogar, non putabam.* Si idem & Christiani facerent, omni essent tempore & hora ad mortem tam repentinam & occultam, quā apertam expectatamque excipiendam parati. Ipse Redemptor noster Christus, qui primus ipsam debellauit ac de ea triumphum egit, hanc sæpe discipulis & Apostolis, & in illorum persona, posteris omnibus, ad quos doctrina illius peruentura esset, vigilantiam cōmēdabat: *Vigilate & estote parati, quia nescitis diem neq; horam.* & alibi: *Quod vñ dico omnibus dico, vigilate.* Sibaritæ, quibus solis huius fax non illuxerat, dum mensæ simul accumberent, pro more habebant, cranium eidē inferre, quod per conuiuarum manus in orbē inambulabat, vt se mutuo temperantiæ commo-
nes facerent, simulq; recordarentur, se sicut carne & cibo

Matth.
24. 43.
& 25. 13.

Ierem.

11. 19.

cibo mortuo pascebantur, ita etiam ad mortem properare, vivere moriendo, & mori viuendo: Eandem ob causam Aegyptij suis in supplicationibus ferculum gestabant aureum, terra opplētū, ac cruce signatum; velut si pręco quispiam vniuerso coetui prophetę verbis & lateribus inclamasset: *Terra, terra, terra, audi verbum Domini*; vel quod quotannis Ecclesia nos dicere iubet: *Memento homo, quia puluēs, & in puluerem reuerterē.* Matrona quędam sæculi vanitatum ludibrium, quęq; omnes a confessario impositas pœnitentias recusabat, huic tandem velut cæteris faciliori atque ieiuit, vt quoties manus lauaret, secum ipsa diceret, *Carnem hanc depascent aliquando vermes.* Vix diebus aliquot leuem hanc pœnitentiam perfecterat, quin ecce penitus mutata sit, & tot enitere breui coeperit virtutibus, quot antę sorduērat vitijs, tam sancto omnibus exemplo prælucere, quā antę vano offenderat. Verē ergo καλὸν ἀνθρώπινον βίη κατὰ πρὸν θάνατος, id est, pulchrum humanę vitę speculum mors est:

COLLOQVIUM:

CVM, o dierum nostrorum reparator, dulcissime Iesu, mundi delitium; infinitę charitatis tuę a morte nos æterna; temporalis tuę meritis, vindicare placherit; ne permittas, obsecramus, vt, eō quod mortem tuam; simul & nostram; ad animum non reuocamus; in eam incidamus; a qua nos ipse eripuisti. Quid nobis prodescent toties effusę lacrymę, sanguis ille tuus ad vltimam effusus guttam; si post copiosam adeo redemi:

redemptionem nos ipsi perdamur? Si nonnisi à
sola mortis memoria id dependeat, paratos ecce
nos à quotidie aliquanto tempore eam ante o-
culos ponendam, & ad numquam in lectulo mem-
bra nocturnæ quietis capiendæ ergo extendendæ,
quin simul meminérimus loculi in quem inferé-
mur tamdiu dormituri; donec ab Angelo ratio-
nem vltimam tibi in resurrectione vniuersali red-
dituri excitemur. Verum fateamur oportet;
verum animarum nostrarum lumen; nec hanc nec
aliam quampiam nobis cogitationem profuturâ;
nisi tuo nos lumine illustres & adiutres. Omnis
Philosophia moralis meræ sunt tenebræ; & men-
tis grauamen; si ipse non adsis. Verbum quod tuam
nobis declarat essentiam, esse item Verbum debet;
quod notiones in mentibus nostris efformet, &
practicè; quod sumus, nobis manifestet; vti & re-
ipsum tibi manifestat. Ipse tam mundi tui arche-
typi, quàm huius visibilis sol & fax est. Sine ipso
in hœc & tenebris informis illius chaos; è qui-
bus mundum eduxit, versamur. Per ipsum vitam
rebus omnibus dedisti & hominibus reddidisti.
Per ipsum ergo & propter ipsum tibi supplica-
mus; vt à morte nos liberet; quæ sola mors di-
cedenda; nec permittas ne; dum ad tempora-
lem nos præparare negligimus; æternam in-
curramus. Diuina tua prouidentia voluit, vt
cibum & vestes à bestiis mortuis mutuaremur;
vt nos hoc pacto continuò eiusdem recordari in-
beret. Voluisti & primò generis nostri auctori
Adami nomē imponere; quod tantūde valet ac *ter-
renatus*, aut *de terra natus*, vt illi simul & filijs eius
vnde formatus erat memoriam, & eius in quod tē-
debat,

debat, timorem refricares. Hinc & terram
colere iussisti, semper ut præ oculis locum haberet
In quem tandem recipiendus esset. Eadem
tam tum cetera animantia viua ac naturæ
circumdedit, solum hominem mortuum
ut omni loco & omnibus in operibus suis
quam sibi ipse arcessisset, recordandi occasio
haberet. Huc etiam spectat, quod quæ iam in
mundi exordio ad hæc usque tempora altaribus
imposita fuere dona & holocausta, mortis
figuram simul & memoriam condita, siquidem, vultus
notauit Apostolus, sine sanguinis effusione
penitus fiebat. Hoc ritu iam inde ab orbe
condito sacrificauit Abel, primus iustus tuus,
item in mundi reparatione, Moyses quoque legem
tuam Hebræis tradens, Redemptor item noster,
Iesus tuus, primus ac secundus naturæ humanæ
agens, verus legislator, summusque Pontifex,
non augustissimum sacramentum & sacrificium
Eucharisticum in mortis suæ, quæ nostram ab
commemorationem instituit. An non in sancto
admirabili hoc conuiuio, in defunctorum memoriam,
qui iam mortis soluto tributo tandem
quando, (misericordiâ tuâ) triumphum acturos
sperant, seruari locum iussisti? & omnis actio
liturgica, quæ ad eum tibi grata, nobis autem utilis
non quædâ doctrinæ de Phæse recollectio est, si
ipse magni consilij angeli transitus, de quo narra-
tio commonefacit, quam de eo, qui à morte per-
ti ad gratiæ vitam, de morte temporali ad eter-
nam nobis faciendus est transitus? Hæc de re Do-
mine cogitabimus, & velut munda ani-
malia ruminabimus, quæ in mortis hora
vellemus; iam iam ipsum facere proponemus,
corui-

coruinam illam vocem, dilationes, & procrastinationes omnes abhorrebimus, manum operi ad-mouebimus, præteritam culpam reparabimus, quod amissum recuperabimus, & quæcumque in obsequio tuo negleximus, & soluenda restant, exactè soluemus: gressus duplicabimus, ac passu gigantino ad perfectionem tendemus, & ad mortem vsquetibi fideles erimus, quæ nobis ter-rori minimè futura est, vbi illam deuicto iam peccato per Iesum Christum filium tuum debel-lauerimus. Concede tantum, illius intuitu, gra-tiam, vt semel à nobis peccato, quod animæ mors est, fugato iterum in ipsum non relabamur. Si im-peccabilis, non natura quidem, (hoc namq; mihi conuenire nequit) sed gratia essem, beatissimum me crederem. Non enim per habitus, sed per so-los actus nos existimas: verùm si anima perfectè in gratia fundata esset, & tua illam charitas ita occuparet, nulla vt tentatione etiam grauissima à fide tibi debita diuelleretur, & *simplicis intel-ligentia* scientia, (per quam quæ esse possent, num-quam tamen futura sunt nosti) tibi ostenderet, nullum in mundo honorem, voluptatem, lucrum, etiamsi maximum fingamus, esse, quod me à te se-paret, quàm me felicem putarem! Tunc me velut quid totum tuum possideres, per principia quæ mihi indidisses, ad instar, etsi non æquè vt gloriosa mater tua, quæ natura quidem peccare poterat, nihilominus gratia tua impeccabilis red-dita est. Concede mihi, benignissime & amantis-sime Domine, concede inquam hanc mihi gra-tiam, non tam meæ perfectionis ergò, quàm pro-pter beneplacitum tuum, & gloriam Patris tui. Tunc nec mortè nec tentationes eminus mihi oc-

Z

claman-

clamantes ut in portu naufragium faciamus formidabo. Vnum quod olim locutus es bone Iesu verbum, me in primis consolatur, quo animas à Patre tibi creditas, de manu tua nunquam rapiendas spopondisti; spes namque me alit esse me de harum numero, & propterea infernum frustra gigantes in mortis meæ hora aduersum me producturum, & suam in me rabiem deprompturum, ut me in supremis angustiis & doloribus subuertat: tunc à te spero me protegendum, ut D. Martinum protexisti in extremis dicentem: *Quid hic adstas cruentabestia nihil in me funestum reperies.* Si verò tartarea tentatio crescat, tu tuum haud dubie auxilium etiam opemque duplicabis, triplicabis, decuplabis, & centuplicabis; & gloriæ tuæ aduersariis imperiosa ac victrici voce præsens insultabis, *Pater meus, quod dedit mihi, maius his omnibus est; & nemo potest rapere de manu Patris mei.* Accedet & Apostolus tuus, qui stentorea claraque intonabit voce: *Si Deus pro nobis quis contra nos? qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat? quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis: Quis ergo nos separabit à Charitate Christi?* Hæc est spes mea reposita in sinu meo: hanc dulcissime Domine reseruo in diem discriminis. Didici porro gloriæ tuæ aduersarium tribus nos potissimum temptationibus tum præmere; vanæ gloriæ inquam, si laudabiliter debiteque vixerimus; desperationis, si secus vita transacta; & infidelitatis, cuiuscumque denum status ac conditionis

Ioan. 10.
28. 29.

Rom. 8.
32.

tionis fuerimus. Idcirco aut tunc aut nunquam auxilio potissimum & suppetijs opus habemus: hinc quotidie matrem tuam dignissimam oramus, bone Iesu, ut nunc & in hora mortis nostræ nobis propitia sit. Illud siquidem est punctum vnde dependet æternitas; transitus est, per quem ad vitam vel mortem sempiternam iter patet; momentum est, quod omnia retro sæcula trahit; scopulus latitans, ad quem collidi nautis queat; portus denique, in quo naufragium potissimum metuendum. Pro vno dæmone procellosum mortalis huius vitæ pelagus concitante, centum & mille portum hunc occupant, & huic freto insident. Quæ vnquam scylla nauibus magis metuenda? quæ Charybdæ adeo periculosa? quæ Capharæia saxa nauigantibus adeo noxia credita sunt? Tunc obsecro, omnipotens, cuius vocem audit sæuiantis undæ fremitus, loquere, teque fac audiri. Si repentina forsan mors mihi utilis fuerit, ob vehementissimas scilicet tentationes, quibus mea forsan cedat debilitas, fac ut inopinatè me opprimat, modò in tua constitutum gratia. at si expedientius (vbi plerumque est) mori me ut sentiam, meque paulatim ad coram tribunali tuo apparendum disponam, à subita & improuisa me more libera. Magnū quippe discrimen est inter confessiones, quæ sano corpore & mente instituuntur, & eas quæ in vltima vitæ periodo, quæque lignum eò deferunt, vbi æternum futurum: vel leuitates quas modò tantum volumus, tum firmæ sunt voluntates & proposita: satisfactiones nostras, quales hodie facimus, tum sequetur restitutio eius quod alienum est; &

attritiones nostræ tum perfectæ sunt contritiones. Tua porro nobis concedat bonitas, vt experientia id nouerimus, vt si te in hoc mundo diligere & seruire non potuerimus, in altero id facere liceat, nec ad annos aliquot dumtaxat & interdum, sed incessanter & æternum. Hoc te obsecro, per agoniam tuam Domine, quæ in crucis arbore te corripuit, per auxilium, quod numquam superiori animæ tuæ parti defuit, etsi permittente Patre inferior extremis esset exposita doloribus; oro te quoque, per tristem animæ ac spiritus tui separationem, cum illum iam in Dei Patris tui manus commēdaras, per pacis illud osculum, quod, venerabili inclinato capite, cū iam exspirares, mihi dedisti, per doloris gladium, quod sanctissimæ matris tuæ anima sub cruce transfixa est, per beatum eius ex hoc mundo in die assumptionis discessum, per triumphalem omnium Martyrum natalem, per felicem sanctorum Patriarcharum, Apostolorum, Doctorum, Anachoretarum, Virginum, & omnium animarum iam te facie ad faciem videntium, & gloria tua donatarum, in cœlos ingressum, per amicam illam receptionem, qua ipsas ex hac lacrymarum valle egressas ad te admittis; admitte me Domine, recipe me, collige me, complectere me. Poenas satisfactorias luere non detrecto, modò tandem paupercula hæc ouis, benigni se Pastoris humeris in prædestinationis ouile inferendam videat, quò illi gratiam & immortalem gloriam, simul cum Patre & sanctissimo Spiritu in sempiternum referat.

MEDI-

MEDITATIO XVII.

DE IUDICIO PARTICVLARI.

PUNCTVM I.



ABVCHODONOSORIS filius & successor Balthazar solenni in epulo, ad quod omnes regnorum suorum Principes & Satrapas vocat, largiùs genio indulgèns, vidit subito quasi manum hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae. Ad hanc visionem expalluit, totum corpus inhorruit, genua ad inuicem collisa, cogitationibus varijs exagitata mens est; eò verò vel maximè, quòd quæ manus (quam solus ipse viderat) parieti inscripsisset legere non posset. Ergo Magos & Chaldaeos aduocat, quorum hic scientia frustra fuit: solus Daniel, Spiritu afflatus diuino, verba legit, interpretatur, & scriptum esse ait: *Mane, thecel, Pharez*, quæ tantumdem valent ac *numeratum, appensum, & diuisum*. hoc porro modo hæc exposuit: *MANE: Numerauit Deus regnum tuum, & completum est illud. THECEL: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. PHARES: Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis ac Persis.* Ad verbum hæc omnia completa sunt, & ea ipsa nocte Rex à sicarijs & percussoribus confosus.

Hæc porro omnia in anima, dum corpore egreditur, peragi certissimum est: numeratur quippe, appenditur, & diuiditur. Numeratur siquidem

dum omnia vitæ superioris acta examinantur, & cogitationes, verba, opera & omissiones quæstioni subiiciuntur excutienda. Appenditur quoque iudicij Dei statera, qui in distinguendo vitio à virtute, demerito, à merito, veniali à mortali nunquam fallitur. Dividitur denique, dum separatur inferno, sequestratur purgatorio, aut gloria donanda in cœlum destinatur. Quæ numeratio, appensio & separatio horrorem non minorem, quam olim Balazaris ille fuit ineunt, quando nulla prævia præparatione quis se iudicio sistere iubetur. Pater enim æternus filij sui manu, & Spiritus sancti digitis scripsit, satrapæ, reginæ, & concubinæ, vasa aurea & argentea, abaci inestimabilis valoris domestici, exquisita fercula, vina delicata, imò ne Magi quidē & sapientes Balazaris nihil dū profuere, quā in dolorū augmentum; quodq; antea superbiæ & sensualitatis erat esca & illiciū, momento in poenam & tormentū transijt.

Idipsum & cum anima agitur, quando Deo invisibili manu sua illam tangere, & sæculo hoc educere placuerit: nam vt taceam illam è rebus, quas deferere cogitur, nonnisi afflictionem sentire, nullum à quoquam expectare auxilium potest; iam enim misericordiæ tempus præterijt, & iustitiæ aduenit. Tunc quippe Deo, iudici inexorabili, ratio reddenda, apud quem effugia; subterfugia, tergiversationes, forus alienus, iurisdictionis incompetencia, aliæq; excusationes frustratorix locum non habent. Tunc quippe unicuique nostrum singillatim dicitur: Numeravit te Deus, regni tui dies supputavit, si rex sis; prælationis tuæ, si prælatus; divitiarum tuarum, si ijs affluas; matrimonij tui, si ipsum ipieris; professionis tuæ, si religiosam

vit am

vitam agis; administrationis tuæ, si rem alienam cures; opificij tui, si mechanicus sis; vanæ nihil agentis & otij tui, si aulicus & nobilis, idque tam exactè supputando, nihil vt addi denique posset. THECEL namq; Dei rigidum est, eiusque statéra æquissima: in vna lancium sunt omnes voluntariæ cogitationes, desideria, verba, opera liberè & spontaneè, iam inde ex quo ratione vri coepisti, ad vltimum vsque suspirium facta; in altera pondus & signum quo signanda sunt opera, vt bona, sincera, iusta dici mereantur, vtque in regnum Dei admittantur, & velut probata recipiantur: Si hæc præponderent, laudantur, & corona iustitiæ illis debetur; sin minùs, reijciuntur vel ad tempus, vel in perpetuum: ad tempus quidem quando talia sunt, qualia Apostolus per ignem ait probanda, & hæc tandem purgari epurarique possunt: alia verò non modò in æternum reprobantur, verum etiam castigantur, atq; hoc potissimum PHARES vox denotat, peccatores morientes dumtaxat respiciens, vtpote quos à regno suo Deus separare & diuiserit, & in manus inimicorum suorum tradiderit.

1. Cor. c. 3.

II.

Quatuor sunt regna, quibus in mortis hora peccator priuatur: vnum extra ipsum est, alterum iuxta ipsum, tertium intra ipsum, quartum in coelo. Primū est mūdus hic visibilis, in quo creatus est homo, vt rebus sublunaribus velut rex dominaretur: hoc in regno cōprehēduntur parentes, amici, principatus, dignitates, diuitiæ, & facultates quas possidet, quibus in hora mortis priuatur. Amara hæc & dolorosa separatio à speculo patiētis hisce verbis describitur: *Diues cū dormierit, nihil secū auferet: a-* Job 27.
periet oculos suos, & nihil inueniet, apprehēdet eū q̄. si 19.

Z 4

agua

aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas: tollat eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo. Fingast tibi (vt verba sancti huius viri exponam) opulentum aliquem ac potentem in prædio rurali cum vniuerso comitatu suo, in cubiculo autem vndiquaq; conuastito, & in lectulo scitissimo, somno profundo sepultum, quem subito latrones opprimant, qui fugatis primùm domesticis, expilatis & conuastatis opibus, lecto eum & domo extrahentes in agròs vicinos raptent, & nudum arbori alligent: illis abeuntibus finge & aquarum, grandinis, & ventorum procelloforū repestatem ingruere, illum belluarum rabiei & furori expositum manere, famulis, opibusque iam destitutum, & tempestate circumfremente vallatum. Quò non hic iam antè adeo potens & opulentus reductus est: quæ illum angustiae premunt, & terrores? Hæc omnia tibi, inquit Iob, contingent, si vitæ huius bonis inordinato affectu adhæreas: nā interim dum rectè valēs, cupiditas, voluptas, ambitioq; oculos tibi fascinant, non secus ac si fide penitus careres; at superuenit derepentè mors eosdè aperiens, diuina iustitia iuxta demerita tua sententiam profert, infernus te deglutit, quod eò èt terribilius futurū quò minus præuisum: quod ex aliorū regnorū amissione euidentius colligere est.

Secundum regnum, quod nobis vicinum & proximum, & nostri pars quædam esse videtur, corpus est, in quo & anima residet, & absoluto iam imperio omnibus eius potentijs & facultatibus præsidet; illæ autem ipsi quàm exactissimè parent, aliæ quidè vt mancipia, aliæ vt liberi cives, quod Aristoteles despoticum & politicū imperiū vocat. Regnum hoc in mortis articulo diuiditur,

aut

aut potius mors ipsa non nisi partis terrestres à celesti diuisio & separatio est, quam morborum aut accidentium exteriorum violentia causatur. Quid verò tum accidit? Idem omnino quod regno, rege sublato; subditi namque qui antè pacificè inter se coniuncti erant, in partes distrahuntur, hostes verò irruentes prædas agunt, & omnia depeculantur: ita & animâ egressâ ipsæ corporis partes dissolui, & in ea resoluti elementa incipiunt, è quibus composita erant; & hostes eius iuratissimi, Persis ac Medis immaniores, serpentes inquam, ut sapiens ait, bestia & vermes corpus dilaniant, illius exuias dispoliant ac discerpunt, rabidam carne eius famem pellunt, nec prius eam deserunt, quam penitus consumpserint. *Detracta est, inquit Isaias, ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Regni huius separatio priori longè grauior, utpote à re viciniore, familiariori, & cariore. At tertij, quod homini ipsi inest, longè est horribilior, eius inquam regni, de quo Redemptor in Euangelio ait: *Regnum Dei intra vos est.* quod Apostolus in iustitia, pace, & gaudio Spiritus sancti consistere vult, nomine iustitiæ virtutes omnes, & charitatem ceterarum reginam comprehendens. Regnum hoc peccator diuidit & amittit, quando fidem quidem retinet, à charitate autem excidit; quando dæmonum, qui credunt & contremiscunt ritu, fide quadam acquisita, naturali & humana, non autem infusa, supernaturali & diuina credenda credit; aut si quid eius superfit, ipsa nihilominus velut mortua est, actionibus iuncta mortiferis, & à bonis operibus, quæ à gratia vitam accipiunt, separata. Hac diuisione facta sequitur vltima quar-

Eccles. 10

13.

Isai. 14.

11.

Luc. 17.

21.

ti regni, cælestis nimirum; quæ diuifio coram iudice æquiffimo fit, è cuius ore horrendam illam animam audire fententiam cogitur, Auforatur impius, vt non videat gloriam Domini, & cum in terra fæctorum iniqua gelferit, ab illis feparetur, ne videat quæ vident, nec poffideat quod ipfi poffident. Quis animam terror ac tremor occupat dum fuâ nondum fententiam accepit, & eius iam tonitru veretur? quis furor & rabies, quando inreuocabiliter iam lata eft? III.

Vt iudicium particulare rectè intelligatur, tria confideranda funt. Iudex ipfe, quæ diiudicaturus eft, & quem in iudicando tenebit ordinem,

Iudex eft is, *qui conftitutus eft à Deo iudex viuorum & mortuorum*: & qui de fe ait: *data eft mihi omnis potestas in cælo & in terra*: & alibi: *Dedit ei Pater iudicium facere, quia filius hominis eft*; quafi diceret, Aequiffimū eft, vt qui ab hominibus iudicatus eft, etiam homines diiudicet, vt qui hominum redemptor & reparator fit, Ne quis verò exiftimet fe excipiendum, Corinthiis ait Apoftolus: *Omnes enim nos manifeftari oportet ante tribunal Chrifti, vt referat vnusquisque propria corporis prout gelfit. fæue bonum fæue malum*.

Ex hoc loco difcimus etiâ de quibus fit rebus iudicaturus, verū id expreffius ex illis vltimis Ecclefiaftæ verbis: *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudiciū pro omni errate, fæue bonū fæue malū illud fit*; ac ne fortè quis credat, de folis id actionibus operibusq; non verò de verbis intelligi, ijdem æternæ fapientiæ os apud Matthæum ait: *Dico autem vobis, quodd omne verbū otiofum, quod locuti fuerint homines, reddent rationē de eo in die iudicij*: Ne verò ad fola opera verbaque reftringi fententiā putemus,

idem

Ifa. 26.
10. iuxta
LXX.

Act. 10.
42.
Matt. 28,
18.

2. Cor. 1, 5
10:

Ecc. 12.
14.

Matt. 12.
36.

idem veritatis oraculum etiam ad cogitationes ipsas hoc extendit: *De corde enim inquit, exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furti, falsa testimonia, blasphemie, hæc sunt quæ cõ inquinant hominem.* Simul tria hæc cõglobat sapiens dicens: *In cogitationibus impij interrogatio erit, sermonum autem illius auditio ad Deum venit,* Sap. 1. 9. *ad correptionem iniquitatum illius: & post: Erit vir-* Sap. 6. 4. *tus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur.* Et apud Isaiam: *Lauamini, Isai. 1. 16. mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis; quiescite peruerse agere.* Et in Ieremia: *Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua si-* Ierem. 4. 14. *as, vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?* & Psalmista: *Deus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt.* Ps 93. 1. Inter ceteras autem vanitates hæc numerari debet, quod sæpè opus aliquod iustum esse iudicet, quod tamen coarguetur & reprehendetur ab eo qui & in angelis prauitatem reperit, & de se ait: *Ego quoque iustitias iudicabo.* S. Augustinus in hanc rem de S. Monicæ matris suæ virtutibus agens: *Va, inquit, quantalibet hominum pietati, si seclusa misericordia illam discutias,* vnde sequitur, iudicanda à Deo non modò praua opera, verba, & cogitata, sed etiam actiones bonas, atque hoc per emphasin denotat verbum *Cuncta*, quo vsus Ecclesiastes loco suprà allato, dicens à Deo omnia deiudicanda tã bona quàm mala.

Iudicium hoc primo post mortem momento peragetur, atq; hoc denotant illa Apostoli verba, *statutum est hominibus semel mori.* *μιτα δὲ τοῦ κρη-* Heb. 9. 27. *us, post hoc autem iudicium.* Adeò vt sicut animæ corporibus eo ipso infunduntur instanti, quo creantur, & eo creantur quo infunduntur, eo in quâ momento quo hæc iã in vtero materno perfecta & or-

ganizata sunt, ita eodem quo anima corpore euolat momento diiudicatur, & dum iudicatur, egreditur. Numquam existit anima, quin fuerit simul corporis forma, & numquam exclusiue definit esse corporis forma, quin iudicata sit. quod temporis instans duo continet instantia naturæ, quorū vno egreditur, altero iudicatur. Duo huius rei nobis exempla Philosophi dant & Theologi, docentes octauum caloris gradum numquam sine ignis forma esse, nec perfectam sine gratia contritionis tamen nec forma ignis, nec gratia iustificans ante introducuntur, quā octauus caloris gradus, & contritio respectiue in suis sint subiectis. Non ergo necesse est D. Michaeli bilacē affingere, neu fingere Deū lōgē à nobis abesse: etenim ubiq; præsēs adest & ubiq; sua exercere iudicia potest. Angeli tutelares semper morientibus adsunt, & interdū ex singulari Dei dono, Sancti qui singulārē nostri curā gerunt. Actio verbalis hic non in charta, aut mēbrana exaratur: patroni causidiciue hic negādo asserēdoq; causam aut actionē non agūt: sed vnico nictu oculi suum animæ cuiq; Deus statum ac vitæ cursum, ad penitissimas ac minimas vsque cogitationes reuelat, qdquid meretur aut demeretur gratiā aut indignationē, & eodē momēto vel vitæ vel mortis, æternæ in illam profert sententiā.

*S. Mich.
verè an-
imarū re-
ceptioni
præst. &
iudicio
Dei verè
adsistit,
atq; hoc
bilanx,
quam il-
li pictores
affingunt
indicat*

*Si qua
Authen-
tica de a-
nimarū
transla-
tione, de-
que lite
verbosa
iis inten-*

Iudicis sui iustitiam in eo agnoscit anima, quod omnes actiones suæ verba & cogitationes non modò illi repræsententur, sed etiam præsentedur: omnia namque Deo præsentiā sunt, & æternitati eius nihil præteritum, nihil futurum. Hinc S. Basilus ait, visuros nos aliquando ea quæ præterita censebamus, nec ea quidem ex relatione aut per imagines, sed in seipsis.

Ex hac

Ex hac temporis & rerum temporalium cum æternitate coexistentia, quæ iuxta Boëtium, non est aliud quàm interminatæ vitæ tota simul & perfecta possessio, multa quæ alioquin difficillimè comprehendendi queant, discere possumus.

1. Bona opera Deo semper honorem afferre.

2. Impiòs e contra illum semper contumelia & infamia afficere.

3. Semper illum ab illis voluptate affici.

4. Ab his vicissim semper offendi, irritari, & dolore compleri.

5. Quando peccatorem Deus in gratiam admittit, non inde sequi, illum peccatum eius non odisse, & non semper id in propria deformitate in-
tueri.

6. Numquam illum obliuisci aut non videre malum æquè ac bonum, etsi cum illo qui ad poenitentiam rediit ita agat, ac si non amplius mali recordaretur.

7. Impossibile esse Deo rei cuiusquàm obliuisci.

8. Impossibile esse, illum quidquam ignorare, nos quoque aliquid agere, quod non ipse norit, nõ modo quod in nobis ipse sit, & nos vicissim in illo; verùm etiam quòd omnia coram ipso, in puncto hoc æternitatis, quod omnia indiuisibiliter & inseparabiliter comprehendit, existant & subsistant.

9. Sicut sæcula æternitati, & temporis extensio puncto indiuisibili coexistunt, ita Moyse facile fuisse creationem mundi instantaneam per diuersos dies & per actionum pluralitatem repræsentare.

10. Aeternitatem esse ingens quoddam omnium mundi historiarum volumen, aut potius theatrum, rem antè præsentans, quàm eam repræsentet, & pandectas, quibus res qualescunque fuere, sunt &

erunt

tata, ex-
stet histo-
ria, secus
atq; hic
diximus,
id esse dic-
imus.
extraor-
dinarium:
Deo in-
terdum i-
ta vel ad
viventium
instructi-
onem, vel
aliam ob
causam
permit-
tente.

erunt sine vlla mutatione continentur.

11. Non modò per eminentiã, vt metalla sũnt in aurò; formæ vegetatiuæ & sensitiuæ in anima rationali; ratiocinationes nostræ in simplici angelorum intelligentia; diuersæ ordinum inferiorum species in speciebus superiorũ, quæ numero pauciores; aut hæc in specie & notione primæ intelligentiæ; non inquam hoc modo; verũ realiter; formaliter, & cum omnibus dependentiis suis, res in æternitate esse, fore, existere & subsistere.

12. Nihil nos dicere, facere, cogitare posse; quin semper Deo præsens existat non modò quòd in nobis per essentiam, præsentiam & potentiam agat; sed etiam quòd æternitatis eius punctum omnia; vt diximus, complectatur. Ex *1^o* omnia colligimus sententiæ ipsius veritatem; & ex *2^o* *indivisi-
liter* subiecti in instanti cõprehendendi facilitatẽ: Quod nobis ad benefaciendum virtutemque colendam esse stimulus debet; videntibus nimirum, si quod facturi sumus bonum Deo hoc in æternarũ suarum idearum præscientia gratum fuisse, & hoc illi in futurum (numquam futurum) semper honorari fore & gratum: e contra verò si prauum hoc illi ab æterno malum etiam visum, ac displicuisse, & proinde hoc illi displiciturum, odio & execrationi futurum; quàm diu erit Deus, Adeo vt in nostris sitũ sit manibus Deũ vel honorare (numquã enim eius deest gratia) vel cõtumelia afficere: in nostra sit potestate illum aut voluptate aut tristitia, letitia aut mærore afficere: quidquid enim facimus quidquid aggressuri sumus, hoc ab omni ipse æternitate vidit ac prauidit: etsi ipsum non ideò facturi sumus (vt supra me dixisse memini) quod ipse

quod ipse præuiderit; at præuiderit, quod id facturum nos essemus, & eo inclinaremur. Hinc etiam discimus, æquissimum esse ut æterna Deo data tristitia puniatur æternum in eo qui eam causatus est, nisi se per veram poenitentiam à culpa separet, à qua illa causari solet: uti vice versa, rationi cōuenientissimum esse illum in sempiternum beari, qui æternam Deo suo gloriā & lætitiā studuit afferre.

IV.

Quando Dominus apud Euāgelistam hæc supremi aduentus sui signa prænuntiat dicens: *Erunt signa in sole, luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum. are-* Luc. 21. 25.
scentibus (aut velut expirantibus) *hominibus præ timore & expectatione qua superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cælorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate;* notandum hæc iudicii vniuersalis signa aliquo etiam modo in particulari vniuscuiusque nostrum fore, tam in mundo magno, quem *macrocosmum*, quàm in paruo, quem *microcosmum* nuncupant. Sol & luna, siquidem sunt oculi, duo nostra astra gemella. Stellæ, auditus, odoratus, gustus, tactus; gentes, parentes & consanguinei; mare & fluctus, humor radicalis, calor naturalis, humores alij, primæ quoque & secundæ qualitates: virtutes cælorum, cerebri, nervi, qui per spinam dorsi suum erahunt alimentum: apparitio filij hominis, iudicium eius est & sententia, quam anima corpore exeunte de nobis fert; nubes, est modus quo se à damnatis sentiri faciet, sua tamen illis non manifestata essentia; maiestas eius se prodet electis, potestas deniq; sententiam

in

in vtrosque latam executioni mandabit. Hanc porro præcedent signa, quæ solem lunamque obscurabunt, quâdo nimirum oculis caligo nebulosa & cæcum velamen oppandetur: stellæ cadent, quâdo auditus, odoratus, gustus, & alij sensus euanescent: pressura erit in gentibus, quando vxor, filij, parentes, affines, consanguinei lectulum doloris circumstabunt, plângentes & eius decessum lamentantes, quem adeo carum habent, & illis adeo coniunctus est. Sonitus maris & fluctuum erit pugna illa inter siccum & humidum, frigidum & calidum, partes nobiles & obscuriores, calorem naturalem & humorem radicalem, quæ simul exhaurientur & exstinguentur. Virtutes verò cœlorum mouebuntur, cum spiritus vitales, animales, naturales arterijs deficient, nerui suum non amplius à spina succum trahent, defluxiones à cerebro infirmo dimanabunt, quæ dein in fauces incidentes spirandi angustias causabuntur, ac tum denique ad supremum pulmonum non iam respirantium, sed expirantium flatum anima euolabit, euolâsque in suum incidet iudicem, totius vitæ eius seriem in manu velut continentem. Fiet hoc per speciem quandam intelligibilem vnico momento dicta, facta, cogitata omnia, eo prorsus modo quo dicebantur, fiebant & cogitabantur, & iuxta eadê irrenocabilem meriti demeritique sententiam, quæ ilico Angelorum bonorum malorûue ministerio exequetur, repræsentantem. Beata porro illa anima, quæ sic vitam instituerit, vt tunc in amicissimi sui manibus esse queat, in illum incidat quem semper quæsiuit, illique vniatur, cuius amore suum à rebus mundanis omnibus affectum diuerterat.

FRVCTVS I.

Iudicio huic se sistere ita metuebat Psaltes, vt orans Deum diceret : *Ne intres in iudicium cum seruo tuo, neque enim iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* *Psal. 142. 2.* Iob verò miratus Dei tam potentis maiestatem eò se deijcere, vt hominem examinare & diiudicare velit, exclamat: *Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?* *Iob. 14. 3.* Ante verò dixerat : *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?* Metuebat & Petrus, etsi de prædestinatione sua certissimus, dñ scriberet: *Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? eiusque collega: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs predicauero, ipse reprobos inueniar.* *1. Pet. 4. 18.* de qua reprobatione alibi scripserat, *Horredum est incidere in manus Dei viuentis.* quasi dixisset, sicut volupe & optabile est incidere in manus Dei morientis, ita amarum & horrendum incidere in viuentis: olim enim suam depromebat misericordiam, iam verò exercet iustitiam: tunc manuum laterisque vulnera refugij erant loco, modò maioris sunt damnationis occasio: tunc quidem moriebatur peccatores saluos factururus, iam verò resuscitatus est, & factus immortalis, ad æternum castigandos illos, qui in peccato ex hac vita decedūt: *quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo.* *Heb. 10. 31.*

II.

Salutaris hæc iudicij diuini formido iam inde ab Apostolis & Patriarchis deriuata, ad Sanctos omnes dimanauit. Arsenius, qui relictâ regiâ Theodosij, cuius filiorum pædagogum egerat, in desertum concesserat, in eoque multos annos Deo seruierat, vitamque adeo puram sanctamque instituerat, ut ab oratione reuersus terram intueri indignum crederet, dicens: *Claudimini oculi mei, quid enim videbitis in terra tale, quale vidimus in cælo?* is inquam Arsenius, cum ad vitæ extremum venisset, collegis circumstantibus & insolitum eius pauorem mirantibus, ac dicentibus: *Tunc hac in hora etiam metuis Pater? Fili,* inquit, *non hodie primum diem hunc metuere cæpi, sed tota me vita timor is numquam deseruit.* S. Agathæ, cuius in collationibus SS. Patrum toties fit mentio, in mortis articulo rogatus cur extimesceret, ait, *quia alia sunt Dei, alia hominum iudicia.* S. Hilarion moriēs metuēti sibi animos dabat dicēs: *Egredere, egredere anima mea, septuaginta prope annis Deo seruiuisti, & mori times.* Alius nomine Stephanus, cuius meminit Ioānes Climacus, cū in vita cœnobitica dudū se mortificationibus exercuisset, & donum lacrymarum, abstinentiæ, aliarumque virtutum à Deo obtinuisset, à superioribus sibi solitariæ agendæ vitæ facultatem fieri petijt: qua tandem impetrata (ut verisimile sit) ad montis in quo olim diuinā illam visionem, cuius in regum historia fit mentio, Elias habuit, radicem cellulam construxit. Nec ergo qui tam sanctē vitam hætenus instituerat, adhuc austerioris ducendæ actus desiderio, in alium rursus concessit locum. Si Dei nomine, in quo

Hierony.
in vita.

ana-

anachoreta solitariam in deserto vitam agebant. Cum ergo diutius in hac vitæ asperitate vixisset, in loco adeo ab omni hominum consolatione remoto, circa vitæ finem ad priorem cellulam ad radicem montis Oreb, in qua duos discipulos Palæstinos pios admodum & sanctos reliquerat, qui eamdem seruabant reuersus est. Dies aliquot cum hic substitisset, in morbum incidit, e quo & exspirauit. Pridie ergo quam exspiraret, subito velut consternatus contremuit, & patentibus oculis huc illucque circumspexit, & quasi attitissent, qui rationes ab eo exigent, audientibus aliis, interdum aiebat: *Fateor, verum est, sed tot id annorum ieiunio expiaui. Alias, Nequaquam, non feci, mentiris. alias etiam, Ita se res habet, sed ploraui, & propterea tot annis proximo seruiui.* quibus & aliquando, *Iure me accusas, nihil quod respondeam habeo quam misericordem esse Deum.* Horrendum, inquit Climacus, id videntibus erat spectaculum & terribile inuisibile illud audire iudiciū. Et addit, Ah miserū mel quid mihi fiet? Magnus ille anachoreta, interdum quod respondeat, nescit; is inquam, qui quadraginta ipsis annis monasticam egerat, donum lacrymarum obtinuerat, & suis Leopardo manibus escam porrigebat, tam strictum ex hac vita egrediens examen subiit, incertos quoque nos relinquens, ecquod suum esset iudiciū, quis finis & & causæ decisio. Hactenus Climacus: quibus & ipsa D. Hieronymi ad Eustochium verba subiungere visum de se hoc modo scribentis: *O quoties ego ipse in eremo constitutus, in illa vasta solitudine, qua exusta solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Roma-*

Epist. 42

*nis interesse delicijs: sedebam solus, quia amaritudi-
 ne repletus eram: horrebant sacco membra, & squali-
 da cutis sicut Athiopica pellis obduxerat. quotidie
 lacryma, quotidie gemitus. & si quando repugnantem
 somnus imminens oppressisset, nuda humo ossa vix
 barentia collidebam. Ille igitur ego, qui ob gehenna
 metum tali me carcere ipse damnaueram, scorpio-
 num tantum socius et ferarum, choris intereram
 puellarum: pallebant ora ieiunijs, & mens desiderio aestu-
 abat in frigido corpore, & ante hominem suum, in
 carne pramortua sola libidinum incendia pulliebant.
 Hęc tentationum suarum & vite suę asperitatum
 quam Hieronymus instituit descriptio, & quomo-
 do corpus edomaret, ad hoc referuntur: Ego ob
 gehenna metum tali me carcere ipse damnaueram:
 quasi diceret, paucis Diuinorum iudiciorum, & pœ-
 narum peccatum ut plurimum comitantium formi-
 do, omnes me quas corpus humanum subire potest
 asperitates æquanimiter deuorare, & quas Satan &
 voluntarius deserti carcer suggerere poterant,
 tentationes generose cogit superare. Idem sen-
 tiebat & Ambrosius cum in Lucam scribit: *Va*
in Lucam *mibi nisi plorem delicta mea: va mibi nisi medianoc-
 te consurgam ad confitendum nomini sancto tuo*
Domine: va denique mibi, si proximum decepero, &
non loquar veritatem, quia iam securus ad radicem
posita est. & Augustinus: *Propter huius utilitatem*
secreti, ne forte quis extollatur: sed omnes etiam qui
bene currunt, timeant, dum occultum est qui perua-
nant. Hęc porro apprehensio ac formido pueri-
lib. de *les paniceue non sunt timores, sed veri, & iusti*
correp. & *pauides, quas omnis timorata conscientia habeat*
gratis *oportet. Si porro ita metuat iustus, quid pec-*
catores facere par est? quid de arundine
*filue-**

fluestri fiet, cum cedri Libani pauidæ contremiscant? si in viridi hæc fiunt, in arido quid fiet?

III.

Septem paucis pieque rationes adducit in moralibus Gregorius cur Sancti non minus, imo plus ceteris diuina iudicia formident. Primò, quòd *7. Mordæ* semper metuant, ne se benè perspectos habeant, & occultum aliquod in eis peccatum lateat. Secundò, quòd etsi adiuuante Dei gratiâ, facilè sibi quis ab operibus malis cauere possit, non adeò tamen sit facilè malas cogitationes repellere, quæ omni propè momento homini obuersantur; metuunt proinde sancti, ne fortè occultè iis consenserint, non quidem expressa voluntate, sed velut furtim & clanculò. Tertiò, quòd semper occulta Dei iudicia timuerint, & quò illorù à corpore diuulsio sit vicinior, & iudici se propiores fieri sentiunt, eò & metus hic quotidie magis & magis excrescit. Quartò, quia in mortis hora vanæ cessât cogitationes, & imaginatiua facultas nulla tum prorsus re occupatur; hinc eius vis tum circa objecta timoris est vehementior. Quintò, quòd qui fini suo appropinquant, nonnisi de seipsis solliciti sint, & de Deo solo cogitent, in cuius conspectu versantur, cetera porro omnia obliuiscantur, vtpotè sibi posthac minimè profutura; vnde fit, vt sicut in vita nihil magis quàm bonorum temporalium, ita modò nihil magis quàm æternorum iacturam formident. Sextò, etsi forsitan nihil omisisse se eorum bonorum quæ nouerant, occurrat; metuunt tamen, ne omiserint fortè quid eorum quæ ignorarunt, scire tamè, nisi per ipsos stetisset, poterant. Septimò, quòd si fortè in peccatum ali-

quod lethale labantur, cum poenitentiae tempus breue fit, non ita facile recuperare amissa queant. Hæ sunt magni huius sanctique Doctoris ac Pontificis rationes: quibus addere possumus, damnatum aut saluatum esse, æternum cum Deo, aut Cacodæmonibus agere, aded in se esse magna, vt, cui id speciali reuelatione cognitum non est, merito semper parere & angi debeat, eò verò magis quo fini suo fit vicinior. Atque hoc toties nos verbum vitæ admonet. *Beatus homo qui semper est pauidus. Nemo scit vtrum odio an amore dignus sit. Timebam Dominum quasi venientes super me fluctus.*

Præu. 28.

14.

Ecclesi. 9. 1.

Ioh. 21. 23

Iob. 9. 28.

1. Cor. 10.

12.

1. Cor. 44

Röm. 11. 20

Phil. 2. 12

2. Pet. 1.

10.

li. de cor-

rupt. &

gratia c.

13.

Verebar omnia opera mea, sciens quia non parceres delinquenti. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui me iudicat Dominus est. Tu fide stas, noli altum sapere, sed time. Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciat. Docet id & sentit D. Augustinus, Quis ex numero fidelium, quamdiu in hac mortalitate uiuitur, in numero predestinatorum se esse præsumat?

D V A E id rationes concludunt. I. Prædestinatio à D E O solo dependet, ergo sine speciali eius reuelatione nemo de ea esse certus potest. 2. Vt quis saluus fiat, ad finem vsque perseueret necesse est, vti veritatis tradidit oraculum.

Matt. 10.

12.

N E M I N I porro certò constat ad finem vsque se perseueraturum, nisi is à quo bonum dependet, hoc sibi manifestet: omnes ergo metuere simul & sperare debent. Timor namque

namque spei expertis imperfectio est, & spes sine timore imperfecta. Dæmon siquidem sperat semper tentationibus nos suis inuoluere, quam obrem semper metuendum: Deus e contra saluos nos esse optat, nosque incessanter ad se vocat; semper ergo, ad extremum usque spiritum, sperandum est.

IV,

Non intres in iudicium cum seruo tuo, aiebat qui erat secundum cor Dei. Quam ergo rationem reddent mundi affectuæ & sectatores, si Dei serui hoc examen ac iudicium ita perhorrescant: *cur timebo in die mala?* quærit alibi, sibi que respondens ait, *Iniquitas calcanei mei circumdabit me*: quasi diceret, à peccatis, quæ, quia exigua erant, non pluris æstimabat quam lutum quod pedibus proteritur, se in die iudicii acriter accusandum. Tunc nepe iræ diuinæ fax omnes conscientie angulos excutiet, & omnia cordium nostrorum arcana, recessusque occultiores penetrabit & scrutabitur, ut loquitur Sophonias. Et si sancti iam seipsos accusent, quid erit, quando quod à facie Dei procedit, lumen, propius illos collustrabit? Nemini porro dubium est, quin anima iam iudicata, seipsam illico condemnet, mox ut quidquid deliquit, illi re-
præsentatum est. Atque hoc significat Dominus in parabola de vinea, quando vinitores ipsi, qui tam iniuri in patrem familias exstiterant, sibi que vineæ ius vindicarant, in seipsos condemnationis tulere sententiam, dicentes: *Malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis*.

V,

Scriptum est, *omnis terra commodeatur ante faciem eius*

eius, & metuant eum omnes habitatores orbis. Quis ergo non tremat ac timeat? quis non commoveatur? quando supernè iudex imminet iratus, infernè gehenna patens terribet, ad dexteram peccata accusabunt, ad sinistram demones adstant, intus conscientia mordebit, foris mundus undique ardebit. Sicut cera fluit à facie ignis, sic peribunt peccatores à facie Domini.

Psal. 67.

2.

VI.

Si consternati sint & perculsi filij Iacob ad illa Iosephi fratris verba: *Ego sum Ioseph frater vester, quē vēdidistis in Aegyptum*, commissi in eum sceleris & flagitij memores, quomodo non consternabitur peccator, ubi dicentem Dominiū audiet: *Ego sum Iesus, quem toties offendisti?*

2. Paral.

12.

Iudith. 2.

17.

Principes Iudæ, viso, victricem Sefac regis Aegyptiorum gladium Ierosolymis passim in ciues sæuire, è præsentis supplicij poena, præteritorum delictorum culpam agnouere. Holoferne Madianitas subiugante, & in agrum dein Damascenum irruente, segetes & fata exurente, arbores excindente, omniaq; longè lateq; depopulante, ait Scriptura cecidisse timorem illius semper omnes inhabitantes terram: at quid quæso hæc sunt, collata cum confusione quæ animam occupat, quādo Deo se sistere iubetur? si enim semel condemnata sit, lacrymæ nihil amplius prosunt, poenitentia inutilis, preces non audiuntur, promissa de futuro nullum habent hic amplius locum, ac diuitiæ; consanguinitas, gratia multò minus. nam ut ait sapiens, *non proderunt diuitia in die ultionis: iustitia autem liberabit à morte.*

Prou. 11.

4.

VII.

Circumdederunt me dolores mortis & pericula

la inferni inuenerant me, dicet tum anima desolata *Psalm. 114.*
 & tristis. Ah ad quas mea me peccata angustias re-
 degerunt! Quis credidisset fore, vermis vt corro-
 dens adeo esset mordax, & morsus eius tam amarus,
 Vbi latuit hactenus synderesis illa quæ me modo
 adeo cruciat? Perfida mors, quid ita me inopinato
 occupasti? Caro infamis, vermium facce, putredi-
 nis pyxis, malorum theca, hæcne illa longæui-
 tas, quam tibi stulta spondebas? Momde impostor,
 fallax, mango, quoniam cessit spes quam mihi da-
 bas? Dignitates tuæ, diuitiæ, splendores, fastus, &
 promissa omnia cum vili linteo & sex pedum fos-
 sa commutabuntur, & in ijs terminabuntur. Tu
 facultatibus quas desero, frueris, tu eas consumes,
 & quæ ijs coæteruandis admisi delicta, vbique me
 sequentur, & numquam non torquebunt. E volu-
 ptatibus præteritis nihil planè mihi superest, quàm
 frages & fæces, dolores inquam & amaritudines,
 quibus cor modo transfigitur. Eram ad cum homi-
 nibus scitè comiterque conuersandum habilis, in
 rebus domesticis procurandis comprimè gnarus,
 de sanitate & pulchritudine corporis curanda ma-
 ximè laborabam, & de salute minimum. Quid er-
 go agemus nunc paupercula anima mea? quid fiet
 nobis? quò nos conuertemus? alijs saltem exemplo
 & speculo simus nostro damno vt discant, melius
 se ad supremum hunc conflictum disponere. Si vi-
 derent quæ videmus, si quæ experimur scirent, si
 quæ sentimus, sentirent, an vt loquuntur loqueren-
 tur, viuerent vt viuunt, facerent quæ faciunt,
 nos quoque iidemné essemus qui fuimus, si repeti
 vita posset? Ah quàm illud verum quòd

Hunc qui mundum vult amare

Is profundum intret mare,

Aa 5

E qua

E quo vix enauiget.

Cursum magis quo vrgebit,

Fluctus magis hoc tumebit,

Qui procul disficiet.

Vanum mundus est phantasma,

Somnus est in axe plasma

Personata fctio.

Hunc qui colit & adorat,

Tandem penitet & plorat

Pretant illo premio.

Vab immunde, vab putreda,

Vab sentina, vab serpedo,

Omnia mali vomica:

Deo cares, cares rege,

Fide cares, cares lege,

Omni bono vacua.

Ergo vale fallax mango,

(Quod te colui hoc plango)

Vane, mendax, perfide.

Nihil mihi posthac tecum,

Nihil tibi posthac mecum,

Vale munde sordide.

VIII.

- Esth. 14.** Esther vbi Affueri regis splendorem ac maiestatem intuita est, consternata præ stupore in terram concidit. Cum Angelus Raphael Tobia: vtrique diceret, Ego sum Raphael Angelus, vnus ex septem qui astamus ante Dominum; turbati & cōsternati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suā. Cum tertio anno regni Regis Persarum arcamum Dei verbum Danieli reuelatum fuit, de se ipse ait:
- Tob. 12.** Vidi ego Daniel solus visionem: porro viri qui erant mecum nō viderunt, sed terror nimis irruit super eos, & fugerunt in absconditū: non remansit autē in me vtitudo, sed & species mea immutata est in me, &
- Dan. 10.**

emarcui, nec habui quidquam virium. Quid futurū, quādo rex Angelorū ad animā veniet, nō quidē noua incognitaq; reuelaturus, sed conscientiae statū manifestaturus: non prādicturus illi desolationē monarchiarum terrae, sed quid illi euenturum sit significaturus? Si cohors militum, quae ad illum capiendum in hortum oliuarum conuenerat, ad verbum illud, *Ego sum*, retrorsum cecidit; quid peccator faciet auditurus vocem illam, *Ego sum* quem tu spreuisti, ego quem offendisti, ego cuius sanguinem pedibus protriuisti, ego creator, Redemptor, & conseruator tuus, quem seruire fecisti in iniquitatibus tuis. Equidē liberū arbitrium tuū verebar, cogere illud nolui, in consilij tui manute reliqui, apposui tibi aquam & ignem, bonum & malū, vitam & mortē, vt ad vtrū velles manū extēderes; & ecce voluptatem brutalē, mendacij somniū (tales nimirū erant eumentiti honores tui) questum ymbratilē, assumptam personatamq; laruā, leuis iniuriae vindictā & indignationē, furoris tui completionem & vlcionem, vnū gutturis hauitū, aleam, chartam lusoriā, pilā deniq; mihi Deo tuo & regi prætulisti. Seruabā linguā, quā me blasphemijs lacescebas: cor custodiebam, quo noxia concupiscebas: manū sustinebā, quā verberabas: corpus alebā, quo peccabas: in anima habitabam, quā Satanæ sedem ac solium reddebas: me prāsente & inspectante gratiam meam fugabas, quo peccatū, tuum iuxta ac meum hostem, admitteres: bonis te & facultatibus cumulaueram, & haec omnia ad me oppugnandum conuertebas: selegeram te vt esses benedictionum mearum subiectum, & maledictionum vice versa esse voluisti: conatus sum aptare te Patris mei gloriae instrumentum reddere,

dere, tute omnis te impietatis organum fecisti: Angeli mei te circumsecus meo iussu stipantes protegebant, tibiq; obsequebantur, & perfide te dedidisti ijs aduersus quos illi te tuebantur: sancti mei, fratres tui nati maiores tibi fauebant, & auxiliabatur tibi incomparabilis hæc Virgo, quæ mihi naturâ mater, etiâ tua per adoptionem & gratiam esse gestiebat: & omnia hæc auxilia tam parui fecisti, honores illos ac gratias ita vili pendisti, ac si nullius hæc momēti, aut te indigna fuissent; apage ergo, recede à me scelesse, & æternum in insensatorum chaos, qui tuæ locus ingrati tudini ac stoliditati quadrat, abito. Quàm verò parua hæc sunt quæ dicimus aut meditamur, si alias grauioresque Dei ad animam iam emigrantem obiectiones & impropria cogitemus, quæ vera vicissim esse confitens sibi obiecta, hæc quæ sequuntur ad se ipsa eloquitur.

IX.

Hæc cum ita sint, & diu viuendo vitaq; longiore Dei iudicium euitare nemo queat, sed condemnationis causas potius accumulet; cur tam diu in terra & inter mortales agere misera desiderauit? Quò vita diuturnior, miserum! eò & plura delicta admisi; & quò vixi diutius, eò & offensarum mearum numerus maior. Quis dixerit, Deus meus, quot admiserim mala, quot omiserim bona, interim dum miseram hanc vitam duxi? Cum dolore in hunc exilij & peregrinationis locum sum ingressus, cum labore in eodem vixi, & ecce iam cum timore egredior. Si quod habitaculum ac domicilium diligendum esset, an non illud in quo vita sine morte, iuuentus sine senectâ, gaudium

dium sine tristitia, sanitas sine morbo, pulchritudo sine turpitudine, pax sine discordia, prosperitas sine aduersis, denique sine tenebris lux reperitur? Equidem illud in terra demens querebam, & non nisi in coelo inuenitur. Quoniam verò tam auidè longauitatem optauì, quin feci, vt semper & in perpetuum viuerem? Ah rem verè admirandam! longam adeò vitam optare, & æternam spernere: ita de longauitate sollicitum esse, & tam parum de vita immortalì curasse! Quà ille cursor velox, qui tempore breuissimo multa conficit spatia, ille mercator gnarus, qui paucò tempore plurimum lucratur: maledictus è contra iuxta scripturæ mentem, centum annorum puer, qui mei instar *Iſai. 65.* semper mundo, numquam Deo vixerit. De meis *20.* milibus benè prædixit Psalter, non dimidiaturos *Pſal. 34.* illos dies suos: Etsi enim annis plurimis viximus *27.* (vt taceam somni tempus, quod medium propè vitæ fuit) quod reliquum fuit, malis est operibus, verbis, cogitationibusq; impensum. Saul *1. Reg. 13.* viginti duobus annis regno præsedit; attamen non nisi biennio illum regnasse scriptura commemorat, quòd reliquis duo de viginti annis malè regnarit. Quantum ergo ego misera vixi? biennio, an nonè, an semianno? vix certè ad mensem, hebdomadàm aut diem. O Deus sapientissime iuxta ac potentissime, ne intres mecum in iudicium? quid inquam cum puluere qui à vento abripitur disceptare vis? Audiamus hic cum Deo eadè in re loquentem Iob.

X.

Cur faciem tuam abscondis Domine, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam

siccā persequeris? cur scribis contra me amaritudines, pœnas inquā amaras, quibus me castigaturus es, & consumere me vis peccatis ignorantia meæ? Posuisti in neruo pedem meum, appetitus meos mandatorum tuorum frāno compescens, obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti, meorum inquā, qui sacculus sum putredinis, quæ in me seipsa intus consumitur, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea,

XI.

Repetenda hic & inferenda aurea B. Matris Teresæ Carmelitanarum discalceatarum fundatrix sentētia, nullum esse aduersus mortem & iudicij metum antidotū efficacius, quā Iesum Christū ex toto corde diligere, nostram, interim dū viuimus, voluntatem illius voluntati conformantes. Est quippe suauissimum & consolatione plenissimum, obuium habere illum quem desideraris, inque dilectissimi sui manus incidere; deniq; à fratre, patre, sponsoq; suo iudicari.

COLLOQVIVM.

Qui te non agnoscunt Domine, bonitate tua ac benignitate, tum ad liberius peccandum, tum aduersus te disceptādum abutuntur, si quando feneratori iudicij tui apud eos sermo habetur; dicuntq; sui similibus, Putatisne Deum tam exactē in singula inquisiturum? Adeo quippe benignus, clemens & misericors, vt si quis tale quid de ipso suspicatur; iniurius, in ipsum existat. Filius eius pro nobis mortem perpeffus est, debita nostra soluit, & noster apud Patrem factus est fideiussor; ad quid ergo ita metuendum est? Annon passioni ei

est iniuriam irrogare, de bonitate eius dubitare, & redemptionis nostræ pretium tam parvum facere? Cur pretiosissimū corpus suum in diuino augustissimoque Eucharistiæ mysterio reliquisset? cur tot Sacramenta instituisset? quare patris sui nos hæredes, suosque cohæredes legitimos scripsisset, si gloria nos sua excludere statuerit? Sancti nostri sunt protectores, Angeli custodes, sancta mater eius aduocata, ipse denique mediator noster; & nos, tantis affulgentibus auxilijs, periremus? Ita scilicet aduersus te Domine vulgò homines argumentantur, ita te ipso te oppugnāmus. Si minus bonus fuisses, hæc tam liberalis erga nos, vti fuisti, non adeò securè in peccatum rueremus, non tot artibus sensualitati nostræ adulareremur, nec tanta eloquentia misericordiam tuam deprædicaremus. Ah quā parum, quā malè te noscunt, qui te non simul bonum & iustū agnoscunt! quā crudeliter te habent, & perfidè tecū agūt, qui misericordiam tuam exaltant, quo honestam sensualitati sordes suas & nequitias continuandi occasionem, & peruersis habitibus suis præbeant, ad miseriæ propriæ augmentum. Apage sint huiusmodi aduocati; apage tales prædicatores & præuicinatores. Tu bonus es, fateor, imò bonitas ipsa; & vt talis, pro nobis fecisti quæ illi proferūt, quin & multò plura. Sed etiam iustus, & ipsa iustitia, & proinde (modò dici queat) ambidexter, tam in vnius quàm alterius perfectionibus magnus. Idem de sapientia tua, providentia, & ceteris diuinitatis tuæ dicendum est attributis. Vnde sequitur, quod; sicut bonitatem tuam amare; ita tuam metuere iustitiam; exaltare potentiam, admirari sapientiam,

tiam, & adorare prouidentiam debeamus. Per primam spes crescet, per secundam corruiet præsumptio, per tertiam tibi seruire proponemus, per quartam tibi auscultabimus, per quintam denique te sequemur. Esset Deus meus velut idolum, & nõ quod reuera es, si in omnibus his rebus infinitus non esses, si perfectiones tuæ tibi essentielles non essent, si misericordia, iustitia, sapientia, potentia, & prouidentia in te, cum propria tua substantia identificatæ non essent. Non esses etiam qui es, si mutabilis, & tibi ipsi dissimilis esses. Vnde qui per præsumptionem aduersus Spiritum sanctum tuum peccant, inferre deberent, tot esse tibi ad iustitiam tuam exercendam, quot ad sapientiam exerendam, & ad misericordiarum tuarum thesauros aperiendos rationes, tam in vna quàm altera tibi te deesse non posse; & proinde te vt sapientissimum, numquam liberum arbitrium nostrum coacturum, vt quam nobis dedisti libertatem conferues, & pro consuetudine tua, cum agentibus liberis liberè, cum determinatis necessariò, cum accidentarijs contingenter agere pergas. Vt totum bonum, tuam nobis offerre gratiam non desitutum omnibus antè productis fauoribus, & quorum nomine tibi gratiæ agendæ potiùs, quàm eidem tibi impropèrandi, comitatam: vt totum iustum numquam non rigidè castigaturum illos qui gratijs tuis abusi fuerint, si in impietatibus suis ad finem vsq; perseverarint. Et ita fiat oportet, tum quòd ipse id facias (quod efficacis rationis est loco) tum quòd par sit tam sublimis maiestatis, qualis tua, contemptum pro iniuriæ ratione puniri; quæ cum infinita sit infinitum quoq; eius sit supplicium oportet. Iniurias nobis irrogas

tas VI.

tas vix pati possumus, sed ilico ob easdē indignamur. Tribunalia ac prætoria litibus abundant, in campū (quod gehennæ in commodū cedit) ob minimum descenditur verbum; & mortales, quas à nobis ipse recipis, iniuriæ vix æstimabuntur? seuerus nimium dicêris? aduersus te murmurabunt mortales? Quàm admirabilis & amabilis in omnibus es Domine? Amet te quicumq; voluerit (quis autem non velle debet?) ob misericordiæ tuæ effectus; equidem iam ob iustitiæ tuæ opera te diligam, non tam quòd semper infra demeritum punias, (quòd bonitatis tuæ nota est) quàm quòd & hinc facias quæ tibi facienda sunt, & illinc reipsa ostendas esse te ter sanctum illum ac perfectissimū, qui tolerare peccatum nequeas: iustissimum quoq; qui poenā culpæ attemperes, & vtrumq; pro pondere, numero & mensura debita exequaris. Tu ipsa esse nō posses bonitas, nec consequenter infinite amabilis, nisi ipsa esses perfectio: nec ipsa esse posses perfectio, si cum peccato incompatibilis non esses, & inexorabilis & implacabilis illi, qui in peccato mortali demoritur.

Non propterea filios suos amare desinunt in mūdo patrēs quòd imperfecti sint, imò velut per pronerbiū dicunt, esse cūm imperfectionibus diligēdos amicos: ita quoq; ipsi, quòd imperfecti sint, & faciunt & dicunt, itaq; à passione vt plurimum excæcantur, nullus vt inter eos fœdus amor reperitur, suorumq; amicorū neuos defectusq; nō videant, aut notent; quòd ob solam illos virtutē non diligant, ac modò in eis quod quærunt, voluptatē scilicet, honorem aut commodū inueniant, de cetero nihil penitus laborantes. Quis dixerit autem illud esse amare? est quidē amare seipsum, volupta-

tem, commodum, ac bonum propriū, non verò amici, aut personam eius. Adde, quòd licet affectus hic in sola illorum virtute niferetur, is tamen non ad totalem eius perfectionem, sed dumtaxat ad partem vnam, erga quam animus magis afficeretur, extenderetur; & partis huius ratio intuitusq; affectum nostrum, velut finitū quid, exhaurit, nutrit, & illi satis est. Nō ita de te qui perfectissimus es, dici potest. Primò enim non amas nisi quod in se amabile, nullo tuo emolumēto motus. Secūdò, amorem tuū comitatur veritas, non verò falsa apparentia aut iniago. Tertiò, amas ab omni passione & cæco amore alienus, adeò vt is ipse oculos tibi non occludat, semperq; liber maneat, ad defectus rei, quam tuo dignaris amore, percipiēdos. Quartò, vt tua te mouet bonitas ad amandū bonum, ita reliquæ te perfectiones tuæ obligant ad malū, si quod adfuerit, odio prosequendum. Quintò, bonum id in creaturis tuis nō amas, nisi eius realitatem sequendo, & iuxta naturalē supernaturalēue eiusdem extensionem. Deniq; charitas tua, quæ infinita est, à nulla perfectione creata exhauriri potest, etsi vel ipsa incomparabilis carissimi filij tui & Redemptoris mei Iesu Christi, in quantū creatura foret. Solus Spiritus sanctus, communis amor vester, mutuo & reciproco personarū vestrarū in diuinitate intuitu illā exhaurit & ad se trahit. Hinc semper es liber in ijs quæ extra te sunt, amasq; quæ amanda sunt & quatenus amanda; odisti quæ odio prosequenda, & quomodo prosequenda; castigāda castigas, prout æquitas & iustitiæ ratio eadem castigari exigit. Annon ergo maximè amabilis, etiā dum homines examinas, iudicas, castigas? Coelū te & terra benedicant: Angeli iuxta ac homines te ament;

ament; prædestinati simul & reprobati te adorent; profundum abyſſorum cū vniuerſa orbis machina coram facie tua contremiſcat, & imperſcrutabilia & iuſta iudicia tua vereatur. Hinc Animæ, quæ in purgatorio, in quod iuſtitia eâs tua ſequeſtrauit; veritatem hanc agnoſcentes, flammâs ſuas & ſupplia medijs in doloribus grata & rata habent, nihil volūt aut velle queunt, niſi quod tu vis, etſi id eas torqueat; ſciunt quippe nihil eſſe iuſtius, nihil ſanctius, nihil rationi conuenientius eo quod ipſe facis; diligunt; te illæ non iam propter ſe, ſed teipſum; hinc ab illa ſe conformitate abſtrahere nequeunt.

Idem ergo & ipſe, benigniſſime & clementiſſime Pater, faciam; diligam te tam me in gratiam admittentē quā in me animaduertentem; ſeruīā tibi, adorabo te, vel vt miſericordiæ tuæ ſubiectū, vel vt iuſtitie obiectum. Vnum porro à te contendō, idq; tui ipſius cauſa; vt, ſi caſtigari torquerique merear, in æternitatem hæc tormenta non extendantur, & ſi pati oporteat, poenis te meis honorē, non blaſphemando offendam. Fiet hoc, ſi in peccati mortalis ſtatu hinc non deceſſero, at in tuā ſim gratia, ſi quando me ex hoc mundo appellare volueris. Quā te per chariſſimi filij tui merita; per omnia ſanctiſſimæ matris eius ſuffragia; per totius cœleſtis Hieruſalem interceſſionem; per vota preceſque Eccleſiæ, per Angelorum noſtrorum tutelarium ſuſpiria, per omnia, quæ vbicumque terrarum tibi offeruntur, ſacrificia, gratiam rogo. Ab hac vna dependet, quā tibi tum in purgatorio, tum in cœlis reddere debeo, gloria. Quoniam verò qui ſacramenta frequentant; maiori

bb 1

ceteris

ceteris prærogatiua fulgent , peccatum mortale
 facilius euitant, & si fortè in ipsum labantur, citius
 exsurgunt , diutius faciliusq; in charitate tua per-
 manent; hinc tibi, Deus meus & Pater meus , sup-
 plico, hunc vt mihi ardorè indere digneris, singu-
 lis vt mensibus ad te accedens, quindenis illis ante
 communionem , & totidem alijs pòst diebus in
 gratia me tua conseruem. Si verò nec hoc suffi-
 ciat, vt singulis hebdomadis aut duabus iam euo-
 lutis, peccatorum exomologesin instituiam , do-
 nec à vita purgatiua ad illuminatiuam , & ab hac
 ad vnitiuam transiens , tam sæpè id agam , quàm
 intimæ inspirationes tuæ & patrum meorum spi-
 ritualiū consiliū ad hoc me faciendum impellent:
 Tum verò mihi mors terrori non erit : & licet iu-
 dicium tuum longè amplius sit pertimescendum;
 non tamen me, vt i solebat, perterrebit; tui men-
 tis mihi quietem auferet, quia spiritus adoptionis
 apprehensionem omnem mitigabit, efficietque vt
 sine vlla animi mentisue vanitate ac præsumptio-
 ne , in amicam bonitatem tuam planè sim confi-
 surus, & magis tua misericordia , quàm mea ni-
 furus innocentia, etsi vel Angelis puritate æqualis
 essem, ac Cherubinorum aut Seraphinorum instar
 charitate arderem; & cum regio Propheta, qui se-
 cundum cor tuum erat, dicturus: *Quia melior est*
misericordia tua super vitas; idcirco labia mea lau-
dabunt te , & benedicent te , quia misericor-
 dia tua , in qua spero, maiorem mihi multò secu-
 ritatem præstat, quàm mille vitæ iustitiæ & fan-
 ctitatis etiam eminentissimæ. In hac ergo posthac
 quiescam & nitar, & in amico reginæ Angelorum,
 quæ tua naturâ est mater dignissima , auxilio con-
 fidam; sciens illam, sicut post te , & amore tui, de
 salu-

Psal. 62.

•

salute mea maximè sollicita est, orationem quam cum Ecclesia sponsa tua charissima quotidie illi effundo, non repulsuram; sciens item à vitæ me præceptore, ac inuisibili pædagogo numquam in necessitatibus meis deferendum, itaque ab illo res meas disponendas, vt morte adueniente vel in gratia tua sim futurus, vel eius hora differenda sit, donec poenitens resipuerim. Hoc profecto omnium beneficiorum tuorum summum ac primum est, hoc coronat opus, opus inquam manuum tuarum, & clementiæ tuæ, opus quod à te & initium & progressum & finem quoque suum accipiet, opus denique ob quod laudandus, benedicendus, & in sæculorum immortalitate in æternum honorandus es.

MEDITATIO XVIII.

DE PURGATORIO.

PUNCTVM I.



ICVT Sedeciæ Regi oculos Babylonij eruerunt, & Samsoni Philisthæi; ita & animæ Sathan, quò illam in tenebras erroris præcipitem det, impediaturque quò minus aut virtutum splendorem, aut vitiorum deformitatem intueatur. Atque vt is gloriæ Dei inuasor fuit, & animarum iam inde ab initio homicida, hinc satis illi non est, æternæ nos damnationis periculo, interim dum viuimus, tentationibus suis exponere, nisi & post

B b 3

mortem

mortem omni conatu contentioneque impediatur, quo minus victrices animæ, & in quas nullam amplius potestatem habet, viuētium charitate ac suffragiis iuuentur. Quare numquam non, quod de purgatorio credendum docemur, conuellere & euertere, & circa hoc nos excacare conatur, ut amisso semel loci huius sequestratorij visu, simul & animarum illarum obliuiscamur. Iam olim, ab hinc mille-trecentis annis, Aerij Heresiarchæ tempore pestilens hoc Zizaniū vero pietatis & Christianæ charitatis frumento superseminare coepit; quod noxium semen, iā in hac sæculorū colluuit, maximo sanè nequitiae & astutiae incremento, redintegrauit & renouauit: nequitiae quidem, quod non satis illi fuerit preces pro mortuis fundi solitas (quod lingua calamoque faciebat olim Aërius) impugnare, sed locum ipsum purgatorij penitus etiam negarit. Astutiae verò, quod tribus speciosis prae-textibus impietatem hanc velarit; primò Dei misericordiam nimium quantum extollendo, secundò hominum opera actionesque deprimendo; tertio, meritis & satisfactionibus Christi Iesu omnia attribuendo. Primò, fiduciam inquam in bonitatem Dei, inædificauit præsumptionem de diuina misericordia; super actionum humanarum deiectionem bonorum operum annihilationem fundauit, & super merita & satisfactiones filij Dei, operum poenaliū cōtemptum, & purgatorij negationem stabiluit; docens remissā culpā poenam quoque dimitti, & proinde animam corpore emigrantem rectā aut ad locum gloriæ euolare, aut in ergastulum suppliciorum compingi. Adhæc expiationi & purgationi, quam pretiosissimus Agni immaculati sanguis attulit, iniuriam

riam fieri iactitat, si aliud purgatorium inducere conemur. In hoc ergo primo puncto actus, dolus & communis hostis nostri fraus consideranda,

II.

Econtra in mentem reuocanda quæ in meditatione de Indulgentijs iam supra, & in proxima dicta sunt, scilicet, Deum perfectum esse, & in omnibus infinitum, & sicut desinet esse Deus, quando desinet esse bonus, ita quoque desitutum esse Deum, quando desinet iustus esse. Vt bonus & misericors, peccatori poenitenti culpam remittit, & poenam, quæ æterna aliàs esset, in temporalem commutat: vt sanctus verò & iustus, poenā hanc vel in hoc exigit sæculo, vel altero, quod dicimus vel purgatorium in terra, vel purgatorium sub terra. De hac porro poenæ post remissum peccatum reservatione scripturā tam apertè liquidoque loquitur, nemo vt ambigere queat.

Primus peccator & poenitens Adam veniam delicti obtinuit, si modò Salomoni credamus; terra tamen spinas & tribulos proferre quotidie non cessat, mulier cum dolore foetum parit, vir in sudore vultus vescitur panē suo; intellectum ignorantia obtenebratum habemus, voluntatem malitia peruersam, partem animæ inferiorē infirmitate circumvallatam, bella, famem, pestes, aliasq; miseras innumeras, quæ mortis decretum in homines præuariationis causa semel latum assidue redintegrant & confirmant. An verò Baptismus, quo culpa omnis expiatur, impedit quo minus funestos decreti huius effectus sentiamus? Verè ergo *mors peccati stipendium*.

*Sap. 10. 2.
Hæc illum qui
primus
formatus est,
& c. eduxit a delicto suo.*

Remisit quidem Deus populo Israëlítico vitu-

*Rom. 6.
13.*

li aurei adorationis culpam, orante & intercedente Moyse, sed in diem ultionis poenam, quam infandum hocce scelus promerebatur, retulit. Moyse item Deo quidem carus fuit, eiq; facie ad faciem loquabatur; ob commissum tamē ad aquas contradictionis peccatum, terra promissionis exclusus est. Dauid cū delictum agnouisset, Nathā illi id quidem remissum asseruit, at tamen, iuxta Prophetæ eiusdem interminationem & prædictionem, rebellio populi, gladius hostilis, scandalum domesticum, & ipsa concepti pueri mors, in poenam delicti secuta sunt. Prophetā ille anonymus, de quo tertius Regum liber, in inobedientiæ suæ punitionem, à leone deuoratus est, eius tamē corpus ab eodem, non sine prodigio, integrum conseruatum, quo re ipsa ostendit Deus illum in bono statu sibi; carum decessisse. Atque hoc innuebat

Eccl. 5. 5. Siracides dicens: De propitiato peccato noluisse sine metu.

Hoc supposito, si quem contingat, qui in gratiam iam admissus est, antè emori quàm Deo suo plenè satisfecerit, an non statuendus locus, in quo satisfactiones Iesu Christi illi applicentur? quod cū in inferno fieri nequeat, vbi nullam damnati cum mystico filij Dei corpore communicationem habent, & vbi incessanter & assidue luunt, debita tamen sua immortalia numquam exsoluunt, an non in purgatorio igitur hoc fieri necessariò dicendum?

Illusio alia præallegata, est quòd Spiritus erroris ignaris & idiotis, paruq; cerebri hominibus persuadeat, eam quæ de purgatorio est doctrinam, expiationi & purgationi, quæ sanguini Christi Domini attribuenda, repugnare; itaque

itaq; eisdem sic demētat & decipit vt non aduertant, si purgatorium ei repugnet, repugnare ei quoque baptismum, cū baptizare & purgare, eadem notione *mundare* significant, illud quidem aqua, hoc igne; quæ elementa hoc in genere similiter dissimilia sunt, quibus. . . Origenes & . . . Ambros. adaptarūt illud Psalmographi: *Trāsiuimus per aquam & ignem, & eduxisti nos in refrigerium.* Notandum ergo, & quidem diligenter, omnem baptismi & purgatorij efficaciam, quantū ad poenam & culpam, à sanguine, meritis & satisfactione Iesu Christi dependere & ortum trahere, quæ satisfactio nobis quoque per fidem, charitatem, & diuinorum mandatorum obseruantiam applicatur. Quapropter sicut filij Dei passio, sanguinis effusio, & merita peccatori ad remissionem culparum nihil omnino profunt, nisi condignè de iisdem poenitentiam agat, ita nec eiusdem satisfactiones ei applicantur, nisi ex parte sua diuinæ iustitiæ aliquatenus satisfaciat. Vnde Apostolus: *Sī compatimur cum villo, cum illo & conglorificabimur.* Magnum profecto est, eos ipsos, qui de purgatorio loqui non nisi inuiti audiunt, passim fateri quidem Deum Ecclesiæ suæ afflictiones immittere, idq; ob peccata inter Christianos inualescentia; nō videre tamen purgatoriū quoddā in terra se statuere & sub terra nolunt agnoscere. Esse se dicūt in Dei grātia, consitētur tamē à diuina se maiestate ob demerita & iniquitates castigari. Quid hoc est quāso aliud, quā quamdā poenæ, culpā iā remissa admittere reservationem? an non hoc fateri, restare satisfactionem, quam nos oporteat aut hoc in mundo, aut in altero luere, quō diuinæ iustitiæ plenē satisfaciamus? Annō hoc Dei nostri potentis

. hom. 25
in c. 31.

num.

. in Psal.

36. & ser.

3. in Psal.

118.

Psal. 65.

12.

Rom. 6.2

perfectiones agnoscere, qui bonus simul & iustus; bonus quidem culpam condonando, iustus verò poenam reseruando, & æternam in temporaneam commutando? Denique, vt concludam, sicut merita filij Dei maximoperè exaltamus, dum illorum virtutes nos mereri posse dicimus, cum scilicet in eius sumus gratia, & diuinæ gratiæ eius conformiter operamur; ita quoque maximè eiusdem satisfactiones exaltamus, dicentes earundem nos virtute, diuinæ iustitiæ satisfacere posse, quando & in statu gratiæ, & iuxta sanctam voluntatem eius aliquid patimur,

III.

Doctores Catholici multa è sacris litteris deprompta; & à sanctis Patribus approbata in purgatorij assertionem producunt loca in primis notabilia: alia quidem è veteri testamento, alia è nouo. Inter illa eminet locus ille è secundo Machabæorum libro cap. 12, vbi dicitur Iudas duodecim drachmarum argentearum millia Ierosolymam misisse, in expiationem illorum qui in bello occubuerant, *benè & religiosè de resurrectione cogitans* (nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis) & quia considerabat, quod hi cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Concludens verò, quod non historicum modò est, sed & dogmaticum, addit: *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur*. Quæ verba adeò euidentia & clara sunt, nihil vt quod illis obijciatur, occurrat, quod libri auctoritatem in dubium reuocando; sed nefas hæc est, & fieri planè non debet; primò, quod

Eccle

Ecclesia, quæ quatuor nos Euāgelistis credere iubet etiam huic nos Scripturæ credere iubeat, qui autem vnam negat, aliam quidni neget? Secundò, Concilium Carthaginense III. quod à mille trecentis & amplius est annis celebratum, & cui S. Augustinus ipse interfuit, duos Machabæorum libros in sacrum canonem accenset. Tertiò, idem Augustinus sic scribit: *In Machabæorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium: Sed etsi nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua tamen & vniuersa Ecclesia qua in hac consuetudine claret auctoritas: ubi in precibus sacerdotis, qua Domino Deo ad eius altare funduntur locum suum habet etiā commendatio mortuorum.* Et alio loco his vtitur verbis: *Machabæorum libros non Iudæi, sed Ecclesia ciuit. Dei Catholica pro Canonicis habet.* In Canonem porro Iudæorum qui post reditum è captiuitate Babyloniea concinnatus est hi relati non sunt, idq; duas ob causas; primò, quòd nondū cōscripti essent & in corpus redacti, vt nec Ecelesiasticus, libri Esdræ, sapientiæ; deinde, quòd librorum Canonicorum catalogus arcæ illatus, iuxta litterarum hebraicarum numerum, quæ tum nonnisi duæ ac viginti erant, compositus fuerit; deinde verò noua alia nomenclatura, (quem Canonem dicimus) facta non est.

Verùm demus libros hosce authenticos non esse, saltem vt veri ac veraces admittendi essent, non secus ac T. Liuius ac Plutarchus; quod si admiserimus, veritate humana verum est, iam inde ab illo tēpore pro mortuis orādi cōsuetudinē fuisse. Huc referenda sunt quoq; veterū ieiunia post obitū alicuius, teste Ven. Beda in expositionibus suis allagq.

2. Reg. 1.

2. Reg. 3.

Tob. 4.

Hom. 32.

in Matt.

in Psal.

37.

lib. 20. de

Civ. 6. 15.

Mich. 7. 8.

Cap. 2. 11.

allegoricis in Samuelem institui solita. David si-
quidem mortuo Ionatha ieiunavit, & cesso Abne-
re ad solis vsq; occasum cibo abstinuit, & sepul-
crum eius lacrymis perfudit. quæ actiones pietati
potius ac religioni, quàm dolori ascribendæ, sunt.
Et Tobias senior, cum honorem matri deferendū,
& curam inopum filio iam cōmendasset, cum post
addit: *Panem tuum & vinum super sepulturam iusti*
constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum pec-
catoribus: For sannæ ethnicorum more locutus est,
animas etiam post mortem cibo potuque opus ha-
bere credentium, an potius eleēmosynas, quas in
mortuorum subleuamen illum volebat erogare,
subintellexit? Ita porro hoc exponit & intelligit
D. Chrysostomus; eōdem quoque refertur victi-
marum panis & vini vsus & oblatio.

S. Augustinus exponens hæc Psalmi XXXVII.
verba: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in*
ira tua corripas me, ait, *Sic in hac vita Domi-*
ne me purga, & talem redde, cui iam emenda-
torio igne non sit opus. Et alio loco: *Purgabit Domi-*
nus sordes filiarum Sion, & sanguinem emun-
dabit in spiritu iudicii, & spiritu combustionis. Scri-
bit Hieronymus circa visionum Isaiaæ finem, sua
ætate passim omnes ex hisce Michææ verbis pur-
gatorium astruere solitos: *Ne lateris inimica mea*
super me, quia cecidi, consurgam cum sedero in tene-
bris. Dominus lux mea est. Iram Domini portabo,
quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, &
faciat iudicium meum, educet me in lucem, videbo
iustitiam eius.

Idem & confirmat Zacharias hisce verbis: *Tu*
quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tu-
os de lacu in quo non est aqua, è quo firmum solidū-
que

que pro purgatorij assertione argumentum per totalem partium enumerationem eruitur. Aut enim per lacum hunc aqua carentem intelligi mundus, in quo vivimus, potest; at hoc dici nequit, cū fontes materiales quàm copiosissimè terra erumpāt, quoad spirituales porro, gratiarū diuinarum torrens nunquam nobis deficit. Aut lacus hic captiuitatem Babylonicam denotat: at non patitur hoc textus, loquitur namque Propheta de sanguinis noui testamenti efficacia, quasi eum iam vidisset effusum: adhuc, finita iam Babylonica captiuitas erat, vt taceā per lacum hunc aqua destitutum Babylonem intelligi non posse, vtpote quam Euphrates irrigaret inter orientalia flumina longè celeberrimū, & in qua populus abductus miris cōsolationibus perfundebatur, quas per Danielē & alios seruos suos Deus iis immittebat. Aut per lacū hūc interpretari liceret infernū damnatorum locū, sed hæc expositio ridicula foret, ob suppliciorum eius æternitatem, de qua dubitare nos vetat fides. Aut limbo patrum lacus hic accommodandus; sed nec hoc cōueniens est, cum in illo spiritualis quædam cōsolationis esset aqua, qua diues epulo vanè & incassum sibi linguam petijt refrigerari. Aut potius per lacum hunc intelligemus locū illum quē in cœlo Calvinus fingit, & in quo animas Redemptoris sui aduentum auidè expectare comminiscitur; sed hoc maximè impropriū est, nisi cœlum Lacunam esse velimus, & aquas cōsolationis, quas sanctis suis ibi communicat Deus, negemus. Sequitur ergo, & necessariò hinc infertur, de purgatorio Zachariam loqui.

IV.

Ratio quoque postulat, vt hanc ipsam materiam

am è noui testamenti textibus locisque adstruamus, cum huius occasione tantam in animabus plurimorum stragem hæresis ediderit:

Apostolus Corinthiis scribens ita loquitur:

1. Cor. 3.

13

.. hom. 6

in Exod.

14 in

Leuit.

.. in hüt

locum.

.. 2. in Ps.

17.

1. Cor. 13.

29.

Vniuscuique opus, quale sit, ignis probabit. . . Origenes, . . Ambrosius, . . Augustinus, . . Gregorius hæc de purgatorio exponunt, & hoc illa sensu citauit S. Hieronymus in amos 4. Iungendus huic qui in eadem epistola est locus, cap. 15. vbi Apostolus è precibus, suffragiis, & poenitentiis in defunctorum gratiam institui solitis & corporum resurrectionem, & animarum immortalitatem adstruit: *Si omnino mortui non resurgunt, vti quid & baptizantur pro illis?* quæ de baptismo sacramentali verba exponi nequeunt, tum quod eius abusum carpat Apostolus, tum verò quod pro alio nemini baptizari liceat, idcirco ad poenitentia & afflictionis baptismum referenda sunt, de quo Saluator loquebatur, cum de passione sua; deque cruciatibus quos toleraturus erat ageret, quos suum esse baptismum aiebat: Dicere ergo Apostolus vult, Cur ieiunant, orant, & lacrymantur homines? cur eleemosynas erogant, cur Deo offerunt pro mortuis sacrificia, si tandem nulla sit resurrectio?

Matth. 5.

Luc. 12.

.. li. 21 ep.

2.

.. hõ 33.

in Luc.

.. in Luc.

12.

fin S.

Matth.

7 in obi-

tu Hum-

berti

Act. 2. 24

Tertius locus est è sancti Matthæi c. 5. & Lucæ c. 12. *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via, ne forte te aduersarius iudici, iudex tortori, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* Solutio hæc in inferno non habet locum, in quo nulum debitum dissolui potest, de purgatorio ergo intelligere oportet; & hoc sensu verba exponunt . . Cyprian. . . Origenes, . . Ambrosius, . . Hieronimus, . . Bernardus.

Quar-

Quartum argumentum petitur ex actis Apostolorum, *Quem suscitauit Deus à mortuis, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat eum tene-
ri ab illis.* Augustinus multis in locis hic inferni nomine purgatorium designari vult; quod & euidentia claraque potest ratione probari: neque enim de inferno damnatorum, è quo nulla datur redemptio, potest intelligi, cum hic agatur de solutione & relaxatione, *solutis inferni doloribus*: neu de Abrahamæ sinu exponi, in quo nonnisi quies, & nullus dolor, nec item de supulcro, quod nullum secum dolorem includit: multò verò minus de cruce, quæ infernus appellari nequit, nisi fortè cælo terram, & luto cælum designari velimus. Est ergo locus pœnarum, è quo Christus animas, quæ erant in gratia, eduxit.

*Epist. 96.
ad Euod.
lib. 12. in
Gen. c. 33*

Quintus est apud Apostolū, *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium terrestrium & infernorum*

Phil. 2. 10

Sextus est Apocalypseos quinto; vbi legitur *Apoc. 5. 7.*

descendisse Angelum cælo, vt quæreret num quis inter homines dignus esset aperire librum septem signatum sigillis; librum inquam prædestinationis; quæsiuit ergo talem quempiam in cælo, sub terra, & in terra; deinde additur: *Et nemo inuentus est, neq. in cælo, neq. in terra, neque subtus terram.* Vnde hoc colligere est argumentum, frustra Angelus talem tantæque excellentiæ & dignitatis hominem subtus terram quærebat, si soli dænati ibi reperiiebantur: quærit tamen ille in partibus subterraneis, ergo & ibi sunt amici Dei: in inferno quidē hoc esse nequit, nec hodie in limbo. Ergo id in purgatorio factum esse fateamur oportet. Cōciliorū & patrū auctoritas etiā hic notanda est, cum illa fidei vniuersalis testimoniū præbeat, in

beat, in qua semper tres illæ notæ infallibiles, quas Vincentius Lirinensis tam scitè exponit, reperiuntur: quod scilicet ita *vbique*, & *ab omnibus* credatur, & ita *semper* creditum sit: illamque fidè esse orthodoxam in qua tria illa concurrunt. Hoc præsentim meditatione euidenter demonstremus, nec exiguis inde fructus dimanabit.

FRUCTVS I.

Vix vllus est articulus eorum, qui sæculo hoc exulcerato in dubium vocantur, qui pluribus argumentis demonstrationibusque è Græca simul & Latina antiquitate depromptis confirmetur, quàm ipse de purgatorio. Nā in primis Vniuersalis Ecclesiæ auctoritas huc facit, quæ scilicet iam inde ab hinc mille trecentis annis, Aërium secus docentem, hæreseos condemnauit.

*lib. de
hæres.
bar. 33.*

Aerius, inquit Augustinus, *in Arianorum hæresin lapsus fertur propria quoque dogmata addidisse nonnulla, dicens orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere.*

Mozarabum.

Secundò Liturgia Hierosolymitana D. Iacobo ascripta; Romana, à D. Petrò relicta; Alexandrina D. Marci; Aethiopum, cuius S. Matthæus auctor, Mediolanensis; quàm S. Ambrosius composuit; Cappadociæ & Syriæ, quàm S. Basilii; Constantinopolitana, quàm S. Andreas & S. Ioannes Chrysostomus; *Mozarabum*, quàm Leander Hispalensis; denique omnes Græcorum & Armenorum Liturgiæ, nulla prorsus excepta eius rei meminere, Collectasque habent repetitas, quales missæ, quæ hodierna celebrantur die.

Tertiò Theodoretus in primam ad Corinthios scribens omnium gentis suæ orthodoxorum nomine

mine quodammodo respondet ac fide iubet, his verbis, τὸ τοῦ πῦρ πυλῶμεν ἐν ᾧ καθαρίζονται αἱ ψυχαί, ὡς κρυσταλλὸν ἐν τῷ χωνευτηρίῳ id est, *esse ignē credimus, in quo anima purgantur, ut in camino aurum.* Gregorius Nazianzenus oratione in sancta limina, esse ait alia in vita baptismum ignis multo quidem diuturniorem ac duriorē, quā qui in præsenti habetur. Habet idem & S. Basilii lib. de Spiritu sancto c. 15, quorum vestigiis etiam insistit Hieronymus, dum illa S. Ioannis Baptiste Matthei tertio verba, *Post me venturus est, qui vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*, exponēs asserit ignem, hoc loco, denotari aut Spiritum sanctum, qui linguarum ignitarum forma in die Pentecostes datus est; aut communem aquæ baptismum; aut ipsum ignis, à quo altera in vita purgandi sumus, de quo Apostolus loquitur *Vnius cuiusq; opus quale sit ignis probabit.* Audiamus & patres aliquot Latinos, & videamus num minus clarè quā Hieronymus loquantur.

Matthæ
11.

1. Cor. 3.

II.

Tertullianus libro de anima purgatorium nuncupat *carcerem infernalem, è quo non antè quis dimittetur, quā ad vsq; nouissimum quadrātem persolueris.* S. Cyprianus in epistolis suis alludens ad ea quæ D. Lucas habet sic ait: *Aliud est ad veniam stare aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcerem nō exire inde donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei ac virtutis accipere mercedē: aliud pro peccatis longo dolore cruciatuū emūdari, & purgari diu igne; aliud deniq; peccata omnia passione, pro fidei ppugnatione purgasse.* S. Ambrosius aliquot nobis orationes in variorū Imp̃p̃ funere conscriptas reliquit, in quibus videmus,

lib. de a-
nim. c. 15

Epist. 12
lib. 4.

Cc

quas

quas pro animabus illorum preces, vota, suffragia-
que ad Deum effuderit. D. Augustinus integrum
composuit de cura pro mortuis habenda librum,
& 9. Confessionum lectorem inuitat vt pro Patri-
cij patris sui & Monicæ matris anima Deū depre-
centur, Et sermone 32. super verba Apostoli: *Orati-*

*Ser. 32. de
verb. A-
postoli.*

*lib de Ci-
uit. c. 9.*

*Manual.
c. 11.*

*onibus sanctæ Ecclesiæ & sacrificio saluari & eleemo-
syna qua pro eorum spiritibus erogantur, non est du-
bitandum mortuos adiuuari: vt cum ijs misericordi-
is agatur à Domino, quàm eorum peccata merue-
runt. & capite 9. libri vicesimi de ciuitate: Piorum
anima mortuorum non separantur ab Ecclesiâ quæ e-
tiamnum est regnum Christi; alioquin nec ad altare
Dei fieret eorum memoria in communicatione corpo-
ris Christi. Idem alio loco docet: Cum ergo sacrifici-
a siue altaris, siue quarūcūq; eleemosynarum pro
baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valdè
bonis gratiarum actiones sunt; pro non valdè bonis,
propitiationes sunt; pro valdè malis, etsi nulla sint ad-
umenta mortuorum, qualescumque viuorum conso-
lationes sunt. Ex hisce locis, præter hanc purgato-
rij & orationis pro mortuis demonstrationem, e-
tiâ sacrificium Catadeuticum & Catharticū, id est,
impetratoriū & expiatoriū, aduersus Nouatorū sæ-
culi huius blasphemias colligi & adserui poterit.
Addi possunt etiâ sequētes. III.*

Cyrillus Hierosolymitanus catechesi mysta-
gogica quinta, his vtitur verbis: *Cum sacrificiū hoc
offerimus, eorum etiam qui antè decesserunt, comme-
morationem facimus; animabus hisce in primis pro-
desse rati, pro quibus sancti ac tremendi sacrificij hu-
ius, quod in altari representatur, oratio offertur. ipsi-
us autem autographi verba notanda in primis sunt;*
*μυστήριον θανάτου καὶ πένθους τοῦ θανάτου τῶν περὶ τοῦ θανάτου
θνήσκοντες ἀνατίθενται τῷ ἁγίῳ καὶ ὁ πρῶτος ὁ λόγος τοῦ*

scriptus quodam: Chrysostomus libro 6. de Sacerdotio ait: *Sacerdos totius orbis legatione fungitur illius apud Deum orator & intercessor est, ut hominū peccatis propitius sit, non vinētium modò, sed & defunctorum.* Et homil. 21. in Acta dixit, *non solus Diaconus clamat pro iis qui sunt mortui in Christo Iesu, & pro commemorationē illorum facientibus, non solus inquam Diaconus hanc vocem emittit, sed & ipse spiritus sanctus.* Et homilia 3. in epistolā ad Philippenses: *non frustra, inquit, decretum est ab Apostolis, ut in venerandorū mysteriorum celebratione, mortuorum institueretur cōmemoratio, sciebant quippe hoc illis quā fructuosissimum fore. quomodo enim præsente omni populo, manibus in cœlam sublatis, & tremendo sacrificio coram posito, non placetur Deus, dum pro illis oratur?* Idem hoc loco, & homilia 41. in primam ad Corinthios docet, non esse fletibus, nec lacrymis prosequendum eum, qui è vita migravit, sed precibus, eleēmosynis & sacrificiis iuvandum, & Iobi allato exemplo addit: *Si Iobi sacrificium filios eius Deo reconciliavit, dubiumne, quin, si pro defunctis sacrificium celebremus, aliquid illis solatium auxiliumque afferatur?* S. Epiphanius in anacephaleosi seu recapitulationē inter Ecclesiastica dogmata refert, pro mortuis orare, & cultum sacrum pro iis in mysteriorū dispensatione peragere.

IV.

Idem & Latini cōsent. Inter ceteros hæc propè habet S. Cyprianus: *Episcopi antecessores nostri religiosè considerantes & salubriter providētes, censuerunt nequis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur: neq, enim apud altare Domini meretur nominari in mysterium prece qui ab*

Cc

altari

altari sacerdotes & ministros voluit amouere.

*b. de offo
quest. ad
Dulcidii*

*ser. 32. de
vrbis A
postoli.
ser. 17.*

*li. 20. de
ciu. Dei
6.9.*

*Confes. li.
9. c. 11.*

S. Augustinus toties tamque amplè de hac locutus est materia, vt nullus propè sit operum totus, qui non eiusdem meminerit. *Neque negandum est, Dulcidio scribit, defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt.* Et in libro de origine animæ asserit, nec fidem Catholicam, nec regulam Ecclesiasticam pati, vt pro non baptizatis sacrificium Corporis & Sanguinis Dominici in altari offeratur. Et sermone 32. de verbis Apostoli, hoc ab Ecclesia vniuersali obseruatum scribit, vtpote quod maiorum patrumque traditione acceperit. Et serm. 17. in eadem Apostoli verba, docet non esse orandum pro anima eius qui Dei nomine & causâ mortem optijt, sicut pro aliis orari consuevit, nam *iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, cuius potius precibus nos conuenit commendari.* Libro vicesimo de ciuitate cap. 9. ostendit defunctos non esse ab Ecclesia segregatos, quæ etiamnum regnum Dei est, cum in Corporis Dominici communione illorum fiat memoria. Confessionum suarum libro nono, cap. vndecimo, piæ matris suæ Monicæ decessum referens, ait illam vnum duntaxat à se & fratre suo petiisse, vt scilicet sui meminissent quando ad aram immaculatam Deo hostiam offerrent. Et capite sequenti eius exequias ac funus narras, & quæ pro eius defunctæ anima effusæ sunt preces prosequens, de se subdit: *Cum ecce corpus elatum est, immo & redimus sine lacrymis: neque in ijs precibus quas tibi fundimus, cum offerretur pro ea sacrificium pretij nostri, iâ iuxta sepulchrum posito cadauere, priusquàm deponeretur: nec in ijs precibus fleui, & capite decimo*
tertio.

tertio : *Illa imminēte die resolutionis suæ nō cogitavit corpus suū curiosè cōtegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit, aut curauit sepulcrū patriū: non ista mandauit nobis, sed tantūmodo memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei pratermissione seruiert, vnde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chirographum, quod erat contrarium nobis.* Et circa finem Deum rogat, vt quicumque scripta sua legerēt, inspiraret iis, vt ad aram pro maiorum suorū animabus, deprecarentur.

Quod de sancta matre sua ait Augustin. nullā scilicet eā pompæ funebris rationē haberi voluisse, reuocat nobis in memoriā egregiā quamdā sententiam quæ ser. 32. de verbis Apostoli legitur : *Pompa funebris ad obsequias congregatio, sepulcra splendida, monumenta cælo minantia, dolorem quidem leniunt viuentium: sed orationes Ecclesiæ & salutaria sacrificia defunctis solatio sunt.*

V.

Si quis verò scire insuper velit, ecquid hac de re vniuersa per orbē diffusa crediderit Ecclesiā, Oecumenicā & Prouincialia percurrat & voluat Cōcilia: videbitque sacrificium pro defunctis omni ætate per omnem Ecclesiam in vsu fuisse. In Africa consulat cōcilium Carthaginense III. canone XXIX. & quartū canone LXXIX. In Gallia Cabilonēse, vt notatur eān. *Visū de consecr. dist. prima*, In Hispania Bracarēse primū canone XXXIV. & XXXIX. In Germania VVormatiense, canone X. In Italia Conciliū IV. sub Symmacho. In Græcia canonē LXIX, inter capita Synodorū Græcarū à Martino Bracarēsi Episcopo collecta. Cōciliū quoq; Tridentinū, Patrū memoria indictum, tantæ sanē auctoritatis, quan-

tæ Nicænum, tribus in locis idem prosequitur do-
 gma, & confirmat, scilicet sess. 16 can. tertio, in quo
 anathema denuntiatur Missæ sacrificium viuis si-
 mul ac mortuis prodesse negantibus: canone XXX,
 similiter anathema infertur, preces & satisfactio-
 nes viuorum defunctis minimè opitulari asseren-
 tibus. Et sess. 22. cap. 25. tria decernuntur huc spe-
 ctantia, primò vt sapè doctrina de purgatorio po-
 pulo proponatur, deinde vt omnis circa appariti-
 ones, superstitiones, & sordidas sacerdotū nōnul-
 lorum procedēdi rationes abusus rescindatur; de-
 niq; vt legatis & fūdationibus piis exactè satisfiat,
 VI. Sicut omni visionū & apparitionū generi haud
 facile credendum est, ita nec facile mēdaciū coar-
 guendi auctores, quando veritatis, quam descri-
 bunt testes, fideiussores & sponsores sunt. Hūc in nu-
 merū referēdus Augustinus lib. de cura pro mor-
 tuis gerēda, in quo diuersę referūtur apparitiones,
 S. Gregorius quarto Dialogorum cap. XL. vbi Pa-
 schalis Diaconi animā ad balnea Puteolana S. Ger-
 mano Episcopo Capuano narrat apparuisse, & in si-
 gnū q̄ eius precibus pēnis cruciatibusq; ereptus es-
 set, fore, si amplius illi posthac nō appareret. Eodē
 ille libro c. 55. historiā describit religiosi, qui tri-
 ginta Missarū pro anima eius celebratione, pōna
 eductus erat. Gregorius Turonēsis lib. de gloria
 Cōfessorū cap. XXX. tradit S. Martini sororē Vi-
 tellinā tertio illi apparuisse, primis duabus vici-
 bus suffragia eius postulātē, vltima liberatā se si-
 gnificātē. Inter Epistolas D. Augustini quādā est
 numero ducētesima sexta, in qua Cyrillus Hieroso-
 lymitanus de miraculis à S. Hieronymo sã defun-
 cto patris agens, refert illum Eusebio discipulo
 apparuisse, & tres alios à morte resuscitatos, pluri-
 bus

busq; penas, quæ alio in sæculo perferuntur, narra-
 se. S. Bernardus in S. Malachie æqualis sui vita tra-
 dit, sororem eius in Hibernia defunctam, tertio
 illi visam; primò nigra indutam veste, secundò ni-
 gricanti, tertio cādida; & eadem nō procul ab altari
 magnā vultus hilaritatē præferēdo, ac velut grati-
 as illi, ob impēsū auxiliū opēq; quæ ē precibus &
 sanctis sacrificijs eius sēserat, agēdo, Petrus Da-
 miani, Epistola ad Desideriū cōmemorat S. Seueri-
 nū Coloniensē Episcopū, quintodecimo post obi-
 tū suū die, sacerdoti cuidā apparuisse, dicentē ha-
 stenus se in purgatorio māsisse, quod dum viueret,
 officij canonicū nō suo tēpore legisset, id est, sū-
 mo mane totū, quo plus ei per diē esset otij, ad re-
 bus negotijsq; quæ illi Imperator cōmittebat,
 vacandū. Libro quinto cap. X. vitæ S. Bernardi scri-
 ptū est pium quendā monachum vitæ defunctum,
 sancto huic abbati apparentē precū ab illo suffra-
 gium auxiliūq; postulasse. Reuelationes S. Brigittæ
 in Basileēsi Concilio examinæ, plures huiusmo-
 di historias cōtinēt: at vix notabiliore reperietur
 vllæ iis, quas de Furseo & Diectelmo refert Vener.
 Beda.

VI.

Tria esse docet duobus in locis Plato hominum
 genera; alij, inquit, planè boni, alij planè scelesti,
 alij denique partim boni, partim mali. Primi à
 morte quiete perfruuntur; secundi ad extre-
 ma dānantur sine vlla redemptione supplicia; ter-
 tij postquam iam purgati fuerint, pœna eximun-
 tur: οἱ μὲν ἀνδράσιν μέσως βιβιῶνται, πορεύονται ἐπὶ
 τὸν ἀχίρηντα, καὶ ἐκτὶ ἀδμοῦσί τε καὶ καθαίρονται τῶν
 ἐδδικημάτων δίδοντες δίκας, ἀπολύονται. Quod
 Romanus Orator in notissimō illo SCIP-
 IONIS somnio, illius ore refert *Eorum animi*

*lib. 3. hist.
 Angli. c.
 19. & lib.
 4. c. 13.
 In Alcio-
 nes
 Gorgia*

qui se voluptatibus dediderunt, corporibus elapſi circum terram ipſam volutantur: nec in hunc locum, niſi multis exagitati ſaculis, reuertuntur. Et hunc in ſenſum poet:

*Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia exſoluunt. Et rurfus.*

*Aenaid.
6.*

*Quos ubi per varios caſus per mille figuras
Egit, Lethæo purgatos flumine.*

Eſſi verò huiusmodi auctoritates & teſtimonia parui ſint ponderis ubi de fidei rebus agitur: non ſunt tamen contemnenda, quatenus ratione naturali innittuntur, & omnis à Spiritu ſancto veritas deſcendat. Verbi gratia, quis neget tria illa hominum genera, quorum Plato ibi meminit, & magnum animarum partim bonarum, partim malorum numerum eſſe? perfectorum exiguum, prauorum ac flagitioſorum maximum? Deum intentionem & affectum ſacrificantis poſſiſſimum reſpicere, exaudire eum qui pro deſiderio ſuo (modò id rationi coincidat) orat? nihil eſſe rationi magis conſentaneum, quàm parentibus, amicis ac benefactoribus ſuis in neceſſitatibus aſſeſſe? neceſſitates denique alterius vitæ eò eſſe maiores, quò & poenæ acerbiores, ac diuina iuſtitia ſeuerior.

VIII.

*li. 4. inſtit.
c. 23.*

Caluinus cœcorum ſæculi huius catella ductrix lib. quarti ſuarum Inſtitutionũ, aut potius Deſtructionum, capite ſecundo nullam ſcribit in Eccleſia doctrinæ mutationem factam primis annis quadringentis, ab Apoſtolorum ſcilicet temporibus ad vſque ætatem S. Auguſtini. Vidimus autẽ purgatorium non modò ex operibus D. Auguſtini, verum etiam in puriſſima antiquitate adſtrui: an nõ ergo hinc ſequatur, ab Apoſtolorum hoc doctrina

na traditioneq; descendere? Quam nemo doctrinā, nisi temerarius audire, aut in hæresin incidere velit; reijcere potest. Quis ergo posthac suffragia pro defunctis neget? quis antiquitatem illam, & tot annorum deuolutionem mendacij insimulare audeat? quis receptam & vsitatam in Ecclesia iam ab hinc mille trecentis annis confitentibus etiam ipsis fidei aduersarijs, deuotionem reijciat?

IX.

Nonnisi quatuor hominum genera à purgatorio immunia sunt, quæ per quaternam illam coeli apertionem, cuius Scriptura meminit, denotantur.

Primam D. Lucas commemorat, quando nimirum *Luc. 24*

Christo baptizato coeli aperti sunt; ad designandū paruulis statim à baptismo ante rationis vsum exspirantibus coelum patere. Secunda in Actis refer-

tur, vbi Stephanus exclamat; *Video caelos apertos*, *Act. 7.*

atq; hæc Martyrum est, quibus iam antè diximus iniuriam fieri, si quando pro ipsis oratur. Tertia

Apocalypseos quarto habetur, vbi Ioanne Euan-

gelista inspectante *ostium cæli apertum est*, quo

declarat, charitatem qua dilectus Domino

discipulus ardebat, baptismum esse Spiritus san-

cti, omnia purgantis, omnia purificantis, omnia

supplentis. Quarta Actorum decimo describitur,

vbi D. Petrus vidit velut linteum quoddam qua-

tuor initijs submitti de cælo in terram omnigenis

animalibus refertum, eratq; hoc verorum poenitentium

hieroglyphicum, quando scilicet per

perfectam contritionem (etsi hoc rarissimum)

culpa simul & poena deletur. Præter quatuor hæc

hominum qui excipiuntur genera *quidquid transi-*

Cc 5

re potest

re potest per flammam, igne purgabitur, vt in Numeris scribitur. X.

Ordinarius & statutus purgatorio locus, supra damnatorum est ergastulum, prout in 4. sentent. dist. 50. Scholaſtici docent. Ratio est, quodd coelum empyreum, (quod omnium orbium coelestium summum) Beatis destinatum sit, & proinde qui damnatis assignatus est locus, in centro terræ sit oportet, qui proinde ab electorum domicilio remotissimus est, vt scilicet etiam loci situ quàm maximè distarent ab ijs, à quibus dum viueret, & re & affectu longissimè abfuerunt. At peccatum veniale quoddam mortalis accessorium est; quin & huius poena, (ex æterna iam facta temporalis) etiam illius dependentia quædā est; sequitur ergo locū huic destinatum, abyſſo etiam proximū esse.

Non quod alia nequeant esse loca, in quibus animæ Deo satisfaciunt, & purificantur in sanguine agni qui per ignem aut poenas alias æquipollentes ipsis applicatur. Et hoc sensu Paschalis in balneis Puteolanis poenitentiam agebat, *ed quod stetit à partibus Laurentij contra Symmachum*, inquit Gregorius. In Hibernia nihil à deo notum & obuium, quàm S. Patricij purgatorium, & L. Capitulum S. innocentibus. d. de poenis, dicitur, *Sentes ibi puniri debent vbi crimen admisserunt*. Hinc tot legere est apparitiones, ad quas distinguendas ac discernendas, nō nimis credulos aut nimis incredulos nos gerere oportet. Certissimum est enim animas redire, & si quando Deo placuerit, nobis apparere ex omnibus quibus sunt locis. Vidimus exēpla earum quæ purgatorio reduces apparuere; iam de illis quæ Coelo beatæ regnant, de ijs quæ olim in patrum limbo erant, de ijs item quæ ex inferno

ferro ipso egressæ nobis vel in carne propria, vel aliunde assumptis corporibus apparuerunt, disseramus.

X I.

S. Augustinus capite XV. libri de cura pro mortuis gerenda, datâ operâ aduersus eos qui de hac veritate dubitant, & omnigenas apparitiones, velut elusionem diabolicam aut phantasticam explodunt, disceptat; affertque exemplum Samuelis Sauli apparentis, & Moïsis iam defuncti, cum quo simul & Elias in monte Thabor se Domino transfigurante apparuit, Deinde capite proximo S. Felicis confessoris apparitionem refert, qui Nolani à barbaris obsessis se videndum exhibuit; quâ apparitionem & Paulinus eiusdem vrbs Episcopus carmine descripsit.

S. Ambrosius serm. 90. de S. Agnete, narrat illam, Virginum in comitatu, vultu rutilanti, & corpore splendido, agnum nunc candidiorem ad latus habentem, parentibus post obitum apparuisse, & plorare illos vetuisse, quod iam cælo recepta eius beatitudine potiretur, quem in terra ex toto corde dilexerat. Quibus ad constantiam Constantini Magni filiam, toto corpore malè habentem, perlatis spem firmam concepit, huius se sponsæ Iesu Christi suffragiis intercessioneque sospitatem corporis adepturam. Noctu ergo ad eiuſe deferri tumultum imperat, ad quem cum aliquantisper supplex orasset, etsi nondum per baptismum Christianis aggregata, placidè molliterque obdormiscenti, Agnes apparuit, exhortata, ve in Dei filiū crederet, si modò sospes abire veller. Nec mora, cū iā expergescens assensū præbuisſet, illico se sanam incolumemq; perspexit, & in grati animi testimonium, splendidam illam basilicam, quæ

quæ etiamnum Romę conspicitur, & Virginis & martyris Agnetis in honorem consecrata est, constructui imperavit.

*Epist. 1.
lib. 7.*

Idē doctōr alio refert loco apparitionem tertio sibi factā à sanctis martyribus Geruasio & Protasio, & in tertiā agnitum sibi Apostolum Paulum ex eis quas eius viderat imaginibus, sibi quē ab eo significatum, quinam essent duo illi adolescentes, quos iam secundo vidisset.

Gregorius Nyssenus oratione in B. Gregorium Thaumaturgum cap. 7. narrat apparuisse illi Deiparam Virginem, & Ioannem Euangelistam, & ab illis inter se colloquentibus diuinam didicisse mystagogiam, & exinde ad populum verba habere coepisse, quod hætenus facere præ metu non fuerat ausus.

*De litteris
Luciani.*

*Gennadius de
viris
illustr.*

cap. 46.

47.

*Græcus
Amitus
latine
reddidit.*

*Niceph.
lib. 14. c.*

9.

*Beda
in acta
Apost. de sex*

Lucianus, qui anno Domini quadringentesimo decimo floruit, tradit secundo decēbris die, Honorio X. & Theodosio V. I. Coss. nona hora vespertina, in baptisterij conclavi, in quo commorabatur, sibi S. Gamalielem venerandi senis imagine, pontificio schemate, auream manu virgam gestantem apparuisse, & virga se tangentem proprio tertio eum nomine compellasse, & vbinā suum & B. Stephani corpus quiescerent, manifestasse, iussisse quæ ut hæc Ioanni Episcopo Aeliensi (aliās Hierosolymitano) significaret. quæ cum Lucianus non agnouisset, subinfert senex, Ego sum Gamaliel, Pauli Apostoli doctōr, à quo illi legem est edoctus.

Constantinus magnus in suo ad Siluestrum & successores eius edicto, apparuisse sibi ait beatos Apostolos Petrum & Paulum, & lepræ tam spiritalis quàm corporalis curandę rationem sibi tradidisse.

Basi-

Basilides apud Eusebium, B. Poramienæ, quam *mundi* ipse ad martyrium abeuntem à militari defen- *asatibus* derat petulantia, apparitione ad Christianam *Hist. c. 4.* fidem accessit.

Sozomenus trinam apparitionem commemo- *Lib. 9. c.* rat, qua Imperatrici Pulcheriæ Thyrsus Martyr, & *2.* quadraginta eius focij se videndos præbuere, in quorum ipsa honorem splendidam ædem constru- iusserat.

Socrates auctor est, Irenem Virginem Spiri- *Lib. 1. c.* dioni patri suo rediuiuam apparuisse; eius namq; *8.* sepulcrum parens adierat, auditurus ex illa ubi- nam monilia commodato accepta, quæ custodien- da illi dederat, deposita essent. Parentis ergo po- stulatis cum Virgo satisfecisset, denuo in tumu- lum est reuersa. addit se Socrates hæc à Cyprij audisse, & in Latinæ Rufini historia legisse.

Theodoretus in historia sua Ecclesiastica duas *Lib. 5. c. 6.* illustres apparitiones Theodosio Imperatori fa- ctas enarrat; prima apparuit illi S. Meletius Pa- triarcha Antiöchenus à quo & lænam militarē ac- cepit, & diademate est coronatus; altera visi illi duo armati, equis candidis insidentes, qui eum ut *Lib. 5. c.* postridie cum hoste configeret, sunt adhortati, & *24.* suppetias se laturos, ductoresq; agminis fore pol- liciti. Nec vana verba, visi postridie hi pugiles ab yniuersis aciem præcedere; quin ventus repente ita mutatus, ut telorum nimbum denso cum pul- uere in hostilem aciem rejiceret; quæ mox ita fra- ctis est ordinibus turbata, ut vix certamine com- misso, internecione omnes deleti sint. Claudia- nus, qui veram miraculi causam ignorabat, hilce rem versibus complexus est:

O nimium dilecte Deo, cui mittit ab antris

Aeolus

Aeolus armatas acies, cui militat aether,

Et coniurati veniunt ad classica venti.

Lib. 3. c. 8.

S. Thecla, teste Euagrio, Zenoni Imperatori apprensus, auctor illi fuit; suas ut copias Constantinopolim versus duceret, imperijq; illi recuperationem spondit.

Haecenus apparitiones & manifestationes animarum coelo aut purgatorio receptarum prodiximus; æquum iam esset tantumdem de ijs quæ & limbis aut ab inferis prodire, facere. Sed illæ nimis quàm euidentēs ac manifestæ sunt: testis Moses qui in monte Thabor apparuit, & Abraham quæ S. Lucas cap: 16. loquentem inducit, dicentemq; non penitus fieri non posse, ut Lazarus ad vitam rediret fratres diuitis admoniturus; sed dumtaxat habere illos Mosem & Prophetas: testis item Samuel Sauli apprensus. Huc referri etiam queat, quod de Onia Pontifice & Ieremia Propheta in libro Machabæorum legitur, qui Iudæ apparentes dixerunt, *Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo decies aduersarios populi mei Israel.*

1. Reg. 28.

2. Mach.

13. 16.

Quantum ad locum damnatorum, si Euthymio credimus, ab inferis prodijt filius viduæ Naimi. Historia Romana Marci Rufi Senatoris meminit; qui tempore Imp. Antonius Pij, post mortem in senatu cum magistratus sui insignibus apparuit, suo confidens ordine, sed ne verbum loquens, idque biennio. Legat, qui voluerit, Collectorem in Antonino Pio. S. Gregorius S. Seueri precibus reuocatum à morte quemdam scribit vitæ scelestissimæ, quem ante demones ad inferos rapuerant. Tradit Hegesippus ab Apostolo Petro quemdam Imperatoris consanguineum, Ethnicum licet à mortuis excitatum, Maximus serm. 2. de S. Agnete, & S. An-

biotus

Lib. 1.

Dial. c.

12.

Lib. 2. c. 3.

brosius ferm. 9. de eadem testantur ab illa ad vitam reuocatum præfecti filium in lethali delicto defunctum. Auctor Euodius, puerum sine baptismo mortuum, ad reliquiarum Protomartyris Stephani applicationem ad vitam rediisse. Quæ sanè miracula irreuocabili in damnatos latæ sententiæ minimè aduersantur, quòd diuina prouidentia æquas rationabilesq; faciendæ misericordiæ occasiones præuidens, horum sententiam teste D. Tho. *In 4. sent. d. 45. q. 2. a. 2.* suspendat, in illos tamen *secundum presentem in-* *d. 45. q. 2. a. 2.* *iustitiam* animaduertat; quod in primis notatu dignum est.

XII.

Ex aliquorum sententia Samuelis apparitio aliquā habere difficultatem videtur, quòd ad Pythoniæ euocationem ac proinde dæmonum ope ad vitam redierit, at cum hi in Prophetæ animam potestatem non habeant, probabilius videatur, spiritum quemdam malignum corpus sibi, Samuele per simile, adaptasse, & in eo Sauli apparuisse. Sed primò è contrà facit scriptura, quæ eum qui apparuit, Samuelem semper nuncupat. Secundò, laudat illum Ecclesiasticus, quòd prophetizaret, & post mortem futura annuntiaret; quæ verò Prophetæ laus sit, illius imaginè Diabolum induissei *Ecclesi. 46. 23.* Tertio, non ea Spiritus malignus certitudine præuidere ac prædicere poterat, Saulè postridie cum filiis moriturum, ac Dauidè eius in regnū successurum. Quarto, Pater luminum Principi tenebrarum permittere non solet, vt per sanctorum corpora illusiones & prestigias faciat, ad quorum nomen tartara contremiscunt. Quintò, S. Augustinus libro de eura pro mortuis, veram asserit Samuelis hanc animam fuisse, cum tamen testimoniij Siracidis immemor contrarium scribat ad Simplicianum. Sextò, Tertullianus lib. 3. carminum contrà

Marcio-

*Lib. 1. de
miraculis
S. Stephe-
ni.*

Richardus

*Duran-
dus &
alij ibi
dem.*

Marcionem Samuelem dilaudat, quòd primum Israël regem inunxerit & consecrarit, & quamuis mortuus, prophetiæ donum retinuerit. Septimò Iosephus libro 8. Antiquitatum cap. 15. Iustinus Martyr dialogo cōtra Tryphonem vltra medium, Basilius epistola ad Eustachium medicum, Ambrosius in primum caput Lucæ, & S. Hieronymus in Isaïæ septimum eidem suffragantur. Quæ argumenta demonstrationesque sufficere debent. Videamus iam quibus & quot modis animabus purgatorio detentis, succurrere viuentes queant.

XIII.

Quatuor id fieri posse modis docet Caietanus. Primò, per sacrificia & sacramenta; Secundò, per eleēmosynas aliaq; charitatis opera; tertio, per satisfactiones, operaq; poenalia; quartò denique per indulgentiarum applicationem.

Primò sacrificium corporis & sanguinis Iesu Christi quatuor habet proprietates, quas suo examinauimus loco: est namque latreuticum, id est, adorationis; Eucharisticum, in gratiarum scilicet actionem; Catharticum, ad delictorum expiationem, denique Catadecticum, id est, impetratorium.

2. Per alias preces ac suffragia ardenti sinceraque è charitate profecta; nam *deprecatio iusti assidua* & continuata, teste D. Iacobo, *multum valet*. *Inc. 5. 16.* Certum porro & euidentis signum est, dum spiritus sanctus hoc orandi modo gratiam nobis concedit, illum nos exaudire velle.

3. Opera poenalia natura sua satisfactoria sunt, cum Deum, loco contumeliæ, honorent, & pro demerito meritum præstent & obsequium, Eleēmo-
syna

syna fortunæ substantiam, ob quam tot delicta committuntur, sacrificat: Ieiunium corpus refrænat ac mortificat, quo impellente ad tot inordinatas voluptates ferimur: Oratio animam cōsecrat, ad primum eam principium suum, à quo deflexerat, sustollendo. Constat autem, etiam è concilio Tridentino, satisfactiones inuicem communicari *sess. 6. c.* posse ab ijs, qui in communione sanctorum sunt, 30.

& hoc sensu dixisse Apostolum, *Adimpleo ea quæ Coloss. 1. defunt passionum Christi in carne mea pro corpore 24:*

eius quod est Ecclesia, scilicet quoad applicationem.

Cui autem dubiū sit, quin animæ quæ in Iesu Christo decessere ad Ecclesiam spectent, cuius partes integrantes sunt triumphans in coelis, militans in terra, & patiens sub terra. Quarta ijs succurrendi ratio est per Indulgentias, quando scilicet Christi vicario virtute claujū, quas à Principe Apostolorum legitima successione hereditate quodammodo accepit, Ecclesiæ thesauros referare & prædictis animabus applicare placuerit, totaliter aut partialiter ad poenas quas subire eas oporteret, cōcurrento. Hæc applicatio per modum sit suffragij, vt iam supra dictum est; non quod pretium, quod offertur, remissioni non sit aut condignum, aut iuxta omnem iustitiæ rigorem illi proportionatum; verū quia à puro Dei beneplacito dependet illud acceptare vel reijcere. In quò infinita eius bonitas nulla nos ratione perplexos aut anxios relinquit, maxime erga illos, qui dum viuerent, erga mortuos benefici ac liberales existere. Quod

Augustinus ex hisce æternæ veritatis verbis colligit, *Dimittite & dimittimini; Date & dabitur vobis; mensurā bonam & confertam & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrū.* & verbo vt *Enchirid. c. 65. Luc. 6. 38. Marc. 4. 24.*

dicam: *Qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis.*

XIV.

Quæ nos ad hanc charitatem impellant motiua sunt hæc. Primò, *Deus est charitas, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in illo.* Secundò, Deus filius ait, *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Quis verò non libenter Christum flammis eripiat? quis non libenter erga ipsum faciat quod in se est? quàm ille autè ingratus, qui hoc ab humeris onus excutit? quàm crudelis, qui facere nolit? Tertiò, Spiritus sanctus iubet, vt inuicem fratres simus, & fraternè erga nos mutuo afficiamur: frater porro fratrem (modò verum illud, fratrem esse velut *ferè alterum*) semper & omni tempore amare, cõpati & auxiliari afflicto debet. Nã, teste scriptura, *frater qui adinuatur à fratre, quasi ciuitas firma.* Quartò. Hoc nobis fieri vellemus, ergo hoc alijs præstemus. Vnicum hoc charitatis opus, alia plura in se comprehendit: nam hoc pacto consolamur afflicto, visitamus vinctos, ægrois suppetias ferimus, potum damus siti ardentissima laborantibus. 6. Præter charitatem, iustitiam quoque exercemus, dum pro animabus illorum, quorum bona facultatesque possidemus, Deum deprecamur. Illi vt bene nos essemus effecere, nos illos malè esse sinemus? Nobis sua ipsi commoda cessere, nos ipsos auxilio destitutos relinquemus? Ius ciuile, quatuordecim legitimas exhæredandi filij docet causas esse, quarum vna est, quando patrem incarceratum filius non eximit:

Bis septem ex causis exhæres filius esto,

Si patrem feriat, vel maledicat ei.

Carcere detrusum si negligit.

Quis porro carcer comparari queat igni, & adeo

ad id quidem vehementi, ut sæpe non nisi tempore ac duratione ab æternis flammis differat. Ah scelereste, ingrâte, inhumane, degener, perfide (inquiūt pater, mater, & consanguinei) itane esse tuum & bene esse tuum, quod secundum Deum à me accepisti, agnoscis, ut consolationis mihi panem neges, & etantis opibus, quas tibi reliqui, & ob quarū coaceruationem tam atrociam iam patior supplicia, ne paucillum quidem ad mei solatiū ac refo-
cillationem, in egenos distribuere sustineas? Enormes, qui vestibibus, ludo, tripudijs, epulis, impenduntur sumptus, leues & tolerabiles videntur, & mihi vix assem dederis? Tu palatijs, domibus, viridarijs, nemoribus, villis, hortis, quos tibi libens volensq; cessi, fruëris, & ipse inclusus, compactus, & candentibus innexus catenis gemo. Tu in cōclavi tuo delicijs affluus & quiete gaudes, ego in camino iaceo ardenti. Tu in molli stertis pluma, & ipse prunis cādentibus vror instratus. Tu bibis, & ipse siti pereō. Tu rides, & ego plango. Tu cantas, ego gemo. Nihil tibi deesse pateris, & omnia mihi defunt, cum Christum, qui mihi omnia, nondum videam. Apage infide, apage, & si sapias alterutrum præsta: Esto erga parentes alius quàm fueris hactenus, aut vitæ tuæ dies Deus abbreviabit; nimium verò fueris felix si poenas æternas ingratitude debitas tuæ euitaris, quò ad has ipsas, quas nos hic patimur, condemneris, & eas luas poenas quas ingratitude tua meretur. Septimò, ut taceam hoc æquitatem postulare, non parua etiam hinc nobis utilitas accedit; nā præterquā quòd nobis idē quòd alijs præstiterimus, sperare poss debeamus, non minimū sanē bonū fuerit, mortis ideā semper ante oculos habere, & supremi finis nostri recordari.

Dd

quod

quod fit, dū pro ijs, qui nos præcessere, Deum oramus. Octauo, nouos nobis in coelo aduocatos hoc pacto comparamus: si enim animam quandam nostris suffragijs poenis liberari cōtingat, & beatam illi æternitatem accelerari, non improbabile est, eam à primò liberationis suæ momento, ad usque terminū diuinā illi sententiā præfinitum, nullū actum recognitionis, amoris, & vñionis essentialis erga Deum exercituram, quin meminerit eius, à quo, secundū Deum, eximium hoc est beneficiū consecuta. Populus Romanus cū latis olim Imperatori cuidam acclamaret vocibus, tam intentum clamorem edidit, vt præteruolantes aues, ob æris rarefactionem, à quò sustineri non poterant, exanimis in terram deciderēt. Quæ verò recognitio & lætæ erunt animarum illarum acclamationes, quæ & tanta euitarūt mala, & tot adiere bona; idque suffragijs illorum, qui Deo pro ipsis supplicarunt. Nonò, Deo haud dubiè volupe est; orare nos pro illis quos amat: atqui oēs; qui purgatorio continentur, intimi Dei amici sunt, de eius gratia & gloria securi. Decimò, Animæ illæ poenas has libenter & æquo animo sustinent; Deumq; videre nollent, nisi plenè illi satisfecerint; quod seipsas non nisi in Deo iam diligant; & nihil penitus præterquam Deum: deniq; suis in poenis sunt lætæ, in infirmitate fortes, inque desolatione consolationem sentiunt. Vndecimò, quoties pro ipsis præcāmur loquentem occultè vocem audimus, quæ nos compellet, *Memor esto iudicij mei, sic erit & tuum, mihi beri, & tibi hodie.* Duodecimò, Denique hoc facillimum est, modò id firmiter nobiscum proponamus, etsi vel Psalmum aliquem aut Collectam illarum nomine decurremus, aut mentem

ad Deum

Eccles. 1.

36.

ad Deum, cum manè, meridie ac vespere campanâ signum datur, sustolleremus, ac potissimum dum diuino sacrificio præsentes assistimus, per cæmeterium transimus, cubitum concedimus, defunctum ad sepulcrum deferri conspiciamur, cranium mortui intuemur, (quale nonnulli hac potissimum de causa rosarijs suis assuunt) quando campanæ in exequijs pulsant, & alijs in occasionibus, quas pij elabi numquam sinunt, sciètes, non minùs fructuosum aut meritorium esse mortuis eleëmofynam aliquam erogare, quàm viuis, & vtrumq; æquè pium, & paucos illis, hisce plurimos beneficos esse.

XV.

Veteres veræ amicitiz partes ac conditiones hoc schemate exprimebant. Pingebant adolescentem nudo capite, vili indutum lacernâ, citius latus sinistrum hanc procul corde patebat, inscriptumque illi, *Vita & mors*; in ima veste, *Prope & procul*. Adolescens ætas veram amicitiam semper crescere, & vult in flore numquam excidere aut marcescere denotat. Nudum caput, amicos nihil seinuicem celare, sed maxima, potissima, & permagni referentia arcana sibi mutuo reuelare: Vestis secundaria ac vilis, veram amicitiam non commodum, fructum, honores, diuitias, aut prosperitatem, sed honestatem solam respicere designat. *Vita & mors*, significant amicitiam perfectam esse non posse, nisi tam in morte quàm vita reluceat, & corpus ad tumulum, animam in alterum vsque mundum comitetur. *Prope* item *& procul* docent, nec locorum distantiam nec temporis longinquitatem sinceræ dilectionis affectum accidere aut minuere solere. Quod cum Ethnici agnouerint,

*In quæst.
Rom. qu.
144.*

hoc nos qui Christiani censemur mortuis nostris impendamus officium, quod suis Decimum Brutū impendisse auctor est Plutarchus. Cum enim suas ceteri expiationes & purgationes in mensem Februarium (qui à februando, id est purgando, nomen idcirco inuenit) differrent, Decembri eas ipse peragere voluit, causamq; rogatus, frustrari se donis, epulis, muneribus, & publicis festis, quæ Saturnalibus instituebantur, defunctos nolle respondit.

COLLOQVIVM.

SI florente vinea, vinum quod intra vasa continetur, sympathiâ quâdam florem illum sentiat; & in solstitio vnâ cytharæ temperatæ fide neruoq; tacto, ceteri moueantur; an non equum fuerit, animarum nostrarum Redemptor, Ecclesiam patientem & triumphantis gaudiorum & Militantis exercitiorum piorum participare?

Tibi ergo dulcissime Iesu supplicamus, vt propitiâ te animabus, quæ iustitiæ Patris tui adhuc debitrices sunt exhibeas, eisq; satisfactiones tuas, ad poenarum, quas pendere debent, concurrentiam applies. Non habet ignis hic potestatem, simul & culpæ expiandæ, & poenæ satisfaciendi, tuo hic sanguine opus est, cuius illis pretium tam virtute precum ac suffragiorum, quam flammarum tolerantia, applicari potest. Nostras ergo preces admitte, & de gloriæ tuæ throno nos exaudi, cuius cum illas participes reddere volueris, in perpetuum te amabunt, prædicabunt, & pro charitate & affectu, quem erga ipsas modo nobis indis, efficiant, vt posthac secundum cor tuum simus. Tu mutua dilectionis præceptum dedisti.

disti, & ex hoc velut signo tuos discipulos agnoscendos pollicitus es; præsta igitur primogenitæ domus Patris tui, præsta inquam quod iubes, ora pro eis in quantum homo, & in quantum Deus, illis delicta ignosce. Omni tēpore misericordiæ tuæ effectus experimur, & miserationum tuarū plena est terra, etsi vitijs vndecunq; scateat: quàm verò gratiarum tuarum capaciores illæ erunt animæ, quæ irreuocabilem gratiam tuam habent, animæ inquam in charitate confirmatæ, victrices illæ animæ, deque salute sua iam securæ? Opus tuum quod in illis cœpisti, perfice Domine, & ad finem illum eas deducito, ad quem ipsas in mundo conseruasti, & mundo eripuisti. Quàm verò tibi displicet peccatum, ut animas, quas sponsas tuas esse dicis, cum in nuptialem beatitudinis tuæ thalamum illas introducere deberes, ipso nuptiali die in igneum carcerem præcipites, & velut arctè compingas! Amas illas nihilominus, tamq; arctè complecteris, atq; vniquā complexus es; afflictionis illarum horas & momenta dinumeras quibus eadem liberandæ sunt: ac proinde haud dubiè lætaris, quando alia via iustitiæ tuæ satisfaciendo inde earum educendarum, & meliori longè & nimis quàm beata sede collocandarum tibi à nobis datur occasio. Tui illas Angeli consolantur, manum ipsis porrigis, tuq; ipsis ostendens vulnera, quo illarum nomina atramento manibus tuis inscripseris, ad oculū declaras. Quæ cū ita sint, exaudi nos Domine, cūq; manibus tuis amore signatis, clauē David, clauem inquam misericordiæ & pietatis gestes, æternas illis beatitudinis tuæ portas resera. Tu magni cōsilijs es Angelus, qui, quādo tibi allubuerit, flammantē illū gladiū, qui corporibus

Dd

4

para-

paradisi terrestres, animabus verò coelestis adiungi
negat, remouere potes; ijs ergo, quæsumus, qua-
rum causa coram te prosternimur, matris tuæ o-
pem inuocamus, & sanctorum patronorum ac
protectorum ipsarum simul & Angelorum tute-
larium suffragia postulamus, hanc gratiam præsta,
quibus omnibus singulare id accidentariæ gloriæ
incrementum erit & lætandi occasio, vbi ab ani-
mabus, quas olim direxere ac protexere, Apostata-
rum Angelorum loca, è quibus suâ illi contuma-
ciâ & arroganti rebellionem exciderunt, suppleri
conspexerint,

MEDITATIO XIX.

DE IUDICIO VNIVERSALI.

PVNCTVM I.



CAUSA ignita, quæ Isaiæ labia pu-
rificata sunt, specula & pharos, quæ
olim optauit Chrysostomus, & vox
stentorea, Euangelicis cōcionatori-
bus nunquam magis sunt necessa-
ria, quàm dum de iudicio supremo dicendi est lo-
cus: nam præter iudicium particulare, quod de
vnoquoque in mortis hora instituitur, est & aliud
vniuersale, circa mundi cōsummationem futurum,
cui omnes omnino homines sistuntur, multis gra-
uibusque de causis à diuina prouidentia constitu-
tum. Primò, ut quæ in particulari iudicio sententia
lata est, confirmetur. Secundò, ut totus diiudice-
tur homo, id est anima simul cū corpore, quod ante
1. Reg. 3. 6 minimè factum; iuxta id quod legimus, *Aequa erit
pari*

pars descendentis ad praelium, id est animæ, & remanentis ad sarcinas. Id est corporis in sepulcro iacentis. Par namque est, ut quoniam iunctim Deo seruiuerunt, vel offenderunt, certa statuatur dies, qua iunctim pariterque iudicentur. Tertio, ut diuina iustitia toti orbi innotescat & manifestetur: plurimi namque viso impios prospere agere, bonos vero piosque affligi ac vexari, in corde suo offenduntur ac murmurant, ignari causarum, ob quas diuina prouidentia ita hoc fieri permiserit. Hinc bene Psaltes: *Labor est ante me, donec intrem in san-*
ctuarium Domini & intelligam in nouissimis eorum. Ps. 42. 17.
 Quarto, ut temerarium eorum confundatur iudiciū, qui vel Dei iudicia, vel proximi interiora scrutari & examinare voluerunt. quare monet Apostolus ne ante tempus quemquam iudicemus, donec veniat Dominus, qui quæ nos latent arcana, reuelabit, & intra penitissima cordiū penetralia abscondita manifestabit. Quinto, ut cognoscantur
 qui veri virtutis amatores fuerunt, distinguanturque ab hypocritis: hodie namque nimis quā multos cernere est Psal. 82.
 Hierē. 12.
 Abac. 1.
 1. Cor. 4.

Qui Curios simulant & bacchanalia viuunt.

Tum inquam Hecubæ dignoscetur ab Helenis, Faustinae à Lucretiis, Sexto, ut Sancti, qui falso accusati fuere, coram accusatoribus suis & iis qui sparsis de ipsis calumniis facile nimis credidere iustificentur: *Et tunc laus erit unicuique à Deo:* Laus inquam Brixiiis, Athanasiiis, Brigittis, Cunegundibus, aliisque falsa criminatione insinulatis. Septimo, ut nemo non agnoscat, nullum bonum malūne, etiam minimum esse, quod non aliquo Deus modo remuneratus sit aut castigarit. Octauo, ut sicut suam Deus in rerum creatione manifestaue

potentiam, in eorūdem directione & gubernatione sapientiam, ita suam incredulis exhibeat iustitiam. Nonnō, ut Iesu Christi gloria non modō bonis, sed & impiis innotescat. Hanc ob causam & in valle Iosaphat, haud procul ab Hierosolymis inter montem Sion & Oliueti sita, iudicium instituetur, ut magno in honore & gloria viuorum simul & mortuorum iudex eo ipso conspiciatur in loco, quo pro peccatis nostris iudicatus, condemnatus & cruci affixus est. Decimō, ut qui in coelos, nō nisi paucissimis discipulis conspicientibus ascendit, adimpleturus veniat, quā de eo tum Angeli prādicāre omnibus visibilis scilicet descendat, ad supremum iudicium suum exercendum, & totum orbem diiudicandum. Vndecimō, ut qui alijs vel ad Dei cultum, vel ad peccatum auctores fuēre, coram ipsis aut charitatis exercitā, aut scandalī offendiculiq; dati mercedem recipiant. Duodecimō, ne qua sui exēusādi impijs supersit occasio quando bonos ac iustos stare coram se videbunt, & quidem eiusdem secum ætatis, eiusdem cōplexionis, eiusdem conditionis, denique & sexus eiusdem, Si fuerint iuuenes, erat & Ioseph, quando ab hera ad stuprum sollicitabatur. Si milites, erat & legio Thebæa. Si duces, erat & Mauritius. Si Theologi, erat & Gregorius Nazianzenus. Si Medici, erant & Cosmas ac Damianus. Si Iurisconsulti, erāt & S. Ioannes Chrysof. & Iuo. Si Reges, erant & Ludouic⁹ in Gallia, Eduardus in Anglia, Canutus in Dania. Si Reginæ, Clotildis & Radegundis erant in Gallia, Elisabetha in Hungaria, Editha in Anglia. Si Principes, Duces, Ducissæ, erat & Amadeus Sabaudia, Leopoldus Austria, Casimirus, Blacarius, Hedenigis, Delphina, & alij aliaq; Si matrimo-

trimonio iuncti, erant & omnes Patriarchæ veteres, vti & Esther regina. Si in statu viduali, erāt Iudith, Brigitta, Monica. Si Virgines, Thecla, Agnetes, Agathæ, Cæcilie, Lucie, Appollonia item erant, quin & omnes D. Vrsulæ sodales. Denique, vt ait Augustinus, *tot ante iudices inops adstabo, quot me praeceperunt in opere bono: tot iudicibus cōquincar, quot mihi prabuerūt virtutis exemplar.*

II. Iudicij materiā continet visio illa admirabilis quā Apocalypseos initio Ioannes describit: Et cō- Apo. 1. 12.
uersus sum vt viderē vocē qua loquebatur mecum: & cōuersus vidi septē candelabra aurea; & in media septē candelabrorū aureorū. simile filio hominis vestitum podaro, & praeinctū ad mammillas zona aurea: caput autē eius & capilli erant candidi tāquā lana alba, & tāquā nix, & oculi eius tāquā flamma ignis, & pedes eius similes amichalco, sicut in camino ardē. & vox illius tamquam vox aquarum multarum: & habebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius vtrāq; parte acutus exibat, & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cū vidissem eū, cecidi ad pedes eius tamquā mortuus; & posuit dexteram suam super me dicens, noli timere, ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sū viuens in secula seculorū, & habeo clauēs mortis & inferni.

Certū porro est, per septē hoc loco candelabra significari ad litterā septē Orientis Ecclesias; Ephesinā nimirū, Smyrnam, Pergamenā, Thyatirenā, Sardensem, Philadelphiensem, & Laodicenā. Nimis quā notissimū etiā est, septem stellis designari Apo. 1. 20.
 Angelos vel Episcopos earundē Ecclesiarū, vti & Apostolus ipse capitis primi fine insinuat, & ē duob. c. 2. 1. 8. 12.
 sequētib; liquido pater. Verū non obstat, quo mi- 18. 6. 3. 7
 nus per eadē candelabra & angelos anagogicē intel- 14
 ligamus

ligamus septem illa præcipua, quæ supremum iudicium præcedent, & alia septem quæ sequuntur

Septem quæ præcedunt sunt, mors vniuscuiusque, iudicium particulare, purgatoriū, Antichristi persecutionem, quæ in coelo, & quæ in terra, & quæ in mari apparitura sunt signa.

Septem porrò sequentia sunt, ignis, Angeli, tuba, corporum resurrectio, locus, iudicis aduentus, eius sententia, sententiæque executio. Singula horum excutiamus, & circumstantiis filij hominis qui discipulo suo carissimo se videndum exhibuit, adaptemus.

Podêris longanimitatem, patientiam & benignitatē Domini erga homines denotat, qua ad ultimum usque aduentum suum vsus est, veluti misericordia cooperiens quod tum reuelaturus, iudicaturus & castigaturus veniet. Ad hanc ergo circumstantiam septem prima referuntur signa, quorum tria iam antè discussimus, mortem, iudicium ac purgatorium. Iam quæ qualisue Antichristi futura sit persecutio disquiramus.

III.

2. Thess.
23.

Primò, antichristus erit singularis quidā homo, de quo hoc modo loquitur Apostolus: *Ne quis vos seducat vllō modo: quoniam nisi vixerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, & ὁ υἱὸς τῆς ἐμπατίας. filius perditionis, ὁ υἱὸς τῆς ἐπιθυμίας: qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita. vt in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus.* Secundo, in Babylone ē propudiosissima matre, non sine dæmonum succuborum commixtione nascetur. Tertiò, erit de tribu Dan, secundum illud Iacobi vaticinium: *Fiat Dan coluber in via, cerasastes in semita, mordens*

Gen. 48. 7
2. Ioan. 7

vngu-

ungula sequi, vt cadat ascensor eius: coluber in qua
malitia, ceras tes robore & potentia. Quartò, ve-
rum se dicet Christum. Quintò, Christum Pseudo-
prophetam fuisse & impostorem docebit. Sextò,
legis Mosaicæ ceremonias reducet. Septimò, con-
nubium verabit, nisi intra gradus quos ipse statu-
et. Octauò, dicet animalia, & proinde & cibos 1. Tim. 4.
aliquos immundos esse: In nouissimis temporibus 12.
discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erro-
ris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentiū
mendacium. & cauteriatam habentium conscientia,
prohibentium nubere & abstinere à cibis Nonò, sa- Dan. 12.
crum Missæ sacrificium abolebit: tunc cessabit iu- 31.
ge sacrificium. Decimò, in eius concupiscentiam Dan. 12.
inardebunt mulieres, Erit in concupiscentiis scemi- 37.
narum. Vndecimò, fictis sibi miraculis, & opusculis 2. Thess.
xg, τρεῖς αἰῶνες. (quæ Redemptor signa prodigia- 29.
que, non autem miracula nuncupat) ad summam
potentiam viam sternet. Duodecimò, auro & argē-
to, quod eius in potestate futurū, Dominabitur the- Dan. 12.
saurorum auri, argenti, & in omnibus pretiosis Aegy- 43.
pti. Decimotertiò, immanitate sua incredibili, vt- Marc. 13.
pote quales non fuerunt ab initio. Decimoquartò, sci- 19.
entia sua rara, Et post regnum eorum, cū creuerint
iniquitates, consurget rex impudens facie &
intelligens prepositiones. Decimoquintò, duos Dei
testes Henoch & Eliam, postquam mille ducentis
& sexaginta diebus prophetarint, saccos induti, In- Apoc. 11. 3
te faciet. Hi sunt, inquit Ioannes, duæ oliuæ, & duæ
candelabra in cōspectu Domini trare stantes. Bestia Malach.
ergo præualens ambos de medio tollet, cū finierint 4. 5.
testamentum suū, bestia quæ ascendit de abyssu fac- Matt. 17.
et adiungens bellum & vincet eos & occidet eos, & 10.
corpora illorum iacebunt in plateis ciuitatis magna. Apoc. 11.
7.

Deci.

- Decimosextò, tribus & medio diebus, cōrpora illorum insepulta iacere sinet, ad ludibrium gentiū quæ in morte illorū exultātes sibi inuicē mūnera mittēt: *Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & gētibus, corpora eorum per tres dies & dimidium, & gaudebūt super illos, & iucūdabuntur, & mūnera mittent inuicem.* Decimoseptimò, omnia illi prosperè & ad votū succedent, *supra quā credi potest vniuersa vastabit, & prosperabitur & faciet.* Decimo octauò, sanctis bellum inferet. Decimononò, in altissimum cōtumeliōsè loquētur. Vigēsimo, tēpora & leges mutabit, *Sermōnes contra excessū loquetur, & Sāctos altissimi conteret, & putabit quod possit mutare tēpora & leges.* 21. Præcipiet, vt oēs suum charactērē, imaginē, nomē, aut nōminis sui numerū manui dextræ aut fronti inscriptum gestent, 22. Vt nēmō quidquā emere aut vēdere possit, qui ipsius nō habuerit charactērem: *Faciet omnes pusillos & magnos, & diuites & pauperes, & liberos & seruos, habere charactērem in dextera manu sua, aut in frontibus, & ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet charactērem, aut nomen bestiae, aut numerū nominis eius.* 23. Monarchia eius & imperiū tribus & medio durabit annis, quod Daniel intelligit per *tēpus, tēpora & dimidiū temporis;* alibi verò, hoc Apoc. 11. per mille dueētos & nonaginta dies exponit; Iōānes verò in Apocalypsi per duorū & quadragintā mēsiū & de Enochī & Eliæ prædicatione loquēs, per mille ducentorū & sexaginta dierū numerum, 24. Christus tandē oris sui flatu ei mortē afflabiti *quem interficiet Dominus spiritu oris sui.* 25. Tandē in abyssū præceps dabitur, quā ignis & sulphuris stagnū Scriptura nuncupāt: *Et apprehensa est bestia & cū eo Pseudopphetia, qui fecit signa, coram ipsis*
quibus

quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiarum,
& qui adorauerunt imaginem eius; viui missi sunt hi
duo in stagnum ignis & sulphuris.

IV.

Signa porro in cœlo, mari, terraquę apparitu-
ra, Dñus noster infinita actus charitate, ita no-
bis apud Euāgelistā pronuntiat. *Et erant signa in
sole & luna, & stellis, & in terris pressura gentium
præ cōfusione sonitus maris ac fluctuū, crescentibus
hominibus præ timore & expectatione quæ super-
uenient vniuerso orbi: nā virtutes calorū mouebūtur:
& tunc videbunt filiū hominis venientē in nube cum
potestate magna & maiestate.* Quorū verborū, si-
mul & Matthæi cap. 24. occasione cōsiderabō, quā
terribilia hæc sunt signa, quot futura, quos in ho-
minibus effectus causatur, & quæ horum effectūū
causæ: nā vt in sapiētia legere est, *creatura omnes
armabūtur ad vltionē inimicorū creatoris sui, & pu-
gnabit cū illo orbis terrarū cōtra insensatos*, vt sicut
misericordiæ fuerūt instrumēta, ita & iustitiæ fiāt
organa. Doctores nōnulli cōtēplatiui ad tria o-
mnia capita referūt, ad signa scilicet mūdi ægrotā-
tis, moriētis & mortui, septē quidē in ægrotātē, &
totidē in moriētē, at in mortuo quidē decem notant.

Luc. 24.
25.

Sept 18

Mundi agrotātis iudicia sunt. 1. primorū paren-
tū nostrorū ē paradiso terrestri expulsio. 2. Cheru-
binus rōphāā versatilē vibrās 3. Linguarū cōfusio
in turri Babel. 4. Diluviū vel Catāclysmus vniuer-
salis. 5. Ignis vltor in detestādū Pēcapolim. 6 Aegy-
ptia seruitus. 7. Quadrāginta annorū per desertum
peregrinatio, & serpentes igniti.

Mūdi morietis aut expiratis sunt itē septē. 1. Captiuitas Babylonia, vnde & Syriaca dialect⁹ exorta. 2. Destructio Hierosolym. 3. reppatio Iudeorū.

4. Per

4. Persecutio tyranno. ū infidelium, Herodis, Neronis, Caligulæ, Cōpronimi, Traiani, Domitiani, Maximiani, Maxentij, Maximini, Decij & Valentij. 5. Rebells Hæreticorum contumacia, Nicolaitarum, Ebionitarum, Heluidianorum, Circumcellionum, Encratitarum, Arianorum, Donatistarum, Eurychianorum, Saturnianorum, Sabellianorum, Nestorianorum, Manichæorum, Macedonianorum, Eunōmianorum, VValdensium, Albigensium, Lutheranorum, Adiaphoritarum, Oecolampadianorum, Georgianorum, Carlostadianorum, Anabaptistarum, Calixtinorum, Paritanorum, Caluinistarum, Deistarum, qui peruersæ intentionis caudā simul iuncti sunt, vt Ecclesiæ segetem succendant, etsi defunctis capitibus se inuicem mordeant, mutuis se bellis concertationibusque dilacerent. 6. Libertas & religionis indifferētia, quæ absolutum in purē statistas & Politicos habet imperium. 7. Ea morum dissolutio, vt virtutis locum occupet vitium, &, quod quis scitus habilisque habeatur, nequam sit oporteat & eò deuentum sit, vt sicut olim erant hypocritæ qui exteriori quadam virtutis imagine, dum scilicet magni illa fiebat, viri probi sibi nomē aucupabantur, ita hodiē bonos probosque peruersitatem mentiri necesse sit, etsi reuēra mali nō sint, quod ab alijs magni fiant, & auctoritatem sibi nomenque comparent.

Argumenta notæque mundi iam mortui, vt in veteribus Iudæorum monumentis se legisse testatur Hieronymus, sunt quatuordecim aut quidecim quæ euenturæ diebus mundi consummationem immediatē præcedentibus. Primò dñe, aquæ tam maris quā fluuiorū, sursum aduersò flumine ascendent

dent & quīdecim cubitorū altitudine altissimorū
 mōtiū fastigia superabūt, ad Angelorū & hominū *Citatur*
 aduersus Deum insurgentium arrogantia fastum- *S. Hierō.*
 que designandum. Secundò, eēdem aquæ ad imas *à D. I.*
 vsque abyssos & voragines, vt vix videndæ sint de- *in 4. sent.*
 scendent, impiorum tum desperationem denotan- *d. 48. q. 1.*
 dam. Tertio, monstra marina, delphini, balenæ ac *a. 4.*
 similes in littore conspiciuntur, leones, leopardi,
 & pantheræ promiscuè ac cateruatim cum tauris
 discurrēt, lupi, canesq; refugiēt, mugiet, & horrē-
 dū ululabunt, ad iniurias in Deū aliquando eru-
 ctatas, & blasphemias quæ toties firmamenti colū-
 nas quodammodo conquassarunt demonstrandas.
 Quartò, arbores guttas sanguinolentas sudabunt,
 & frondes cruentum stillabunt rorem, vt suam
 hoc pacto impiis quodammodo impoenitentiā ob-
 ijciant, & significant, esse tam atrocia in mūdo de-
 licta, vt non nisi sanguineis elici lacrymis queant.
 Quintò, montes contremiscent, horrendi per or-
 bem terræ motus inualescent, quibus arces, opida,
 & vrbes solo prosternētur, vt ita in peccatis per-
 uicaces tacitè quodāmodo cōdēnentur, qui nullo
 diuinæ iustitiæ metu, nulla potentia eiusdē appre-
 hensione, à peccando auocari potuere. Sextò, mon-
 tēs & rupes diffindētur, ad pertinacium & faxeorū
 animorum duritiem confundendam. Septimò, a-
 ues gregatim secundum genus quæque suū colle-
 ctæ, lugubres & ferales edēt voces, quasi ad homi-
 nis exequias confluerent, eumque eādē operā ta-
 citè coarguerent, quod cum sui similibus pacifice
 agere non potuerit. Octauò, dracones, colubri, a-
 spides, basilisci hominem sibilantes intuebantur,
 nullā tamē ei noxā inferent; quasi impudentiā il-
 lius fugillarēt, indicerentq; maioribus illū refer-

Et

uarum

natum cruciatibus,quàm mordendo ipsi infligeret
 Nonò,colles & mōtes solo equabūtur,vt hinc dis-
 cāt mortales,nullā posthac in mundo Excellētia,
 Celsitudinis,Maiestatis rationem aut nomen fu-
 turum;sed conditiones omnes pares & status æ-
 quales.Decimò,homines cauernis speluncisque,
 in quas præ metu se abdiderant,prodibunt,sibi-
 que inuicem occurrentes ne verbū loquentur, sed huc
 illucque velut fanatici & lymphantes discurrent
 errabundi,palantes,alter ad alterius conspectum
 horrentes,quasi vitæ superioris inuicem peccata
 obijcerent,sibiq; mutuo dicerent,maledicta dies,
 qua olim inuicem nouimus aut vidimus.Vndeci-
 cimò,virtutes cœlorum mouebuntur,stellæ ca-
 dent,suoque casu voluntariam in hominibus gra-
 tia,quæ maior minoræ,pro cuiusque capacitate,
 omnibus tamen sufficienter data fuit,iacturam
 condemnabunt.Duodecimò,hominum plerique
 præ horrore & formidine repente oppressi,& ve-
 lut exanimati emoriētur.Decimotertiò,ignis ple-
 nis laxatisque habenis cœlo delabetur,isque per
 terram multò yehementius fœuet,grassabitur ac
 serpet,quàm igneæ ætæ eructationes.Alpes,
 Pyrene,mōtes Lunæ,& Olympus nō tātæ sunt al-
 titudinis,latitudinis ac profunditatis,quin eā vin-
 dices hæ flammæ superaturæ sint; quibus insuper
 inerunt proprietates quænor quos mundus habet
 ignium; infernalis scilicet,ad culpas mortales pu-
 niendas;purgatorij ad veniales expiandas; ignis
 ordinarij,ad exurendum quodcumque formam
 habuit vegetantem; elementarij denique vt si-
 ne villo alimento materiaque combustibili agat
 & viuat.Decimòquartò,tuba Angelus per omnia
 mundi climata personabit,adeam morti tumu-
 lis prodibunt,in vallē Iosaphat deferentur,Chri-
 stus

1. Cor. 15.

52.

Isa. 3. 2

Itus Dominus in nube considens, cœlestibus hierarchiis stipatus præeunte cruce, descendet, boni *Matt. 24*
iustique rapiuntur sublimè in aëra, illique ob- *2. Thess.*
uiam prodibunt, & omnes in plenitudine ætatis *4. 10.*
eius, qui sententiam latus est: ad eius dextrâ Angeli bonos iustosq;, ad laeuam impios collocabunt: demones, propria conscientia, creaturæ, quibus *sap. 24.*
abusi fuerunt indicandi, accusatorum partes agēt, Deus autem testis, actor & iudex futurus.

FRVCTVS I.

Quoad signa, de quibus apud Matthæum Redemptor ait: *Ecce prædixi vobis*, meminerim & in mentem reuocem oportet quinquæplicem, quæ Christo Iesu inerat scientiâ. *Diuina*, cui nulla alia comparari potest, prima est, atque hæc ei cum Patre & Spiritu sancto communis; hancque Theologi triplicem faciunt scientiam; *approbationis*, quæ videt quæ sunt; *visionis*, qua nouit præterita iuxta ac futura; *simplicis intelligentiæ*, quæ scit quæ nec fuere, nec sunt, nec erunt, sed esse possent. secunda *beatifica* est, quæ intuitiuam essentiæ diuinæ visionem sequitur, & hæc donata eius anima fuit in ipso creationis articulo. Tertia est *infusa*, quæ eodem illi instanti communicata, & in plenitudine, velut Angelorum hominūq; capiti, data; ac proinde maior eâ quæ data Adamo, infusa Salomoni, Apostolis in die Pêtecostes inspirata: hæc enim contingetia, arcana cordiū, & intimos liberi arbitrij recessus penitissimè perspectos habebat, quod nec ipsis datum Angelis. Quarta, *acquisita*, quæ in ipso per primâ, secundam, & tertiam operationem (quam *simplicem apprehensionem*, *compositionem* & *discursum* nuncupant) nobilissimi, clarissimi, subtilissimi, præoptissimi & perspicacissimi ingenij eius formabatur. Quinta denique experimentalis,

quæ vnâ cum ætate in ipso crescebat, digito tangēs, oculo videns, & quotidie reipsa practicans quæ aliunde per nobilissimâ principia nouerat.

Matth.
24.36.

Tres primæ scientiæ plenam illi rerum futurarum & signorū, quæ ita certò vereque nobis prædixit, vt coelū antè & terra trāsitura sint, quā iota vnū aut apex defuturus eorū quæ prænūtiāuit, notitiam dabant. Cum autem alibi Apostolis ait: *De die autem illa & hora nemo scit, neq. Angeli cælorum nisi solus Pater*, de alijs duabus scientijs loquitur. His suppositis ex animi ipsi penetrālibus gratias agere me oportet, quòd tanti momenti rerū nobis prænotionē dederit, tū ne qui vltimis victuri sunt temporibus subitò & inopinatò opprimātur, tum vt quemque nostrum ad maturē nos huc præparādos excitaret; nam iudicium suprēmum à primo depēdebit, & talestum futuri sumus, quales mortis in hora fuerimus. Cum & mille, qui forsan interfuerint, anni nonnisi vnus coram Deo sint dies. Mille anni, inquit Apostolus Petrus, *ante oculos tuos, tanquam dies besterna que præterit.*

2. Pet. 3.8

II.

Ezech. 7.

2.6.

Mal. 4.

1.

Abac. 2.3

1. Pet. 4.6

Iac. 5.8.

1. Cor. 10.

11.

Hic intelligo, quid significare scriptura & sancti Patres velint, cum diem iudicij adeo nobis vicinum depingunt, vt nostris eum ianuis imminere & tantum non pulsare quodammodo repræsentēt. Ezechiel, *Venit finis, finis venit.* Malachias: *Ecce dies succensa quasi caminus.* Abacuc: *Veniens veniet & non tardabit.* Petrus Apostolus: *Omnium finis appropinquauit.* & Iacobus: *Patientes estote, & firmate corda vestra, quia aduentus domini appropinquauit.* Et Paulus de se ipso ac nobis loquens: *ad quos fines sæculorum deuenerunt.* & Ioannes: *Nouissima hora est, vos scitis quòd Antichristus veniet.* & Redemptor

dēptor ipse in Euangelio: *Amen Amen dico vobis, nō prateribit generatio hac, donec omnia fiant. & iterum: A modo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.*

1. Ioā. 3.
28.
Matth.
24. 34.
Matt. 26
64.
Hom. 1.
44. in E-
uang.
in Luc. 10
lib. 4. E-
pist. 6. li.
3. Epist. 1.
.. in Matth.

Vnde & S. Gregorius scribit, signa hæc apertius in orbe cerni, quā in sacro codice legi. Et Ambrosius: *Verborum cœlestium nulli magis quā nos testes sumus, quos mundi finis inuenit.* S. Cyprianus Ambrosio & Gregorio antiquior *scire debetis ac pro certo tenere pressura diem super caput esse cœpisse, & occasum sæculi & diē Antichristi iā appropinquasse, vt parati omnes ad prælium stemus.* Idem & D. Hieronymus & D. Leo Papa variis locis dicunt.

Tertia, ob quam Scriptura & Patres diem iudicii adeo vicinum finxerunt, causa est, quod cum tanti momenti res sit, vtpote in qua de salute nostra sit controuersia, de æternitate inquam beata aut calamitosa, dici nequeat tantum discrimen adeo distare & abesse, quin nobis semper instet, & capiti velut superimmineat. Noctes diesque debitori imminente solutionis termino constituto, volare censet: at mundi terminus semper approximat, & ea quidē volocitate, qua coelum fertur.

Quarta in mortis incertitudine constat, quæ aded quidem incerta certa, vt in ianuis, imò in penetralibus & præcordiis esse dici queat, modò verum sit, vti autē etiam vidimus, & illustrissimus religiosissimusque Angliæ Cancellarius Thomas Morus olim cecinit, quod

*Scilicet ex illa qua primum nascimur hora,
Prærepant iuncto vitæ aque morsq; pede.*

Vita namque Vapor est exhalans, de quo Iacobus Apostolus loquitur. & vt cum Aristotele lo-

quamur, Quid est homo? debilitatis imago, temporis spoliū, fortunæ ludibrium, inconstantia tabula, inuidiæ & calamitatis statera, cetera non nisi amarissima pituita, & in horarum momenta libratus homo, semper ad finem suum properat. Annon ergo verè loquimur, quando cum æterna veritate, & sanctis Patribus diem iudicii floribus nostris imminere dicimus, cū particulare, quod adeo vicinum, idem prorsus futurum sit cum generali, & ipsum mortem calces nostras prementem immediatè sequatur.

III.

Et quamvis iudicii particularis executio ad vltimè supremi tempus differretur, semper tamen id exiguum videtur, si & velocitatem temporis, & rei pondus, & æternitatis momentum, cuius intuitu omnis temporis defluxus non nisi instans quoddam collectum est, spectemus, at verissimum est, & velut articulus fidei in Florentino Concilio definitum, animam corpore euolantem ilico aut ad locum sequestrationis, aut ad æternam habitationē suā transferri. i. si ad purgatoriū, & sequestratio dicitur, ea cōditione huc trāsferitur, vt mox, vt diuinæ iustitiæ plenè & ad extremū satisfecerit, æternis beatitudinis gaudiis donetur. Verba Synodi hæc sunt: *Definimus insuper, si pœnitentes in Deī charitate decesserint, antequā dignis pœnitentiæ fructibus de cōmissis satisfecerint & omnes, eorū animas pœnis purgatoriū post mortem purgari.* Postquam verò docuisset, quomodo ibi animæ missarum celebratione, eleēmosynis, & fidelium suffragiis subleuentur, pergīt dicere, quid tam de animabus illis post satisfactionem suā, quā de innocentibus statim à baptismo expirantibus, item de iis, qui

*Concil.
florent. in
litter. v.
nio. pag.
475.*

qui in letalis peccati statu decedunt, fiat: Illorum animas qui post baptismum susceptum nullam omnino maculam incurrerunt: illas etiam, qui post contractum peccati maculam, vel in suis corporibus sunt purgata in cælum mox recipi, & intueri clarè Deum ipsum trinum & vnum secuti est: meritorum tamen diuersitate aliū alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus, puniēdas. Hactenus Cōciliū. IV.

Addi hisce potest, Spiritum sanctum mētes nostras repentini huius aduentus metu, propter supinam ac solitā nostrā in procurāda salute negligentiam & inertiam excitare voluisse; hinc & toties innuit, venturum se inopinatō, nihil min⁹ nobis expectantibus, & futurum aduentū suū instat: sicut, inquit, in diebus Noë erant ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptiū tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit Noë in ar- *Matth. 24-31.*
cam, & non cognouerunt, donec venit diluuiū, & tu- *Luc. 17.*
lit omnes, similiter sicut in diebus Lot. Gomorrhæi & *16.*
Sodomitæ in omnia lasciuiæ genera infrānes ruebāt, serui Dei verbis credere nolētes, donec dela- *Gen. 7.*
psus cœlo igneus imber oēs absūpsit, ita & impios facturos certū est. V.

Dum dicit Dominus tantam tū tribulationem & pressuram fore, qualis non fuit ab initio mūdi vsq; modō, vult vt ē præteritis de futuris cōiecturā faciamus: innumeras ergo misérias ac tribulationes quæ iā inde ex quo mūdus mūdus, id est immūdissimus, & insipientiū cauea esse cepit, in terra visæ sunt, quas ē prophana eruere historia possumus, lētio inuoluētes, sacra volumina percurramus, & præcipuas quæ Iudæos dilectum Deo

populum afflixere, tribulationes recenseamus.

Prima fuit in Aegypto sub duro Pharaonis imperio ac tyrannide, illos in operibus lateris ac lutii occupantis, & grauius ab eis pensum exigentis quam persoluendo erant. Hac eos persecutione eduxit Moyses eiusque frater Aaron.

Secunda in deserto fuit, quando quadraginta & amplius millia, vindice Dei dextera, vna die ceciderunt antequam eum iratum Moses placasset.

Tertia, quando aduersus Deum & Moysen criminando insurgentes, à serpentibus ignitis in delicti poenam morfi fuere.

Quarta ad aquas contradictionis, quando è sexcentis hominum millibus, non annumeratis foeminis, paruulis, ægris, & senibus, qui Aegypto egressi erant, & quorum numerus quadraginta ipsis annis decuplo excreuerat, nullus in terram promissionis ingressus est, quam Iosue & Caleb.

Quinta, quando iis manna esum pertesis, vt per ludibrium cibum id leuem dicerent, Deus & coturnices & iram suam in ipsos pluit: *Adhuc escant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos.*

Sexta, quando sublato iam Iosue idola in Palestina formare coepere: quapropter eos Deus in seruitutem à rege Mesopotamiae abduci permisit, donec octo post annis eos inde Othoniel eduxit.

Septima, sub rege Moab Eglon ob idem idolatriæ peccatum, è qua cum resipuissent, per Aod ambidextrum liberati sunt, confosso scilicet Eglò, & hæc duodeviginti annis durarat.

Octaua, sub Iabin rege Canaan, viginti annorum fuit, donec eos Debora & Barach in libertatē asseruere.

Nona, sub iugo Madianitarum, & ea septennis ad vsq;

ad vsque Gedeonis, à quo liberati sunt, tempora.

Decima, sub tyrannide Ammonitarum & Philistinorum, duodeviginti annis, donec veniret Iephthæ.

Vndecima, sub ijsdem Philisthinis, quod populus hic corde incircumcisus, semper ad idola & laruata sua numina delaberetur; & hæc quadraginta fuit annorum, donec Samson eos liberaret.

Duodecima vnà cum Regibus coepit: vt enim Saul, Dauid, & Salomon regnare desierunt, Roboam huius filio regnante, è duodecim tribubus, quæ populum Israëliticum constabant, decem rebellionē diuulsæ Ieroboamo adhæsere, quæ deinde in excelsis idola coluerunt, aduersantibus licet & freudentibus Elia & Elifæo, & Baaza & Iehu ex alia stirpe prognatis id impedire conatis, & exinde numquam defuit calamitas aut magna aut parua ad vsq; vltimum Israëlitis regem Ozec, vt è quarti regum cap. XVII. colligere est.

Quid de Babylonica captiuitate dicemus, quæ septuaginta ipsis durauit annis, donec seruorum & prophetarum suorum fletu, precibus, ieiunijs, & poenitentia placatus Deus illos in patriam reduxit, Machabæos misit, Sacerdotes illis & Pontifices dedit, ad vsque Saluatoris Christi aduentum; aduersus quem cum ingratus & durus hic populus insurrexisset, vt extremis eum addicerent supplicijs, & tandem in crucem agerent; annò par erat, eò illorum poenas esse grauiores, quò deiciendi peccatum erat enormius. Hanc illorum calamitatem descripsit Iosephus, oculatus plerorumque eorum, quæ septimo belli Iudaici refert libro, testis

Lib. 7.

belli c. 4.

10, 13, 15.

Primò Hierosolymam occuparunt Castius Al-

24.

binus & Vespasianus sine vlla prorsus noxa. Unde Zelotis, qui templum inuaserant, ea insedit audacia & rabies, loco vt recedere noluerint: quos cum Onias Pontifex cum alijs quibusdam inde exigere contenderet, cæsus occubuit. Accessit ad urbem cum copijs suis Titus, & quidem ipso Paschalis Festo, quando, vt inquit idem Historicus, *fato quodam tota gens Hierosolymis velut in carcere conclusa videbatur*. Numerus ciuium & eorum qui aliunde ad urbem confluxerunt, tantus fuit (sicut è victimis & hostijs immolatis colligere licuit) vt vicijs septies centena numerata sint hominum millia, pueris, immundisque, qui media, aut saltem tertia parte alijs pares erant, non annumeratis. Hinc paucis post diebus secuta fames, quæ adeo quidem atrox fuit, vt & matres suos ederent foetus, & vndecies centena millia à fame rabida consumpta sint. Tum scilicet nobilis ac populosa hæc ciuitas, non minus quoque calamitosa, in hostium redacta est potestatem. Imperatores, Principes ac milites Romani mirari tum templi, tum murorum urbis altitudinem, pulchritudinem, munitionem ac structuram satis non poterunt, quare expugnationem hanc eius adeo prodigiosam, ita tamen facilem, non nisi dijs ascribendam censuere.

De captiuis ac superstitionibus ita dispositum: ex annum septimum ac decimum excedentibus, robustissimi ac validissimi quique ac vultu liberali in triumphum reseruati, cetera ad fodinas Aegyptias pars relegata: relequi, qui eam ætatem non attigerant in seruos venundati. Milites aliquot cum claculo se subduxissent, per castra Romana dispersi, agnitis ijs venter apertus, quod fama esset, aurum

eos

eos deuorasse, vt nocte vna bis mille euisceratos *Lib. 6.*
fuisse testetur Iosephus, addatque: *Hac ego clade belli. c. 19.*
nullam credo sauiorem contigisse.

Idem & ab opidis finitimis factitatum; testis si- *Lib. 5. de*
quidem est Hegefippus, bis mille quingentos ab *excid.*
Ascalonitis confossos, à Damascenis octo millia, *Hieros.*
à Cæsareensibus vicena, ab Alexadrinis sexagena. *c. 53.*

Denique mira passim Iudæorum strages ac laniena
fuit edita; ad quam Caietanus & alij nonnulli illa
Christi referunt verba: *Amen dico vobis, non præ-*
teribit generatio hac, donec omnia fiant. Quæ etiam
verba diuina de mundi fine intelligi possunt, quã-
do nimirum reliquæ Israël saluæ fient. Vult autē
Dominus, vt è miseriarum, quæ fuere, sunt, & fu-
tura sunt, magnitudine, discamus & præcogno-
scamus eas, quæ circa finem sæculi futura sunt; fi-
nem inquam quem & hisce verbis Dei filius indi-
cavit: *Orate ne fiat fuga vestra in hieme vel Sabbat-*

tho. Hiems vltima anni tempestas est, & Sabbathū *Matth. 24. 20.*

vltima hebdomadæ dies: orate ergo Deum, ne de
eorum numero sitis qui circa mundi finem victuri
sunt, vel de eorum, qui senij hiemem & Sabbat-
thum, id est, vitæ finem, antequam resipiscant, ex-
spectant. Ita quidem exponit S. Gregorius. Hilari-
us porro per hiemem & Sabbathum otium & ces-
sationem à bonis operibus intelligit. Augustinus

hieme tristitiam denotari vult, & Sabbatho gau- *Hom. 12.*
dium vel prosperitatem, & vtrumque homini no- *in Euag.*
xium esse ac periculosum, vtpote qui facillè in ijs *Can. 29.*
damnatur: in primis dum summo gaudio, & ex- *in Matth.*
cessiua quadā tristitia oppletus & obrutus à morte *quæst.*

præoccupatur. Adfert prædicto loco Gregorius
opulenti Chrysaorij in Valeria prouincia exem-
plum, qui mortii iam proximus, horrendas dæmo- *Euang. 1.*
num for- *37.*

num formas ac laruas lecto adstantes conspexit,
& exalbescens, sudans, tremensque inclamauit,
Maxime curre, Maxime curre & succurre. Acce-
dentibus porro dæmonis, alius etiam elata voce
vociferatur, *Inducias vel vsque mane, inducias vel
vsque mane:* quo dicto scelestam animam efflauit.

VI.

Præsupponendum inter cetera, ante iudicium
generalem corporum resurrectionem fore, quæ
improbis secunda velut mors, & iustis noua nati-
uitas futura, quam palingenesiam Græci nuncu-
pant. Omnes ergo homines in corpore simul & a-
nima coram Christi tribunal apparebunt.

Ioan. 5.

28.

1. Theff.

4.

Supplem.

D. Th. 9.

75. & 76.

Hieron.

in reg.

monast.

c. 30.

Apoc. 20.

73.

Nahum

1. 10.

Circa hunc fidei articulum, notabo in primis,
Archangelum horrendo quodam vocis fragore,
tubæ instar intonantis, omnes filios Adæ & filias
Euz ad iudicium citaturum, dicendo: *Surgite mor-
tui venite ad iudicium.* Adeo quidem terribilis ac
honora hæc futura vox, vt potentia diuinæ virtu-
te, vniuersa caro momento resurrectura sit, & vt
Ioannes ait, mare suos sit mortuos quos absorpsit,
suos quoque terra quos deuorauit, ignis item suos
quos in cineres redegit, redditurus. Eodē item tē-
pore animæ inferno prodibunt, ascensuræ; & cœ-
lo aliar, descensuræ, & tum quæque suū quo olim
induta fuit, assumet corpus; corpus dānati hinc fu-
turū passibile, illinc verò immortale, vt numquam
moriendo semper viuat; quin & foetidum, malè o-
lens, difforme, tetrum, terribile, quod æternus in-
felici animæ suæ futurum carcer, & velut secun-
dus infernus. Duorum horum sociorum, qui inte-
rim dum scelesti durauit vita, in sectādis delicijs,
& innumeris se peccatis contaminando, con-
cordes fuerant, vnio & associatio, fieri teste Na-
hum, ve-

hum, velut colligatio spinarum & veprium se mutuo compungentium, constringentium, & inuicem velut torquentium. E contra corpus quod anima beata coelo delapsa induet, immortale, impassibile, splendidum, perfectum & gloriosum futurum. Animæ porro illud tum subeuntis gaudiū erit inenarrabile; altera alterum benedicet, simulq; Deum laudabunt; Benedictum sis, inquiet anima, corpus, quod mihi in gloria, qua modò simul fruimur, comparanda promerendaq; tã fidum præstiteris auxilium. Latere, euge, euge, mortificationum ac macerationum tuarum tēpus præterijt, *1. Cor. 13.* quietis iam affulsit, quod finem numquā habebit; fuisti hæctenus velut frumentum in terra latens, iam plenam posthac gloriæ metēs messēm. Exaltemus ergo pariter Deū nōstrum, cum in ipso, & per ipsum simul regnaturi simus; æternamque gratiarum actionē Christo persoluamus, qui non cōtentus hanc nobis felicitatem promeruisse, ipse nobis insuper esse voluit merces & beatitudo; præmium tuum, carissima, eius erit humanitas, & mēcum diuinitas.

VII.

Eo ipso tempore quo mortui tumulo exurgent, Iesus Christus cœlo realiter, personaliter & verè in corpore glorioso & splendido descendet, glorię diademate redimitus, eo quidem fulgore & luce, vt Sol & Luna corā maiestate eius suum sint lumen amissura, & ea quidem maiestate, vt Angeli & homines, iusti simul & peccatores, prædestinati & reprobī, imò Diaboli (etsi inuiti & coacti) ipsum vt Deum & Dominum agnitori sint; rū verò suum promissum Pater, quo filio omnia subiicienda & submittenda, inimicos pedibus eius prosternendos, om-

dos, omne coram illo genu flectendum, & omnem linguam quod Christus Iesus in gloria est Dei Patris, confessuram promisit, adimplebit.

Epist.

Iud.

Dan. 7.

Matth.

16. & 15.

Matth.

24.

Veniet inquam, secundum vetus Enochi vaticinium, cum sanctorum millibus, coelesti militia circumcinctus, & nonem Angelorum choris, qui e tribus compositi sunt hierarchijs, stipatus, qui tū, vt sit verosimile, corpora aërea affument solis instar relucetia: *Tunc videbunt Filium hominis venientem cum maiestate magna.*

VIII.

Vexillum filij Dei, id est, regium sanctæ Crucis insigne, oriflammum vetus Gallorum vexillum, quod aciei prælatum certum erat omē victoriæ, vti Israëlitis arca foederis admirabilis splendoris oriflammum, incomparabilis virtutis labarum, ante ipsum præcedet. Quæ quidem crux iustis, qui eam interini dum viuerent amplexi sunt grata erit, at impijs, quibus olim item horrore fuit, terribilis. Varias autem Doctores rationes reddunt, cur signum hoc appariturum sit.

Tract.

30. in

Matth.

1. Cor. 1.

13.

Chrysost.

hom. 77.

ad pop.

Vers. de

cruce.

1. Censet Origenes eam apparituram, vt ea visa Iudæi confundantur, & Gentes conuincantur, quod iuxta Apostolum illis esset scandalum, hisce autem stultitia.

2. Chrysostomus ea suam Christianis censet ingratitudinem obijciendam: non secus ac virga Aarōn (quæ huius erat figura) & legis tabulæ Dei iussu propterea arcæ inclusa sunt.

3. Lactantius suis in versibus eam in amoris & ineffabilis charitatis, quam in redemptionis nostræ mysterio Dominus manifestauit, memoriam exhibendam vult.

4. Solent duces & præfecti militares sua in signum

signum victoriæ erigere insignia ac vexilla.

5. Vt hinc evidens fiat crucem esse scalam Iacob, *Gen. 28.*
qua & Deus ad nos descendit, & nos ad Deum
ascendimus. *Ezech. 12.*

6. Illam esse terebinthum è qua salutare distillet *24. 22.*
gummi: iuniperum, sub cuius vmbra cum Prophe- *3. Reg. 19.*
ta quiescendum, & veram virgam hyssopinam, *14.*
cuius in expiationibus vsus. *Leuit. 14.*

9. Illam cœli empyrei, postquam in illud Beati *51.*
ingressi fuerint, ianuam clausuram, sicut rhom-
phæa versatilis paradisi terrestris aditum occlu-
debat.

8. Fore illam æternum prædestinationis si- *Gen. 3. 25.*
gnum, quod Ezechieli olim reuelatum. *Ezech. 9. 4.*

IX.

Iesus Christus cœlo descendens obuios habe-
bit sanctos illi item obuiam procedentes. *Deinde 1. Thess.*
nos qui viuimus, ait Apostolus, qui relinquimur, si- *4. 17.*
mul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in
aera, & sic semper cum Domino erimus: idque in per-
fecta Redemptoris ipsius ætate, annorum nempe *Ephes. 4.*
trium & triginta; vnde idem alio loco, Donec oc- *13.*
curramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij
Dei, in virum perfectum, in mēsuram atatis plenitu-
dinis Christi. Cum illis ergo in vallem Iolaphat,
quam Cedron torrens interfecat, descendet, vt
mundum eo ipse iudicet loco, quo olim fuit à sce-
lestis Iudæis iudicatus. Ibi eminenti in throno,
quem splendidissima constituet nubes, confidens
omnes, nemine excepto, corā se habebit Angelos
& homines. Diuinus illius vultus (etsi in se pla-
nè immutabilis) benignus & suauis iustis, impijs
verò seuerus & terribilis apparebit: adeo vt
solus

solus iudicis intuitus, illos gaudio, hosterore & confusione sit repleturus. Esacus deniq; eius vulneribus luminis ad consolationem iustorum radij & tonitruum è contra in impios & damnatos, emicabunt frágores.

X.

Ad Redēptoris latus sublimis quoq; thron⁹ collocabitur, in quo sacratissima mater eius confidebit. In cuius rei figurā de Salomone eiusq; matre Bersabee scriptū, *Positusq; est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius;* non peccatorum aduocata iam futura, sed vt debitum sibi locum occipet, pro contumelia contemptuque, quem tum in mundo, dum filius ab æmulis persecutionem pateretur passa est, tum etiam cœlo iam recepta patitur, variorum hæreticorum linguis calamoq; lacerata. Illius ad præsentiam exultabunt iusti, impii verò dolore, quòd tam potentis aduocatæ patronæq; opē neglexerint, contabescant & peribunt.

Circum Saluatoris & Redemptoris Christi soliū aliæ quoq; erunt sedes, in quibus Apostoli confideant, iuxta illud Domini promissum iam olim uiuentibus factum, *Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* In quæ verba, cum D. Gregorio notandum primò, duodecim tribuum numero omnes omnino terræ nationes denotari. Secundò, discrimen inter iudicium *definitionis*, & *approbationis* aut *declarationis* esse: illud enim ad solum Christum Iesum spectat, & nullum alterum, *Qui constitutus est index viuorum & mortuorum.* hoc verò Apostolis attribuitur, & ex plurimorū doctorum sententia, omnibus etiam

etiam vitam Apostolicam sectatis, quique omnia totius ergo deseruere. Tales plerumque sunt Religiosi, qui obedientiae voto animas; castitatis, corpora; & spes temporales, per voluntariae paupertatis votum Deo consecrarunt.

D.Tho.

q. 89. addita, 1. & 2.

XI.

Ad iudicium hoc faciendum bonos ab impijs sequestrabit (sicut oues pastor ab hædis separat) & illos quidem ad dextram, hos ad sinistram collocabit; illos sublimes in aëra sublato, hos in imo val-
lis. Hinc disce, Ecclesiā, in qua agimus, esse aream in qua bonum granum paleae permixtum est, sagem omnigenos concludentem pisces, collegium Virginum, quarum quinq; erant prudentes, quinq; fatuae; hortum, in quo rosae spinis permixtae; domum amplam, in qua vasa aurea figlinis permixta, & vasa in honorem cum vasis in contumeliam. Hinc saeculi huius confusione, & turbinibus quas Princeps tenebrarum ciet, durantibus, suis saepe meritis debitum locum homines non habent: quam obrem Sapiens dicebat: *Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiae iniquitatem*: Saepè peccator ad dextram collocatur, & pius laeuam fodit; donec rerum omnium reparator hasce fraudes & iniquitates ablaturus frumentum tandem à zizanio, vas honoris à vase ignominiae, agnos ab hædis separabit. Quid tum dicturus Princeps & Dominus vasallum ac subditum suum supra se in gloria constitutum cernens? Quid Praelatus & praecceptor, ubi se inferiori & discipulo postpositos videbunt? fiet illis, qui pietate olim explodebant? Annon cum illis, de quibus Sapiens, exclamabunt, *Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore! ecce quomodo*

Eccles. 3.

16. & 20.

7.

Sap. 3. 4.

Ff

compu-

computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos seu illorum est: Ergo errauimus à via veritatis, & iustitia lumen non luxit nobis, & sel intelligentia non est ortus nobis. O sortem amaram! ô calum verè deplorabilem!

Nostrium iam videre est, num agnorum, an verò hoedorum præditi simus qualitatibus. Hoedus & caper gregem præcedere solet, vnde tritum illud:

Dux gregis ipse caper.

Hoedus arbuistorum herbarumque caules ac frutices effodit, per rupium aspera & præcipientes scopulos proserpit: Lasciuus est & olidus. Hec vera sunt superbi alijs præesse volentis, auari & vsuris dediti, ambitiosi & arrogâti, libidinosi & alijs offendiculum afferentis signa ac notæ. Omnis verò quanta quanta est, vtilitatem adfert: ex eius namque vellere & lana parantur vestes, è pelle membrana: caro, caput, lingua, pedes agniculi bona sunt; etiam ipsa, ob quæ Iurisperiti actionem intetari volunt, stercora ad stercorandos scilicet agros. Ovis inermis est, nec se laceffita defedit, benigna, petiēs, pastoris sui vocē audit & cognoscit; ad lanienā ducta non balat, nō reluctatur. Quis pij iustiq; dotes in oue velut in imagine expressas non videt? annon verbo, cogitatione, & opere Dei gloriam promouet? Annon ipse secundum Deum nihil sperat, nihil quod amittat timet? Annon ipsi propriæ imperfectiones humilitatis sūt occasio, & nouus ad charitatē stimulus? Annō ipse verbo Dei scripto, prolato, & inspirato attentus est? Annon ipse nō modò præceptis, sed etiam consilijs, & intimis eius inspirationibus pareat? Annon ipse de manu Dei sine vllō murmure aut oblatione omnia accipit?

Annon

Annon ipse denique re ipsa potius quàm verbo dicat, *Mihi vinere Christus est, & mori lucrum?* Philip. I. 21.
 Meum igitur est excutere quanam animæ meæ sint conditiones, vt probabiliter sciam, de quorum sim numero futurus, & vtrum ad latus dextrum an sinistrum meus locus & perpetua statio futura.

XII.

In humero meo liber meus erit, ait Iob, & *circum-* Iob. 31.
dabo illum quasi coronam mihi. Liber hic consci- 35. 30.
 entia est, qui liber in iudicio aperietur: qui si libro vitæ, Christo Iesurinquam, similis conformisque sit, ipse nostra defensio futura, coronaq; æterna illi in mercedem dabitur: si alienis exoticisque conscriptus sit characteribus, accusatoris partes aget, pudorem incutiet, damnationem causabitur.

Liber scriptus proferetur,

In quo totum continetur

Vnde mundus iudicetur.

Liber hic coram vniuerso mundo, coram angelis & hominibus omnibus aperietur, eiusq; lectio adeo quidem futura facilis, vt vno oculi coniectu visurus quisque sit, qualis tota tum suæ tum proximi vitæ fuerit series.

Liber hic quoque punctū est æternitatis, in quo omnia indiuisim præsentia sunt, ac proinde non in figura, idea, aut imaginatione, sed in seipsis ibi conspiciuntur, vt ante è Basilio vidimus, idq; vnico instanti, Deo animabus speciale quoddam lumen ad hoc tam per speciem sensibilem intelligibilem quàm alio modo suppeditante. Atque ita cordiū nostrorum abscōdita, & quidquid intra conscientiarū tenebras inuolutissimū erat, mani-

*Lib. de
vera
Virgin.*

1. Cor. 4. festabitur, pernicioſa inquā molimina, proditiones occultæ, hypocrifes, inhonestæ cogitationes,
1.
Dan. 7. inordinata deſideria, flexus, reflexus, & imple-
22.
Apoc. 20. ra, quæ foris quidem ſancta ac meritoria appa-
23. rebant, at intus nullius erāt pretij ac ſordebāt. Ibi agnoſcentur famuli infideles, ficti amici, Chriſtiani exteriori ſolo habitu, & falſi fratres : *nihilq; adeo opertum, quod non reueletur, nequē abſconditum quod non ſciatur.* Quò ſe tūc vertent qui peccata ſua, etiam in confeſſione, occultant? Per hæc non ſtet, æterne creditor, quo minùs debitum meum conſitens, ipſum remittatur, quò minus vulnus detegens, coeleſtis medice, ipſum curetur.

XIII.

Peccata remiſſa etiam hic videbuntur & agnoſcentur, cū æternitatis inſtans repræſentaturum ſit omnia, & quiſq; cū Pfalmiſta dicere debeat,
Pſal. 99. *Posuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum*
8. *noſtrum in illuminatione vultus tui: & Dominus ſine exceptione vlla dixerit. Nihil opertum quod non reueletur, nec abſconditum quod non ſciatur.* verūm hæc cognitio nullum aut dōlorem aut confuſionem cauſabitur ijs, qui pœnitentiam de peccatis egerint, & quibus diuina miſericordia hæc condonarit, quia ijs ampliùs nō imputabuntur, animę illorum nec inquinabuntur, nec inficientur, & Deū magis quā ſeipſos amant, proinde omnibus patere gaudent quā erga eos fecit miſericordiā, vt ſibi in gratijs perſoluendis auxilio ſint. *Venite,* inquit Magdalena omnibus ſe intuentibus, *& vide te quanta fecit Deus anima mea.* Pœnitentia enim, vt Doct̃or quidam ait, ſunt velut acupictura, quæ veſtium futuris ornamenti gratia additur, & velut au-

Pſal. 65.
16.

lut aureum fulcrum & pedunculus quo vitrum
confractum ac rimosum fulcitur.

XIV.

Reprobi verò, qui nec amorem Dei, nec poenitentiae honestamentum habebūt, quin potius peccati & maculam & culpam, ita confusione replebuntur, vt montibus inelamaturi sint, *Cadite super nos*, & colibus, *Operite nos*. Peccatum siquidem nycticorax est tenebrarum amans, diei lucisque impatiens, Luc. 23.
30.
Isaia 2.
19.

Nam — *scelus est pauidum*, metuit quod videri, vt ait Poëta.

& alibi — *facies velata pudorem*

Significat laesum, sciri lasciuiam non vult.

Quid verò tali in turba nudum penitus comparere? Spartanæ matronæ veritæ ne nudæ omnium oculis in ludibrium post mortem, quam sibi passim inferebant, exponeretur, pudore tactæ magis quàm vitæ desiderio à manibus sibi violentis inferendis abstinuere. Quis ergo non formidet malum committere, etsi vel ad pudorem confusionemque hanc, quam cuidam intentabat Deus per Prophetam dicens: *Reuelabo in gentibus pudenda tua*, & *Nabum regnis nuditatem tuam*: & ad impropria obiectio-
3.5.
nesque, quas iuratissimus gloriæ diuinæ & salutis nostræ hostis tum in iudicio particulari, tum vniuersali peccatoribus obijciat, euitanda? His eas verbis describit Augustinus: *Aequissime Iudex*, Serm.
quod æquum est iudica, meus esse voluit, qui tuus esse noluit: post renuntiationem vt quid inuasit pannes meos? Quid apud eum luxuria, impudicitia, incontinentia faciebat, quibus ipse renuntiauerat? Quid in- contra Iud. pa.
temperantia, quid gula, quid auaritia, quid ira, & Aria-
quid superbia, quid fastus, quid cetera mea? Hæc not.

*omnia mea post abrenuntiationem inuasit; mea esse
voluit, mea concupiuit. iudica, iudica, æquissime
iudex. quoniam quæ tu non dedignatus es tanto pretio
liberare, ipse se mihi postmodum voluit obligare.*

Cyprianus sermone de eleēmosyna eadem vtitur
prosopopœia, eumq; introducit qui modò sata-
nas, id est tētator, sed tū diaboli, id est accusato-
ris partes agentem, & quidē eò potius quod de ijs
nos accusaturus sit criminibus, quæ illo auctore &
instigatore commisimus: *Ego pro istis, inquit, quos
mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui,
nec crucem pertuli, nec sanguinem fudi: sed nec
regnum caeleste illis promitto, nec ad Paradisum
reuoco, & tamen se mihi toros & sua omnia con-
secrarunt.* Adamas difficillimè frangitur, at vbi
semel cōminui coepit, tam minutū in puluerē frā-
gitur, vt vix percipi oculis queat. Satan tenta-
tionibus suis peccatorem ad peccandum obdurat,
eādemq; in malitia ita peruiacē & durum reddit,
adamanti vt duritiē non cedat, Deum se offende-
re minimè sētiat, errata nō nisi obiter & rudi quo-
dam modo videat, pudorē qui peccato adhæret a-
mittat, culpas denique mortales promiscuè pas-
simq; vix vt aduertat, deglutiat. At vbi ad iudiciū
res deducta fuerit, tum icelestus singulas, etiā le-
uissimas ac minutissimas quasque, etiam imperce-
ptibiles culparum venialium atomos illi obo-
culos ponit. Et quamuis hoc Diabolus mini-
mè faceret, sol ipse facie & oculis filij homi-
nis prorumpens, omnia rimabitur. Quod interdū
*semitam & funiculum inuestigare, interdum pone-
re seculum in illuminatione, alias fodere parietem,*
*quin & scrutari Hierusalem in lucernis, in sacro vo-
luntine dicitur. Vnde Bernardus ser. in Canticis ex-*

clamat

Psalm. 138.

3.^a

Psalm. 99.

8.

Ezech. 8.

elamat? *Quid in Babylone tutum, si in Hierusalem Sophron, manet scrutinium? si vix iustus saluabitur, impius* 1.12.
& peccator vbi parebunt? Quid facient tabule, Serm. 55.
quando tremunt columna? Harum de tremiscen- in Can-
 tium columnarum numero erat D. Hieronymus, sic.
 vt videre licet ex ijs quæ ad Chromatium scribit: *Epist. ad*
Ego in scelerum meorum latens sepulcro, & peccato- Chroma-
rum vinculis colligatus, quotidie Dominicum illum tium.
clamorẽ expecto, Hieronyme veni foras: ego deniq,
omnia tuta timeo. Et Chrysostomus homilia 15, ad
 populum Antiochenum, metum illum quem ciui-
 tas hæc conceperat, quodd Theodosij Imperatoris
 copiæ, ad commissam in Imperatoris statum
 iniuriam vindicandam ad urbem accedero nun-
 tiarentur, extremi iudicij terrori accommodat:
Vrbs vestra, inquit, *in monachorum conuersa cœna-*
bium videbatur, tantus scilicet terror vobis incu-
buerat, tanta pietas, quanto magis caloram terra-
que regis aduentum timere oporteat, & maturẽ vos
ad eum recipiendum disponere.

XV.

Hanc ob causam plurima signa præcedent, vt
 quisque tempore & maturẽ se præparet, & fugiat
 à facie arcus, vt scripura loquitur: *Dedisti me-* Psal. 59.
tuentibus te significationem, vt fugiant à facie ar- 7.
cus. Atque hoc, inter cetera, discrimen est inter
 Dei ad puniendum, & Sathanæ ad decipiendum
 & occidendũ aduentum: Deus namq; strepitũ ciet,
 tonat antequam fulguret, arcum, arma, tela, bucci-
 nas cõcutit, vt instans ei⁹ ira auertatur, & poenitẽ-
 tiã furor mitescat: *Ira quidem in indignatione eius,*
sed vita in voluntate ipsius. Satan verò, qui sui
 & homicidã ab initio, longè aliter accedit,
 laneis nimirum pedibus, vix vt audiatur, maxi-

mè cùm Dei metuentem & timoratam mentem aggreditur. Post mortem leo rugiens est, interea dum viuimus auceps dulce canens, dum auem inescare, decipere, & in casses suos pertrahere gestit.

Dolus an virtus, qui in hoste requiratur?

XVI.

Ad meliùs autem amicam hanc Dei procedendi rationem cognoscendam, & è signis quæ olim contingere, ea quæ futuram mundi consummationem portentura sint, colligendum, Historiæ veteres percurrendæ sunt, & sequentia ex illis depromenda. Pridie quàm in Pharsalicis campis conflagraret acies, Pompeium de nocte subitò excitatum panicus horror inuasit, qui in duas mox acies oculos intendens, promicantem è Cæsarianis castris facem conspexit, quæ in sua ilico incubuit, eaque euertit. Testes Plutarchus, & Cæsar ipse, & hic quidem oculatus. Anno quo Mithridates in lucem editus, quatuor horarum spatio tanta terris prodijt exhalatio, vt cælum omne flammis absumi videretur. Plinius tradit ante obitum Crassi à Parthis interfecti, pluuisse ferro in Lucania, multosque milites eo obrutos. Orosius scribit anno CCCC LXXX. ab V. C. sanguineos fontes terrâ prorupisse, & proximo post anno multos à lue absumptos esse. Cæsare sublato, & Rep. Romana, triumuirum Octauij, Lepidi, Antonij factionibus paulatim ad interitum vergente, tamen euidens solis fuit defectio, vt æternam viuentibus noctem teste Poëta, minaretur.

Ipse

*Lib. 2.
Hist. nat.*

*Ipse etiam exstincto miseratus casare Romanam
Sol, caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaque aeternum timuerunt sacula mortem.*

Tempore Tiberij Cæsaris terræ motu septem in Asia vrbes, Vespasiani imperio tres ad terram collapsæ sunt. Ante etiam sub Tigriane, Armeniæ rege septuaginta & amplius millia hominum, vnà cum domibus, terra dehiscente, absorpti sunt.

*Multi
hunc solis
defectū
referunt
ad eum
qui Chri-
sto mori-
ente cō-
tigit.*

Quartò Neronis anno mira solis fuit defectio & terræ motus ingentes, quibus futura nascentis Ecclesiæ persecutio denotabatur. Et licet, pro meteororum natura, cometæ nonnisi octoginta diebus, aut tribus ad summum durent mensibus, qui tamen beatorum Apostolorū Petri & Pauli mortem præcessit, spatio semestri ipso in aëre visus. Troiani tempore celebres illæ Asiæ vrbes, Nicea, Nicomedia, & Antiochia à terræ motu nimium quantum vastatæ sunt.

Præsertim in Siciliam Saraceni irruerent, quæ deinde Constantini III. tempore ferro flammæque depopulatæ sunt, & ante luem illam qua potissima Galliarum pars extincta est, solis lumē obscuratum fuit, & caligine opertum.

Testatur Orosius bouem locutum, dixisseque aliis audientibus, *Caue tibi Roma.* Quo, alluisse videtur Augustinus in lib. de Dei ciuitate ita scribens: *lib. 5. de ci-
uit. c. 16.*
*Mixto boues locutos, infantes nondum natos, clamas-
se de vtero matrū: serpentes volasse: fœminas & gal-
linas in masculinum sexum fuisse conuersas: idq; an-
te prælium Cannense, in quo Romanæ nobilitatis
flos, quadraginta quatuor millia scilicet, Pænorū
ferro cecidit, qui tres annulorum quos interfecto-
rum digitis detraxerāt, modios Carthaginem do-
mo misere.*

Ff ;

Si hæc

Si hæc ethnicis signa data, multò magis diuina prouidentia viæ suæ signa præuia, ipsam audorâ-
tibus & agnoscentibus dabit, vt hinc fructum ali-
quẽ eliciant, & si in iniquitatibus suis etiã tũ perse-
ueret, eò minorem sui excusandi rationẽ habeat.

Antequam Hierosolyma euerteretur, stella cri-
nita gladio persimilis, & quidem anno integro vi-
sa vrbi imminere.

Octauo mensis Iiâr, qui nostro respondet Apri-
li, die circa nonam horam vespertinam, cum po-
pulus omnis in templo congregatus esset, maxima
subitò erupit lux, omnium oculos, mediæ horæ
spatio, præstinguens.

Iuuenca, quæ ad aram immolanda rapiebatur,
agnum in templo peperit.

Orientalis templi porta ænea, tantæque molis,
vix vt eam viceni mouere possent viri, sponte pa-
tuit pessulis, & feris adhærentibus.

Vicesimo Sinan, id est Maij die, visi armati
coelo currus & acies, circa solis occasum con-
currere, auditiq; ab omnibus rotarum fragores &
collisiones.

Ipsò Pentecostes, quam festum hebdomadarum
Iudæi dicebant, sacerdotes templum ingressi, hor-
rendam imis mugientem penetralibus vocem au-
diere quæ diceret: *Migremus hinc.*

Quidam etiam Iesus, Anani filius, de populo per
cõpita & vrbis vicos horrendũ inclamans, terrorẽ
ciuibz suis mouebat, *Vox ab oriente, vox ab occi-
dente vox à quatuor ventis, vox super Hierusalẽ, vox
super sponsos & sponzas, vox super vniuersum populũ.*
qui primò ad sanguinẽ, dein ad ossa vsque flagel-
lis cæsus vt sileret eò amplius inclamabat, *Va Hie-
rosolyma, va masculis & femellis.*

Si er-

• Si ergo vrbis vnus, prouinciæ, regni, nationis ac populi vnus euerfionē tot tāq; horrēda, referēte Iosepho, qui hāc nobis historiā descripsit, signa præcesserint, quæ quātaq; futura illa, quæ finē sæculorū, mundi cōflagrationē, & totius vniuersi demolitionē præcedēt? Testimoniū & oraculū hoc veritatis æternæ sit instar omniū, *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modò, neque fiet.* Nam pro tribulationū futurarū magnitudine, erit & signorū præcedentiū terror & horror. Mūdus ab Adamo ad vsq; tēpora Noë in sua veluti fuit infantia; à Noë ad vsq; Abrahamum, in pueritia; ab Abrahamo ad Moysem in adolescētia; à Moyse ad Dauidē, in iuuentute; à Dauidē ad vsq; tēpora Redēptoris, in maturitate; ab ætate Christi quoad vsq; Euāgeliū regni per viuersū orbē diuulgetur, in virili stabiliq; robore; ab vniuersali Enāgeliij promulgatione ad vsq; natū Antichristum, in senectute; ab Antichristo ad mundi cōsummationē, in ætate decrepita. Vt verò omnibus hisce ætatibus numquā defuēre bella, fames, cōtagia, afflictiones, tribulationes, persecutiones, & quidē numero plurimæ, & magnitudine graues, quibus sua etiā nō defuēre signa; vltimē etiam, quando scilicet homo peccati, & filius iniquitatis reuelabitur, quæque ceteras eminenter in se includet, signa & notas, quibus designabitur, horrorē & terrorē oportebit aliorum in se habere: atq; in primis vt ita prædestinati præmuniātur ac præseruētur, qui, *nisi breuiarētur dies illi, vix saluaretur; sed propter electos, vt Dominus promittit, hi breuiabuntur.*

Cum ergo mundus adeò peruersus sit, & in nequitia sua inueteratus, etsi tot DE I præcesserint comminationes, & tot ab eo destina-

ta le-

De bel.

Iud. li. 7.

c. 12.

Matth.

24. 21.

Mar. 13.

10.

Mat. 24

22.

tz legationes, quid restat, nisi vt exterminetur, & generationi humanæ finis imponatur? ad quid enim vltra valent homines, quàm vt tartaro sint esca. Tunc siquidem verba illa ad Noë olim dicta Deus repetet: *Finis vniuersa carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra.* Primum diluuium per aquam factum fuit, quæ cum terra, quod ei elementum non vsque adeo absimile, compati potest. Secundum per ignem erit, qui ipsas etiam montium radices & fundamenta comburet: primū diluuium secutum est iudiciū particulare, secundū sequetur vniuersale: illo Noë & filij eius educti sunt, vt terrā denuo hominibus implerēt; post hoc nulla regeneratio aut reproductio speranda.

XVII.

Irreuocabile vitæ mortisque decretum, quod Iudex inexorabilis pronuntiabit, ad verbum describitur apud Matthæum cap. XXI. Tradunt Doctores Theologi Syriaca illum linguā, quā vsus est dum inter mortales ageret, clara sensibilibus id voce prolaturum; Syriaca autem lingua tū ex Hebraica, quæ Iudæorum ante Babylonicam captiuitatem originaria & materna erat, tum ex Chaldeæ quam suæ permiscuerant cuiusque vsū etiam à captiuitate reduces retinuere conflata erat. A sententia porro bonorum iudex auspicabitur, vt hoc pacto ostendat, semper se ad compensandum, quā puniendum prouocare. E singulis illius verbis fructum aliquem, iuxta primum meditandi modū supra concione de Oratione traditum, eliciamus.

XVIII.

VENITE. Verbum hoc ad duo alia *venire* relatiuum est, sine quibus hoc nūquam pronuntiaretur

retur, cū prędestinatio tres complectatur partes, vocationem, perseuerantiam, & beatificationem. *Venite ad me*, inquit Dominus nos ad gratiā suam vocans, *omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* & alibi: *Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me.* quasi diceret: Cū ad me veneritis, & primę vocationis meę voci obsecuti sitis, vocabo & secundò, **VENITE** inquam mecum, cū veneritis post me; venite vbi sum, cū vitam meam secuti sitis. Venite à Libano Ecclesię militantis, vbi velut cedri baptismo & aqua poenitentię irrigati, ita excreuistis, vt vos tempus sit modò in triumphantem transferendi. Venite de medio tribulationum, vbi stolas vestras in sanguine agni dealbauistis & lauistis; venite de cauerna & spelæo leonum & tigrium, inter quos, à me persecutionum genus perpeffi, hactenus egistis; venite columbę meę, dilectę meę, iam afflictionum vestrarum hiems transijt, imber poenitentię abiit; venite, videte flores terrę nostrę, & horti nostrī fructus colligite; venite & accipite debitum laboribus & sudoribus vestris præmiū; venite, neque enim coēgi vos; venite, nam sponte libereque gratię meę, per gratiam eandem cooperati estis; venite, nam per iustitiam & virtutis gradus ad eum, ad quem vos voco, locum peruenistis; venite ergo, & victoriosę conuersationis vestrę palmas in man^o accipite; venite, & accedite ad me, vt qui tolli vobis nō poterunt, coronas capitibus imponam, & frontes vestras laurea velut diademate, laurea inquam, quę numquam marcescet, aut flaccescet circumcingam.

Matt. 11,

Matt. 16

Capit. 48

Cāt. 2. 11.

XIX.

BENEDICTI PATRIS MEI. Non ait benedicti

Ephes. 1.

nedicti mundi aut sæculi, cuius benedictiones, maledictiones potius sunt; non item Benedicti Abrahamæ, Isaac & Iacob, non Moyſis, non Patriarcharum aut Prophetarum, sed benedicti patris mei, qui omni vob benedictionum genere compleuit, bona naturæ, gratiæ & gloriæ vobis communicans, iuxta promiſſum eius prophetæ ore prælatum, *Innotens manibus & mundo corde hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo ſalutari ſuo.* Non item benedicti Dei sed patris mei, vt ostendat omnes benedictiones ſuas, ex amore quo nōs in filio ſuo pater proſequutus eſt, cuius filij eſſe nos oportet cohæredes vt patris huius hæredes ſimus procedere.

Rō. 8. 17.

XX.

POSSIDETE PARATVM VOEIS REGNUM à CONSTITVTIONE MVNDI. Poſſidete inquam, ſine vllō boni quod poſſidebitis amittendi metu; quod cū magnū ſit, imò infinitū, infinitus quoq; eius amittēdi metus eſſet, niſi certō eius vobis poſſeſſio promiſſa eſſet. Poſſidete id mecum, & ſedete mecum regnaturi, in throno meo, vt iam olim promiſi & in throno PATRIS mei cōſideo. Vt verò nullum vobis maneat dubium, ſemper eritis vbicumque ſum ego, & ſicut ego ſum in patre meo, ita vos eritis in me. Intrate igitur, intrate in gaudium Domini veſtri: qui enim mundo velut Domino obſecuti ſunt, horum gaudium cum mundo iam euauit, qui verò Patrem meum in Dominum habuiſtis, audacter in gaudium & gloriam eius intrate, neque enim vos, vmquam illa deficiet. Intrate in poſſeſſionem per intellectum, in fruitionem & vſum fructum per voluntatem. Iam per beatam quandam

Apoc. 3.
21.

quandam necessitatem eò res venit, vt nec à me videndo, nec amando vmquam sit futurus finis: Ego sum rex & regnum, accipite ergo & poscidete me.

Regnum: rex fit enim & passionibus dominetur oportet eum qui huc peruenire voluerit; nemo quippe huc, postquam rationis vsum adeptus fuerit, ingreditur nisi potens sit Dominus, & dominium illud habuerit, de quo scriptum est, *Omnis locus, quem calcauerit pes vestester, vestester est.* & poëta gentilis:

Dent. 11.

24.

Horat. lib.

2. od.

*Latinus regnes audium domando
Spiritus, quàm si libyam remotis
Gadibus iungas, & vterq; Poenus
Seruiat vni.*

Dicit porro, sine adiuncto prorsus vllò, *regnum*, & velut per excellentiam; quòd non terrestre illud sed coeleste sit, cuius diuitiæ infinitæ, deliciae inæstimabiles & possessio felicissima est, quasi diceret: Coronæ terrenæ marcessibiles sunt, caducae, periturae: earum ornamenta facitè auelluntur. Mundus siquidē theatrum est, in quo, interim dū sæculi huius agitur comoedia, alij Philosophos, alij plebeios, alij duces, alij milites, alij reges, alij subditos agūt. Actores nō diutius inter se differūt, quā ipsa durat tragoedia, & tādīu tragoedia, quādiu tragoedo allubuerit, nec verò diutius. Idem de mundi pompis & præcellentiis dicendum, vbi vnus quidem alteri præcellit, sed omnes nonnisi reges & domini sūt theatrales, quorum duratio ad æternitatem collata minor sanè ac breuior, quàm duarum fortè spectaculum horarum vitæ humanæ durationi comparatum. Disce igitur mature anima mea mundum spernere, cuius

Vasta

*Vasta palatia arcta sunt casule,
Sceptra potentia inanes fistula,
Armata pocula cicutæ patere,
Risus & gaudia mera decipule.*

Addit, *Paratum vobis à constitutione mundi*, vt doceret reipsa quod olim per Prophetam ait: *In charitate perpetua dilexi te, & attraxi te, miserans.* Iam inde à mundi primordio coelum empyreum condidit, quæ sit regia ac velut metropolis eorum qui aliquando cum illo regnaturi essent; quorum cum ab omni æternitate & nomen & cognomen cognouerit, expressè & insigni cum emphasi ait, *vobis.* perinde ac si diceret, Regnum hoc non Angelis duntaxat, accidentariè verò & illis descendentibus, vobis præparatū est; sed sine villo prorsus discrimine iustis omnibus tam Angelis quàm hominibus destinatum: & tamen harum intelligentiarum nulla principatu suo per rebellionē & apostasiam excidisset, vos nihilominus ad hanc gloriam, quam modò aditis, cum corporibus simul & animabus peruenissetis.

X X I.

ESVRIVI ENIM, & DEDISTIS mihi manducare, & ceteræ quæ de operibus misericordiae sequuntur. Hiscè è verbis multa illustria notatuque dignissima eruimus. Primò, Regnum coeleste, non modò vt donum gratuitum, sed etià veluti in præmium nobis dari. Secundò, in beatorum electione, ad opera Deum respicere, nō quidem per præscientiam, quæ electionis quodammodo sit causa, sed velut partem ingredientem & concomitantem prædestinationis. Tertiò, sicut sine illis quæpiā ad gloriam peruenturum iam v-
su ra-

su rationis donatum. Quartò, beatitudinem à Deo
 velut coronam dari, cum & ad eam perueniendi,
 & eius per iustitiam acquirendi ad quod per gra-
 tiam nos prædestinauit, media dederit; scilicet
 eius decretis mandatisque obtemperando, opera
 misericordiæ exequendo, veram fidem conseruan-
 do, eiusque inspirationibus respòdendo: quæ vnà cū
 gloriâ, quæ post hæc velut merces & corona sequi-
 tur, prædestinationis sunt effectus. Quintò, eamde
 ob causam regnum coelorum denarium diurnum
 vocari, vti hoc exponunt. Hieronymus, * Augu-
 stinus, & † S. Gregorius. Sextò, ob hoc potissimum
 è scriptura doceri nos Deum non esse personarum
 acceptorem, sed vnicuique secundum opera sua red-
 dere. Septimò ex eadem erui, vitæ huius actiones
 & passionis æternum gloriæ pondus in immor-
 tali hac vita operari, quod homo seminabit, hoc
 & messurum, salutem nos cum metu & tremore
 operari, vitam æternam iustitiæ titulo dari, Deum
 non esse iniustum, vt operum nostrorū obliuiscat-
 ur; Beatum illum esse, qui tribulationem patitur,
 vtpote quem, postquam probatus fuerit, æterna
 merces maneat: esse nos debere fideles vsque ad
 mortem, & tum vitæ coronam nobis dandam: qui-
 cumque reliquerit domū, fratres, sorores, Patrem,
 matrem, vxorem ac filios, aut aliud quidlibet pro-
 pter nomen filij Dei, centuplum ei reddendum in
 hac vita, & vitam æternam in hæreditatem datum
 iri: pietatem esse ad omnia vtilem, & promissio-
 nem vitæ tam præsentis quam futuræ habere; item
 debere nos dignos nos reddere vita æterna, quæ
 hanc ob causam *Corona, premium, stipendium, ob-*
positum, retributio, & merces. appellatur, quæ lo-
 quendi rationes absurdæ impertinentesque fo-

Gg

rent,

Matth.
 20. 9.
 . *Lib. 2.*
aduers.
Iouin.
 * *Lib. de*
vera vir.
gin. c. 26.
 † *Lib. 4.*
Moral. c.
 42.
Rom. 2.
 11.
Gal. 2. 6.
Rom. 2. 6.
 2. *Cor. 4.*
 17.
Gal. 6. 7.
Phil. 1. 2.
Heb. 6.
 10.
Iac. 1. 12.
Apoc. 2.
 10.
Matth.
 19. 29.
 2. *Tim.*
 4. 8.
 6. *Tim. 1.*
 12.

Apoc. 9. 11 rent, si merita Deus non intueretur.

2. Tim. 4. 7. 6. Ceterum, quidquid hic & alibi de bonis operibus dictum est, intelligere oportet in quantum ea in gratiæ statu facta sunt, & in quantum iustus corpori suo mystico, quod est Iesus Christus, incorporatus est; extra quem nulla prorsus gratia, meritum, aut satisfactio; cui cum charitate vniti iunctiq; fuerimus, *diuites simus in omnibus operibus*, ut

Rom. 2. 6. 2.

6. 2.

1. Tim. 6. 18.

18.

1. Ioan. 3. 41.

41.

Hoc autem sensu exponenda est fiducia, quam e bonis operibus elicere animam oportet, de qua idem diuinitatis interpret & mystes epistola ad Hebræos loquebatur: *Nolite amittere confidentiam vestrâ, quæ magnam habet remunerationem.*

Neb. 10. 31.

31.

textus Græcus *παρρησια* præfert, quod Theodorus Beza verbum enervat, dū aut *libertatem loquendi*, aut *securitatem* eodem denotari vult; aliud quippe est *ἀσφάλεια*, aliud verò *παρρησια*.

2. Esdr. 51. 9.

51. 9.

Psal. 17. 21.

21.

Hoc sensu Patres suam ipsi vitam deprædicarunt, suaq; Deo opera, quæ in ipsis & per ipsos ediderat, obtulere ac velut in membram reuocarunt. *Memento mei*, inquit Nehomias, *Deus meus in bonum, secundum omnia quæ feci populo huic.* & Psalter: *Re-tribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.* Apostolus verò de se ipso etiam multò locutus est confidentius: *Bonum*, inquit, *certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona iustitia, quam reddet mihi Dominus iustus iudex, non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius.* verba hæc viam sternunt verbis alterius Pauli, pri-

2. Tim. 4. 21.

21.

li, pri-

li, primi inquam Eremitæ, qui paulo ante mortem suam, teste D. Hieronymo, dicebat, *Peracto cursu superest mihi corona iustitiæ*. Similiter & S. Hilari-
on paulo priusquam animam efflaret, eam ipsam alloquebatur & exhortabatur: *Egredere anima mea, egredere, quid times? septuaginta propè annis Domino seruisti, & mori times?* Hieron. in vita Pauli. Idem in vita.

Seuerus Sulpitius D. Martinum scribit, naturæ & gratiæ inimico viso, his eum verbis à se reiecisse: *Quid hic adstas cruenta bellua? nihil in me funestum reperies. Sinus Abrahamæ me excipiet*. Vti & D. Franciscus humilitatis & paupertatis speculum, antequam animam redderet, cum Psalmographo dicebat: *Edue de custodia Domine animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi*. Bonavent. in vita. Psal. 141.

Ex hoc quoque fonte probmanarunt sanctorum Patrum exhortationes, quibus nos ad virtutē sunt cohortati: *Praclara & diuina*, inquit Cyprianus, *res, fratres carissimi, salutaris operatio, solatium grande credentium, securitatis nostræ salubre presidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati*. Et aureum eloquentiæ flumen Chrysostimus: *Orationem instituiamus, ut post Baptismum sanctam vitam agas, tu verò è contra agis, quidquid post scelestam vitam ad mortem accersendam facere posse potes*. Nihil porro volumus aliud quam ut per bona opera nascatur & crescat in animo tua fiducia. Et S. Ambrosius: *Ex fide Charitas, ex charitate spes, & rursus in se sancto quodam circuitu retunduntur*. Et S. Augustinus: *Ille sperat qui bonam conscientiam gerit, quem verò pungit mala conscientia, retrahit se à spe, & non sibi sperat nisi damnationem*. Serm. de opere & elemos. Hom. 2. in epist. ad Corinthios. ad c. 17. Luca. Enarrat. in Psal. 31. praefas.

Quod euidenter ratione etiam declarare potest: cum

G g

test: cum

test: cùm enim vitæ coronam Dominus promiserit ipsum diligentibus, vt Sanctus Iacobus & S. Iohannes testantur, id est, qui illum non lingua modò & verbo, sed re vera & effectù dilexerint; hinc sequitur duo inprimis esse ad gloriam adipiscendâ necessaria. Primò, vt Deus in promissis suis fidelis sit, deinde vt nos ad operum executionem veniamus, quam vbi adhibuerimus, se nobis verbo suo obstrinxit. Hæc si fecerimus, minimè dubitandum, quin à parte sua Deus minimè sit defuturus, & proinde in bona nos conscientia lætitiæ habituros. Hæc sanè ratio Magistrum sententiarum mouit, vt doceret non à sola promittentis gratia, quando nempe subhypothesin & conditionaliter promittit, verùm etiam ab actione & consequenter merito, spem & fiduciam promanare.

XXII.

SITIVI, &c. Etsi hoc loco aliam sententiæ suæ rationem non det, quàm opera misericordiæ, cùm tamen vox eius infinitæ sit virtutis, vnicuique ad oculum (etsi mentaliter, & eo quidem modo omnes vt intellecturi sint) opera particulatim, ob quæ suum sit illis regnum daturus ostendet. Martyribus siquidem dicet, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum; quòd sanguinem vestrum ad veritatem Ecclesiæ meæ reuelatam propugnandam profuderitis, & propter iustitiam persecutionem passi sitis. Virginibus autem, Venite benedictæ Patris mei, possidete quod acquisistis regnum, quòd corporum animarumq; puritate Angelorum sitis puritatem ac nitorem imitatæ. Sæcularibus, qui Patris sui præcepta seruauerunt, & à peccato se letali immu-

nes;

nes præstitere, Venite & possidete regnum adeo desideratum; in medio vos nationis prauæ egistis, sine vlla tamen iniquatione, socij fuistis struthionum, draconum, & scorpionū, & illorū à moribus immunes fuistis, habitastis in infami Pentapoli, & velut Loth eadē egressi estis; vixistis in Ninive, & fidelis Tobij imitatione à cōtaminationis ethnicæ sordibus vos puros nitidosq; conseruastis; millies sæculi vanitatibus ac voluptatibus interfuistis, & cum tribus adolescentibus, camino hoc, qui Chaldaeos & mundi amatores adurebat, sine vlla prorsus læsione, ac hospites exsiliistis. Religiosis, Venite benedicti Patris mei; vos nudi crucifixum nudum secuti estis, vos voci meæ attentius ceteris auscultastis, vos primaria & dignissima hæreditatis meæ pars; vestra vita continuum fuit martyrium, vos animam, corpus & bona mihi dedicastis, vos verbo me annuntiastis, opere bonum mei odorem excitastis, & assidue de me meditati & contemplari estis, vestræ mihi vitæ continuum holocaustum ac sacrificium erant; venite igitur & possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Atque ita de ceteris iustorum statibus, gradibus, conditionibusque dici queat. Beata illa anima, cui sua Deus bona opera reuelabit & patefaciet! sane vel nulla in hoc mundo ambitio aut cupiditas bona est, vel huc illa referenda,

XXIII.

Tunc quoque iratum iudex vultum impijs obuertet. Huc referā quod dicitur, agnum sex anni mensibus in latus dextrum, & sex alijs in sinistrum inclinare; hic item occurrit intollerabili-

lem columbæ iram esse. Et hoc vt taceam, toruo & obliquo scelestam hanc farraginem iudex intuens oculo, terribili ijs voce dicet: *Discedite à me maledicti, in ignem æternam qui paratus est Diabolo & Angelis eius.*

Psal. 76.

19.

DISCEDITE. O tonitru horrendum ! Etenim *sagitta tua transeunt, vox tonitru tui in rota.* Indignationis tuæ sagittas Domine olim in bellis, fame, & contagio experta est terra; iustitiæ tuæ tela in hoc mundo sensimus, dum vel morbo premebamur, vel hosti si gladio, vel persecutione: sed illa, Deus meus, transitoria erant, quin & ipsa aduentus tui signa iam præteriére; at vox, & tonitru tui fragor, ac verbum illud *Discedite*, iuste viuorum ac mortuorum iudex quàm intolerabile est ! Rota est finem non habens, quæque sine fine nos in desperationis abyssum præcipitat. *vox tonitru in rota.* Itane ergo ac propterea hactenus siluisti, & patienter omnia tolerasti, vt velut parturiens loquereris, & tamquam potens crapulatus à vino caput collideres ? Itane nos in die furoris tui vindemias ? Mentè ergo collecta, anima mea, & quiesce, si fieri potest, interim dum tempus est, verba hæc excuriamus. Primo, verbum *Discedite*, duo esse docet poenarum genera, *sensus & damni*: de poena sensus, quæ nihil est, capitali supplicio collata, mox agemus: damnum verò ac damnatio in æterna Dei visionis priuatione, & perpetuo à felicitatis loco exilio sita est. Secundo, *Discedite à me* qui Deus vester sum, primum principium, & finis vester vltimus. Tertio, *Discedite à me*, qui vester sum Redemptor, qui vestri ergo humanam naturam assumpsit, qui vos sanaturus vul-

rus vulnerari me permisi, vosq; assidue ad delictorum agnitionem vocavi. Quartò, *discedite* ab amicitia mea, protectione, regno, coelo, essentiae meae visione, & à perenni æternarum deliciarum mearum fonte vos excludo. Quintò, *discedite* ab his quos in meos assumpsi, ab hierarchijs & Choris Angelicis, ab Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Virginibus; *discedite* à suavissimo sanctissimæ matris meae contubernio, quæ quòd mihi voluptatem causaretur, tua per adoptionem & gratiam esse mater voluit, nisi hæc illam simul & me voluptate priuassetis. Quid non eum illa & per illam feci, quo te ad me pertraherem? Quid non illa apud me & per me præstitit, ut te in salutis viam reuocaret? Ea verò vestra fuit malitia, ingratitudo & degener nequitia, ut matrem simul & filium vili penderetis, & Angeli patris, quos vobis in custodes, tutores & pædagogos dederam, millies vestri causa amare plorarunt, ite ergo maledicti, ite, discedite à me,

XXIV,

MALEDICTI, non à carne & sanguine, non à mundo, non à socijs aut collegis vestris, non à Patre meo qui omnium vult benedictionem ac felicitatem, nullius verò maledictionem aut damnationem; sed à vobis ipsis, in vobis ipsis, per vos ipsos maledicti, maledicti in animabus, maledicti in corporibus, maledicti in memoria, maledicti in intellectu, maledicti in voluntatibus, maledicti in oculis, auribus, pedibus, manibus, odoratu, gustu, & tactu vestro maledicti, maledicti super terram, maledicti sub terra, maledicti in tempore, maledicti in

Psal. 108.
18.

æternitate; maledicti in vobismetipfis, maledicti cum dæmonibus, maledicti denique cū maledictis vestri similibus. Dilexistis maledictionē, & cecidit super vos; odistis benedictionem, & illa elongata est à vobis: operuit vos confusio sicut diplois, ipsaque velut aqua in animarum vestrarum sinum defluxit, & olei in morem in ossium vestrorum medullas penetrauit. Discedite erga à me maledicti.

Gen. 27.
34.

Si Esau horrendum infremuit & rugijt cū à Iacobo fratre sibi esset paternæ erepta benedictio, *Audit is Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno, & consternatus ait, Benedic etiam & mihi pater mi:* quomodo damnati, quorum Esau figura dumtaxat fuit, irrugient, quando prædestinatos (quos Iacob significat) non temporalem, sed æternam cœlestis Isaac benedictionem ita abstulisse cernent, nihil vt sibi reliquum futurum sit? quomodo frement & vlulabunt? quo sententiam maledictionis in se latam, iustitiam æquitatemque eius non valentes dissimulare, furore confirmabunt? Quo diem natalem, viscera quibus inclusi fuere, & quæ suxerunt ybera detestabuntur modo?

XXV.

IN IGNEM AETERNVM, In hoc poenæ sensus consistit: quasi diceret, non meā vos societate excludo, vt vos vobis relinquam, & indulgenter licentioseq; vti hætenus fecistis, viuendi vobis permittam facultatem; sed vt tetro vos abyssi carceri includam, in eoq; animas vestras excruciem, & torream corpora. Credidistis aquā Baptismi, cooperante omnipotentia meā, animas vestras ablui posse, credite iam, aut potius sentite,
num

num alterius huius elemēti actionem verè ita suspendere queam, vt corpora simul & animas adurat, non tamen exurat. Testabuntur id vobis demones, qui puri licet spiritus, à tot tamen annis illud experti sunt; cum illis igitur probate, cum affectus vestri illorum affectibus conformes fuerint, quid sit, fuerit, & futurum sit. Sed quid ah miseræ! annon id & modò persentiscitis? An, quia inferni profundo egressæ estis, vt hoc loco comparereris, & infandis cadaueribus vestris iungere mini, ardere destinitis? Annon infernus vos semper vester, non minus quàm maledictos demones sequitur? Manete igitur in igne, versamini, ite, ite ad tartara; hic namque desperationis est carcer vobis reseruatus. Ibi animæ vestræ cruciētur, cum appetitibus corporis fuerint subiectæ; ibi ardeant corpora vestra, cum sponte se & vltro flammis concupiscentiæ subiecerint: ibi intellectus patiatur, cum fidei non obedierit: voluntates nihil omnium quæ optant habeant, cum meæ semper sint refragatæ: Oculi vestri, æternum miseri, nil rater foeda cadauera cernant, mortem optantia & inuenire non valentia, cum velut pharetræ fuerint, è quibus tot lasciuorum intuituum sint tela prompta: Aures non nisi blasphemias, diras imprecationes & maledictiones tum in vos ipsos, tum ipsosmet proferentes eiacularas audiāt, cum ad rba lasciuia, detractoria, & falsa hæreticorū donata eadem toties paruerint: Gustus non nisi fel & sinthium degustet, cum legū mearū minimæ se viuicere non potuerit, nec certo aliquo cibo abire, quo alij plurimi toto vitæ tempore abstinere. Tactus etsi omnium sensuum crassissimus, nisi flammæ, ignem & prunas, quocumque

se conuertat, sentiat, cum ad brutales voluptates tam effrenatè se effuderit. Totum denique corpus doloris sit sedes, tota anima tristitiæ & furoris recepraculum, cum ambo, dum simul in terra licentiosè viuerent, Deum Patrem meum assidue offenderint, Spiritum sanctum contristarint, & redemptionis suæ pretium pedibus conculcarint. Hæc aliæque damnatorum ad mentem verba potius, quàm ad auditum penetrabunt, idque non successiuè illorum prolatione, sed vno instanti. Quod verò maximè affliget, & doloris lancem nimium quantum deprimet, erit ipsa quæ hinc pendet eternitas, quæ maximam intensissimamque sensus poenam haud dubiè non modò æquat, verùm etiam superat. Quod sequenti meditatione liquidius patefcet.

XXVI.

QVI PRAEPARATVS EST DIABOLO & ANGELIS EIVS. Notandum verò inprimis, non dicere Dominum, in ignem qui paratus est vobis, sicut bonis ià antè dixit, *Venite, possidete paratum vobis regnum*. Vt hinc colligamus, infernum ab initio nō hominū, sed dæmonū causā creatum: adeo vt nisi homo spōte eò sp̄ deiecisset, nūquā eodē, ne quidē post peccatū deuenisset, modò agnoscere culpā voluisset, & peruicacem, durā, inflexibilēq; dæmonū nō esset malisiam imitatus. In quo benignissimus Dominus noster se

Isai. 30. 33.

& Deū ultionis, & Patrē misericordiæ ostendit. Ceterum rō paratus reducit mihi in memoriā illa Isaia verba in visionibus suis, *preparata est ab heri*, id est, à prima diei successione, & sæculorū principio, *Tophet, à rege æterno preparata profumda & dilatata nutrimenta eius ignis & ligna multa*.

multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Vocat autem Tophet, sicut & Redēptor eum *Gehennā* dicit, qui locus Hierosolymis proximus erat, in quo populo in idolorū cultu lasciuiēte, infantes Molocho sacrificati comburebātur. Sapientia porro æterna per montes & valles igniuomas, quas in terrā videmus, ostendere vult, etiam se sub terrā, Tophet quoddam, gehennā, fossam & semper æstuantem, ardentem & vrentem, concedere Aetnam ac Vesuium posse.

PROSOPOPEIA, *qua Colloquij fit loco.*

Inter iudicis sententiam, & eius executionem, statuendū quoddā temporis interuallū, quod ad vltima Christianorū, eorū potissimū, qui sponte & vltro in exitū suū præcipitarunt, verba audienda sufficiat. Etsi .n. hocce tēporis spatium reuera illis minimē dandū sit, quod ipsum æternitatis momentū mox à prolata cōdēnationis sententia sit auspicandū; eo ipso tamē instāti, species quādam intelligibilis, persimilis illis, quæ quidquid boni maliq; iam inde ab orbis initio in vita olim egerint, illis representabunt; talis inquā imago, species, aut notio fatis erit ad illos corde vel etiam ore sequentia proferre cogendos.

Aequissime viuorū ac mortuorū iudex, hæc quibus nos addixisti supplicia, verē ac iure promeremur. Morte, & quidē æterna, digni sumus. Ita sane, potentissime Deus, ita inquā se res habet, & nostrū nullus quod replicet aut ē contra opponat habet: deprehēsi namq; oēs in præsentissimo furto, peccato inquā mortali sumus, omnes inimici tui ac rebelles, & toto vitæ nostræ miseræ ac miserādæ tēpore, in omnibus actionibus, verbis, & cogitationibus nostris nullū minus quā maiestatis diuinæ læ-

ſæ crimē admiſimus. Infinita, fatemur, noſtra ſunt
 demerita, æquū, pinde vt quādiu eſſentiā futurus es
 De^o p iuſtitia tua caſtigemur & cruciemur. Hoc er-
 go vltimū ſit verbū bonū, q ore prodeat noſtro, in-
 terim dum abyſſi fauces laxantur ac valuz ad nos
 tranſmittēdos pandūtur. Vale Princeps benigniſ-
 ſime, ſupreme rex vale, vale bonorū amice, impi-
 orum hoſtis vale: quocunqꝫ enim concedamus,
 nolentes, volentes, ſemper tuꝫ erimis creaturæ, tu-
 que in æternū Deus noſter & creator: & tameti
 boni ſerui partibus officioque deſuerimus, non
 propterea noſter legitimus Dominus eſſe deſinis.
 Eſi tuam ſimilitudinem amiſerimus, tua tamen
 nobis imago ſuper eſt; atque hæc prò dolor ! pēna-
 rum noſtrarum maximæ, perennem perennationē
 & reuiuiſcētiam dabit ! Ignes, flammæ, glacies, ge-
 lu, frigus, & maxima grauiffimāq; quæ pati quea-
 mus ſupplicia, numquam, quam tui faciemus ia-
 cturam aut damnum quod æterna beatificantis
 eſſentiæ tuæ priuatione incurrimus, æquabunt: a-
 lia pœna omnis non niſi additamentum quoddam
 funeſti huius principalis, quod ſemper nos
 ſequetur, & torquebit, quia vultus tuus ſemper e-
 rit ſuper nos, nobiſque tua imago indelebiter in-
 ſculpta. Semper intellectus noſter ſemper volūta-
 tes noſtræ infinitæ capacitatis erunt, atq; vt tu im-
 mortalis es, ita & animæ noſtræ immortales erūt,
 ita tamen vt tranſacto huius vltimæ valedictionis
 ſpatio, quod nobis ad mentem noſtram ad te ſu-
 ſtollēdam dare voluiſti, nulla hoc ipſum poſthac
 faciendi ſpes nobis ſuperſit. Vale ergo, vale ſemel
 ac ſemper munde archetype, rex regum vale, vale
 iuſtorū iuſtiſſime, & bonos inter reges æquiſſime;
 permitte dūtaxat, vt tantundē filio tuo, iudici no-
 ſtro

stro, carissimo tamē Domino, dicere nobis liceat.

Quàm durum & acerbum à te, sæculorum reparator, mundi restaurator, domus Dei primogenite, separari ac diuelli? Quid nūquam eius amplius videre faciē dabitur, qui suā nos vitā impēdēdo liberauit? nunquā sacra pedū eius vulnera ex osculari? Aliud ei⁹ ex ore verbū nō audiemus, quā terribilē hanc qua nos cōdēnauit vocē? O diuortiiū intolerabile! Ah si vel saltē in alia eū vita dilexissēmus, gratias ēgissēmus, & exaltassēmus vita licet tā nequiter transacta! sed eheu! factū iā est; ratio nos iam ita loqui cogit, nō charitas, sine qua nihil illi esse potest gratum. Vale ergo aliarum longē animarum quā nostrarum saluator, vnice & supreme electorum mediator vale. Hēn quid dicimus? quid loquimur? Ille ne ergo sanguis, mors & inestimabilis pretij vita inutilis plane nobis erit? frustra ergo Dei filius pro nobis in crucem actus est? ergo nē vnicum redemptionis medium in condemnationis nostrę erit incrementum? Tantūne, Agne immaculate, te dicere, facere ac pati, p̄ reprobādis, p̄ ingratīs, p̄ foetidis & infamib⁹ hoedīs, quales nō sumus, oportuit? O charitatis tuę, o malitię & ingratitude nostrę excessum! Vale ergo cū ita necesse sit, vale Marię fili, vale cęli terręque amor, vale mundi delīcium, saluator orbis, seuerē peruersorū iudex, bonorum honos, & impiōrum terror vale: & si fieri potest, hunc vltimū funestarum ac lamentabilium vocum nostrarum sonum, benignē admittito. Serō quidem illas proferimus, fatemur, sed vrget veritas; has ipsa ē cordibus nostris cogitationes elicit, ipsa has ore voces extorquet, ipsa nos agnoscere cogit, per stellas quas manu dextra habēs dilecto discipulo

tuo vi-

Apo. 12.

13. 14. 15.

16. 17.

tuo visus es, signa denotari prauitæ quæ neglexim⁹;
 per capillos tuos instar niuis albescentes, sancti-
 tatem tuā, quæ cum sceleribus nostris incompati-
 bilis est; per vultum tuū soli persimile, te flagitia
 & crimina nostrā in apertū prolaturū, & sæculis
 omnibus palā facturū; per Zonā pectoris tui, nul-
 lam amplius nobis misericordiā superesse, & fō-
 rē, è quo illā hactenus exhaurire potuissēmus, exa-
 ruisse; per gladium ancipitem, mortis vitæq; sen-
 tentiam, quā à Beatis iam diuulsi & discreti si-
 mus; per sonum aquarum multarū, vocē illā ma-
 ledictionis, quæ modō caputibus nostris tonitru
 in modum intonuit; per pedes deniq; tuos æri cā-
 denti similes ignē qui æternū corpora nostra adu-
 ret, signari. In hunc, ah Domine! ingredimur: ecce
 nos eodem immersōs, nē displiceat, obsecramus,
 quod æternæ iustitiæ tuæ Deus obiectū ac materia
 iam iam pereūdo futuri, valē tibi dicamus.

Quid ni & tibi, o Angelorū hominūque regina
 gratiæq; imperatrix! annon hic detristissimo om-
 niū quæ vinqūā fuere diuortio agitur? Quā verbū
 hoc durū & triste auditu: Nūquā amodo videbis v-
 bera quæ animæ tuæ redemptorem lactauerūt: an-
 non multō fuisset satius, virgo sacratissima, num-
 quam matrum nostrarum vbera suxisse, num-
 quam cōceptos fuisse, quā eō miseriarum redactos
 esse? vale ergo fellis expers columba, peccantium
 patrōna, miserōrum refugium vale. Etsi nos simus
 quod sumus, & spe omni destituti, tu tamē quæ es
 esse non desines, tui tibi quadrant conueniuntque
 tituli ac nomina, quin & scelerē ea dæmones a-
 gnoscere coguntur. Nos æternū gratia tua exci-
 dimus, tu verō æternū nō modō in gratia eris,
 sed & gratiæ mater. Vale ergo iterum sæculorum
 prodigi-

prodigium, sexus tui decus, Hierusalem liberata gloria, hominū Angelorūq; regina. Vale quā post-hac visuri nō sumus, vale quā semper magnificiemus, reuereremur, & nūquā nō habere oprabimur.

Annon Apostoli, primi rei Christianæ patres ac fundatores, nos agnoscere par est, quantum vobis debeamus, idq; ob sanas & sanctas instructiones, quas tum ē scriptis vestris, tū ē traditionibus, quas mortui reliquistis, hausimus? His porro nos, fate-mur, abusi sumus, & malē vsi, cū plus apud nos poterant inordinatæ mundi leges. Aequum & rectum, quod animas tamen curuas reddit, & ius ciuile, quod eas criminales reddit, magis nos ad se rapiebant, studiosioresque faciebant, quā symboli vestri articuli, quā Catechismi & dogmata vestra, Hinc & cū sæculo hoc perimus, & scientia nostra extrema ac stolidissima fuit habita, fatuita ab illō qui ipsa est sapientia. Valete igitur sal terræ, valete totius vniuersi faces & lumina.

Quid verò de vobis dicemus generosi pugiles, inuicti athletæ, & Martyres Iesu Christi? quid vos de nobis? vos velut bellatores fortissimi vitæ vestræ cū discrimine peccato restitistis, nos iniquitatis baiuli & iumēta dorfifera, ad omnes eius occasiones insigni inertie argumento cōsensimus. Vos Creatorem vestrum honorastis, quod ab eo acceperatis esse illi reddendo, nos verò illum contumelia affecimus, esse tā naturæ quā gratiæ, quod nobis olim dederat, profanantes. Vos vitam pro vita Redemptori impendistis, nos verò vitā nostrā licentiosa & effreni, secūdam illi millies nouamq; mortem retulimus. Vos animas vestras in holocaustum, & corpora in sacrificium ad nomen eius honorem & gloriam immolastis,
nos no-

nos nostras inferno consecrauimus, & omnis impietatis organa, constituimus. Valete fideles veritatum æternarum testes, valete igitur strenui & generosi athletæ; fieri nequit vt in vestram sors nostra conuertatur.

Vos autem sancti Patres ac Doctores, qui fidei nobis lucernam accendistis, ac toties pietatis facem oculis nostris obiecistis: ah! quandoquidem & vitæ vestræ innocētis exēpla, & doctissimorum scriptorū vestrorū documēta, nō nisi maioris nobis sūnt cōfusionis & cōdēnationis occasio, q̄d vobis reliquū, nisi vt à nobis, vt nos olim à vestro cōsortio secessimus, recedatis. Valete ergo Confessores, Doctores, Pōtifices, Pastores deniq; sancti valete.

Vnica quōque idea vestra, ô Virgines, sponsæ Agni, quæ & sexus fragilitatem & sæculi illicia generosa mentis fortitudine superastis, nos cōdēnat, sola memoria vestra mortis in nos carnales laruas, animas molles & obesas, & cōcupiscentiæ fornaces, sententiā pronuntiat. Vita vestra, per corporum & animarum puritatem, angelica fuit, nostra autem impurissima, & bestiarum vita longè tetrior; vestra coelestis, nostra terrestris; vestra cœlo digna empyreo, nostra voragine & abyssō, in quā mox demergēdi sumus. Valete amicæ Dei, spiritus sancti Columbæ, lilia conuallium, & rosæ paradisiacæ valete.

At quo vostono, quo accentu, qua salutabimus voce Angeli custodes? quas vobis gratias, ob tantam quam nostri indignorum habuistis curā, & ob insuperabilem quam erga nos toto quo Deum vestrum & nostrum in terra morientium oppugnauimus tempore, patientiam exercuistis, persoluemus? Quot vobis dolorum & amaritudinum causa ex-

sa exstitimus, cū tamen vice versa tot à vobis nullo nō momento bona gratiasq; reciperemus? quot vestro in cōspectu abominationes, sordes, execrationesque commisimus? Quoties oculis vestris lacrymas excussimus? quoties amarè super irreparabili iactura nostra plorastis? Quot in cœlum suspiria, in exulceratas animas nostras inspirationes immisistis, eas sanare, & à perditionis semita reuocare conati? sed frustra, ô boni genij, frustra inquam sudastis, incassum omnis labor & conatus fuit, malitia nostra vestrum excedebat auxilium, inspirationes & lacrymas vestras negligere ac pessumdare placuit, & in perditionem ruere vltro voluimus. Magnus ille Deus, cuius iussu & amore hæc præstitistis, charitatis vobis vestræ præmiū ac stipendiū reddat. Valete (ah triste ac funestum vale!) custodes nostri, valete tutelares, valete vitæ pædagogi, duces & fidi perigrinationis directores valete. Ecce lupi rapaces, ac leones rugientes patulis instant faucibus, & dentibus exacutis, ac vngulis paratis ad nos deuorandos appropinquant. Eminus nos suos esse, & se ad nos, angelorū pacis quos contempnimus, loco accedere inclamant. Gigantes illi bellaces iam cadauera nostra circumcingent, iam innicem dicunt: Pilosus ad Pilosum, dæmon ad dæmonem, macta, perde, interfice, citò prædare: subiectionis enim iure nos possident, eos enim agnouimus vt superiores, ijs paruimus, & omnibus propè suggestionibus illorum aures accommodauimus. Ecce instant, sūt in procinctu. Antequam verò nos inuadāt, vale vobis dicimus patres & matres, fratres ac sorores: vale vobis amici & consanguinei, vale vobis beatæ animæ, quæ cum Christo Iesu in regno

H h

cœlesti

cœlesti partē habetis. Quā verò vestra à nostra condicione dispar! vos ascēditis, nos descendimus: vos cælos transcenditis, nos intra terræ centrum mergimur: cum Deo vos, nos cum catodoemonibus: vos beati, nos infortunati: vos in gloria & foelicitate, nos in infamia & dolore. Maledicta ergo voluptas, maledictus quæstus, qui huc nos miseriarum deduxit, & hoc causatus est diuortium! Ah! seriùs iam de eo cogitatur. Itē ergo, ite turba electa, ascendite, viuite & regnate; laudate Deum, eumque & vestro & nostro nomine exaltate: nam quò nos properamus, nullus ibi ordo, sed sempiternus horror inhabitat, solæ ibi blasphemiae, maledictiones, confusio & furor stabulat. Beatae matres quæ vos pepererunt, maledictus vterus qui nos gestauit. Pereat nox illa, qua concepti sumus; pereat & dies illa, qua primū solis lumē aspexim⁹.

Hæc ubi dicta, ilico terra sub pedibus illorum dehiscente, dæmones hosce oratores corripunt, qui tonitruī instar promiscuè in tartaream voraginem præcipites ruunt: quos postquam tellus absorbuīt denuo desuper connectitur, & æternum hos in ignis abyſso sepultos continet.

Hanc ob causam vir quidam doctus animam hæc, ad diuitis Epulonis Euangelici imitationem, proloquentem inducit:

*Richet.
valedi-
tio ani-
ma de-
uota col-
leg. 78.*

Si mea munde mala presentia cernere posses,

Si prægustares, munde, futura tua;

Munde mea arumna si vel modicū libares,

Terrorēq, vltrix ira tibi incuteret;

Assidue gemeres resipiscens, desineresq,

Munde esse immundus, munditiesq, foret

Esca, cibis, vestes, stratum, possessio, vita

Omni-

Omnibus exemplo, & non nisi sancta forent.
 Huc conducet non parum meditatio sequens.

MEDITATIO XX.

DE INFERNO EIVSQUE POENIS.

PUNCTVM I.



*V*bi dura, inquit Isaias, nūtiat a est mi-
 bi: qui incredulus est, infideliter agit, *Isai 2. 2.*
 & qui depopulator est, vastat. Ascen-
 de Aelam, obside Mede: omnem gemit-
 tum eius cessare feci. Propterea repli-
 sunt lumbi mei dolore; angustia possedit me;
 sicut angustia parturientis: corruī cūm au-
 direm, conturbatus sum cūm viderem: emar-
 cuit cor meum, tenebra stupefecerunt me. Hisce ver-
 bis vsus est Propheta, Babyloniorum ruinam per
 Persas & Medos inferendam, & iudicia Dei in Ba-
 bylonia & Arabiam exercenda prauidentis. S. Ioā-
 nes suis in visionibus Angelum celō vidit descen-
 dere ea quidem gloria ac potentia, vt solo splen-
 dore suo vniuersum orbem illuminaret, qui &
 magna exclamauit voce in fortitudine dicens: *Ce-*
cidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio *Apo. 18.*
demoniorum. & custodia omnis spiritus immundi. &
post paulō: Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem
quasi molarem magnum, & misit in mare dicens: *vers. 2.*
Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, &
vltrā iam non inuenietur. Quis non ē duobus hisce
locis imaginē videat eorū quę animā, postquā in-
exorabili iudicis decreto, de quo iā egimus, in tar-
tara iā deiecta fuerit accidūt? Huius occasione do-
ctus quispiā nō illubēter dicat: Tā vastum malo-
rum intueor pelagus, vt enatare sit nefas. O iudicem!

Hh

o sea

de ascen-
sione
Christi.

ô sententiâ! ô iustitię administros! ô damnulô desperatione! ô flâmas! ô vermē rodentem! ô doemones! ô societate infelicem! ô æternitate irreuocabile! Quâ benè ergo D. Cyprianus? *Tunc in proprio adipe fixæ libidines bullient, & inter flammeas sartagineſ dānatorum corpora cruciabuntur; quodq̃, omni supplicio deterius est, desperatio cōdēnatos affliget.* Quod vt melius comprehendamus, videamus quid sit infernus quoad locum, ac deinde, quæ in eo tollerētur supplicia. Ab eiusdem porro definitione descriptioneue rem auspicemur.

II.

Apoc. 19-
20.

Matth. 8
12.

I. Infernus perpetuus quidam est carcer, igne & innumeris terribilibusque tormentis plenus, ad æternam illorum, qui in lethali peccato emoriūtur, castigationem. Secundò, locus est subterraneus, obscurus, in mundi situs centro, ad quem solis, lunæ aut astrorum lumen nunquam pertingit, quemque ignis, licet adurat, non tamen illuminat. Tertio, arctissimum est intestinum circum terræ situs umbilicum, in quo ne loculi quidem spatium dānatorum corpora occupabunt, sed sibi inuicem superimposita erunt ac compacta, vt in fornace ad calcem parandam accensa saxa sibi inuicem contigua ac vicina. Quarto, iuxta D. Ioannem, stagnum est ignis & sulphuris, in quo qui perfectuntur calores omni refrigerationis spe carent; hinc stridor ille dentium cuius scriptura meminit. Quintò, omnigenæ est infectionis & sordium colluies, qui mundo quidem est quod egeries domibus, vrbibus cloacæ & incilia, & sentinæ nauibus. Sextò, vomica est, in quam omnem corporum humanorum, quæ iam inde à primò homicidæ ac fratricidæ ad vsque Antichristum eiusque sequaces

sequeaces fuere, purgamenta, putrescentiam ac me-
 phitim Angeli congerent. Septimò, antrum est oli-
 dum, in quo redanimata & foetida damnatorum
 cadauera tam graueolenrem edent sudorem, ne-
 mo eum ut ferre possit. Octauò, carcer furoris, de-
 sperationis chaos, stolidorum cauea, & insensato-
 rum receptaculum. Nonò, lacus est æternus, vnde
 que seris, claustris, repagulis, catenisque obsera-
 tus, cui supernè ira Dei imminet sigillù. Decimò,
 subterraneus ignis æterni ad poenâ thesaurus est,
 ut ait Tertullianus aduersus eos, qui quæ de eo
 vulgò feruntur, nonnisi metaphoricè accipienda
 asserunt, expostulans. Horù de numero est nefan-
 dus Calvinus in Isaia caput x x x. vbi de To-
 phet est mentio. Vndecimò, est status quidam
 permanens, in quo Dei hostes, in delictorum
 suorum castigationem, omnibus quæ optare que-
 ant bonis priuantur, & omnia quæ metuere mala,
 perpetrùtur. Duodecimò, tantorum est supplicio-
 rum aceruus & collectio, ut aliæ omnes, quæ fu-
 re, sunt, & erunt poenæ, scorpiones, eculei, rotæ,
 loricae candentes, creaticulae, boues ænei, mola-
 res lapides, excoriationes, membrorum luxatio-
 nes, intercisiones, impalationes, ardentes & fer-
 ratæ galeæ, subulæ omnibus nephriticis indita, cõ-
 uulsiones, tormina, nervorum cõtractiones, aliaq;
 morborù, etiam atrocissimorum, grauissimorum,
 maximeque sensibilibum genera, huic collata non-
 nisi ludus & roscida refrigeratio videantur.

lib. de re-
 surrect.
 cap. 450

III.

Sicut quatuor poenarum sunt genera peccato re-
 spondentia, ita & quatuor sunt modò loca, ad hæ-
 rum executionem & applicationem determinata.

H h 3

Poenarum

Poenarum genera quatuor sunt, primò, æterna
damni & sensus. Secundò, temporalis, vtriusque,
Tertiò, æterna damni, solius. Quartò, temporalis
eiusdem damni. Receptaculum ad primam condē-
natorum est infernus, eorum qui ad secundā pur-
gatorium, limbus infantium tertiæ deseruit, patrū
limbus, quartæ addictorum erat. Inferni nomen
propriè & antonomastice damnatorum recepta-
culo convenit. Sic namque legimus Corè, Da-
thanem & Abironem viros cum tabernaculis ad
infernum, dehiscēte tellure, descendisse. Et Re-
demtor noster de diuite epulone loquēs, illum
in inferno, *in tū & s.*, sepultum ait esse. Inferni no-
mine etiam purgatorium nuncupavit Apostolo-
rum Francens, ita de Redemptore resuscitato lo-
cutus: *Quem Deus suscitavit solutis doloribus infer-
ni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.*
quæ de damnatorum ergastulo commodè intelli-
gi nequeunt, cum nulla ipsis sit liberatio aut re-
demptio; neu de limbo patrū, qui doloribus
locus carebat: nec de pueris sine baptismo aut
circumcisione defunctis, tum ob eandem ratio-
nem, tum quod sortis melioris incapaces sint. Se-
quitur ergo verba de eo exponenda loco, in
quo ad præfixum temporis terminum diuinæ ius-
titie satisficit. Atque ut culpa actualis, mortalis
germana soror, aut primogenita potius originalis
culpæ filia est; ita probabiliter vulgò censent illo-
rum quibus nec per baptismum nec circumcisi-
onem remedium obtigit, locum damnatorum ef-
se sedibus contiguum ac vicinum; & proinde esse
infernum inferiorem, vt damnatorum infernus,
infimus in superlatiuo.

Le. 16. 24

Limbus Patrū alio nomine Abrahamæ sinus, se-
pē in-

pē inferni nomine dicitur, ut dum Iosephum filiū *Gen. 37:*
 amissum gemens Iacob, ait, *Descendam ad fili-*
um meum lugens in infernum: non loquebatur de
 corpore, quod à feris deuoratum credebatur, sed de
 anima, quam in innocentiz statu fuisse nouerat,
 & proinde in quietis loco agere. Hoc quoq; sen-
 su exponit in actis Apostolorum hæc Psalmogra- *Ps. 138.*
 phi verba D. Petrus: *Non derelinques animā meā Ephes. 4.*
in inferno, atque hic est locus quē Paulus ad Ephes- *9.*
 fios, sepulchri intuitu, *κατά τῶν μέσων*, id est *inferio-*
res partes terre vocat. IV.

Obstufescite cali super hoc, & porta eius æneæ de- *Ierem. 20.*
solamini, dicit Dominus: Duo enim mala fecit popu- *12.*
lus meus: me dereliquerūt fontē aquæ viuæ, & fode-
runt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nō valēt a-
guas. Paucis hisce verbis sensū & affectu plenissi-
 mis peccati continetur malitia, quæ in eo sita, ut
 Angeli hominisue voluntatē à creatore suo vertat,
 & ad creaturam, id est honores, voluptates, quæ-
 stum, aliaq; obiecta, quæ semper sunt creaturæ Dei
 conuertat. Auerfioni à Creatore respondet culpa,
 conuersioni ad creaturas pœna: rursum inter hæ-
 sce pœnas, propriè loquendo, pœna dāni, auersio-
 ni, & ipsa sensus, cōuersioni responder.

Pœna dāni, teste D. Thom. infinita est, cū .n. pri-
 uationes iuxta oppositos habitus dimetiantur, & *D. Th. 1.*
 Dei visio infinitum sit bonum, sequitur necessa- *2. q. 87. a.*
 riò boni huius iacturam infinitā esse; adeo ut si in
 æquilibrio librari ponderariq; possent hinc
 Deus, illinc pœna dāni in bilāce appedēda esset.

— *Di talem terris auertite pestem.*

Si ergo bonorum finitorū ac deliciarum limita-
 tarū, honoris inquā, voluptatis, sanitatis, pulchri-
 tudinis, iuris primogenituræ, diuitiarum, auctori-

*li. de diui
nomin.*

tatis, aliorumque ad vitam mortalem spectantibus iactura ita mentem animumque afficiat, ea ut homines plerumque percellantur & consternentur; quid non boni infiniti iactura priuatioque faciat? Si verò omnium terribilium terribilissimum est mors, quòd animam à corpore separet, quid nò æterna mors faciet, quæ animam à Deo retrahit, & à primo principio suo, & ultimo fine separat? Sicut ergo hætenus oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, nec in posterum vmquam ascendet, quæ præparauit Deus diligentibus se; ita quoque difficile est imaginari, quanta essentiali hac visionis Dei, quæ omnis boni pandecta, & omnigenarum consolationum est theatrum, priuatione mala comprehendantur. Dicebat magnus Dionysius, nonnisi per negatiuas exprimi commodè Deum posse, dicendo potius quod non est, quàm quod reuera est: sic & malum sensus, quod priuatio hæc secum trahit, repræsentare potius possumus, quàm quo animam dispoliet ac denudet bono. Verùm antequam hoc exponamus, meminerimus etiam oportet, huic damni poenæ coniunctam esse beatissimæ Saluatoris ac Domini nostri Iesu Christi, sanctissimæ eius matris, Angelicarum hierarchiarum, & omnis curiæ cœlestis visionis amissionem. Quod obiectum miseris hisce poenam, incredibiliter augebit, præsertim postquam iam in die iudicij beatæ huius turbæ gloriæ partem conspexerint, quæ memoriæ illorum æternum iusculpta manebit, furoremque illorum ingrauiabit. His addere oportet illos, etsi boni amissi non aliam cognitionem haberet, sufficienter tamen (ad extremum dolorem concipiendum) è malis & cruciatibus grauissimis quos

quos patientur, bonorum quibus exciderunt, excellentiam colligere posse: solo namque rationis intuitu facillè colligent, tam esse in præmiando liberalem Deum, quàm in castigando terribilem; & proinde ad minimum tot tantasque cœlo beatis delicias reseruari, quot pœnæ damnatis apud inferos. Hæc porro comparatio illorum pœnam aggrauabit, viso, spoliatos se bonis, quæ pœnis ac doloribus quos patiuntur non modò paria, sed & maiora sunt.

Et cum Præuenti, quibus nec peccati originalis remedium obtigit, & ante rationis usum demortui sunt, minus ad hæreditatem cœlestem ceteris Adami filijs, Christiani verò, qui Sacramentorum participes facti sunt, maius quàm reliqui ius habuerint; hinc sequitur pœnam damni in illis minorem, in his maximam, atque adeo incomparabilem fore: iuxta regulam iam suprà de priuationibus traditam, scilicet eas ad habitus dimetiri. Ah! si sciremus quid esset Deus, sciremus haud dubiè item quid esset eum amittere. *Tulerunt deos meos quos mihi feci & Sacerdotem*, aiebat Michas, *& omnia quæ habeo, & dicitis, quid tibi est: cur plangis?* Tob. capite 5. & 10. Anna coniux eius assiduo luctu & lacrymis conficiebatur, absente filio suo vnico, atq; dicebat. *Heu me, fili mi, ut quid te misimus peregrinare, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostra, solatium vita nostra, spes posteritatis nostra: omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere a nobis.* In Iob historia legimus, Eliphaz Themanitem, Baldadam Suhitem, & Sopharem Nahamatitem, amicos Iob, diè sibi inuicem constituisse, ut simul ipsum consolarentur, & dolorem eius lenirent; qui cum ele-

H h 5

uassent.

Iud. 12.

24.

Tob. 10.

1.

Iob 2. 12.

1. Reg. i.
12.

uassent procul oculos, non cognouerunt eum & exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in coelum, sederuntq; cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbāt enim dolorem esse vehementem. Anna Helcanæ vxor, tantoperè ob sterilitatem conficiebatur, vt, teste Scriptura, non biberet aut comederet; cumque Deum hanc ob causam obsecraret, ea animæ eius fuit afflictio & amaritudo, vt Heli Sacerdos eam voluentem oculos, & labijs motis verbum non eloquentem videns ebriam ac temulentam crederet, dicens: *Vsquequo ebria eris indigere paululum vinum tuum.* P. Rutilius, vt Romanorum tradunt monumenta, moerore contabuit, quod in consulatu petendo repulsam passus esset. Dantes illustis ille Poëta præ tristitia item expirauit, quod Reip. Venetorum nomine legatus missus, à Guidone Polemio non audiretur. Urbanus III. Pontifex Maximus Ferrariæ demoritur, audito urbem Hierosolymitanam à Sultano occupatam. Benedictus quoq; primus, comperto Longobardos Romam inuasisse. Gregorius IX. ad solam famam de Cardinalibus nonnullis à Frederico Imperatore in vincula coniectis, alijs in mare deturbatis, alijs ad triremes ablegatis perculsus animā efflauit. Omnia hæc nimia tum accidentis mali, tum boni amissi apprehensioq; causabatur; hæc nāq; duo doloris sunt vbera; qui vehemens quædā animi est passio, quam inter omnes eius affectus & molestissimam & toleratū grauissimam esse disserit Plutarchus; τῶν τοῦ κακοῦ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ χαλεπότερον πένθος ἔχει. Si ergo peritura hæc & caduca, in vita hac mortali tam grauem dolorem afferre nata sint;

Consol.
ad Apol-
lonium.

nata sint) cequid erit cū de æterna & in perpetuū duratura, & imprimis vbi de grauissimo quod fuit vñquam naufragio, & de maxima, quam mortaliū quis vñquam subiit, calamitate agetur. Huc porro poena sensus referenda, quā in fructibus hinc eliciendis latius meliusque prosequemur.

FRUCTVS I.

Solebant Lacedæmonij seruos suos, quos *Elestas* vocabant, interdum vino potuq; obruere, vt hoc pacto filios ab ebrietate auocarent ac deterrerent, dicentes: Cernis vt foeda pituita ore dimanet, vt spumet, vt oculos voluat ac torqueat, vt per domum proserpat volutus; annon hunc, carissime, epilepticum, aut sacro laborantē morbo, aut brutum aliquod pecus diceres? Idem & certō eueniet tibi, si ingluuiem ebrietatemque seſteris, si à vino non caueris. Ita & sancti Patres, multò sane potiori ratione, tartari damnatorumque nobis poenam repræsentant, quo peccati, quod vnica exitij & perditionis nostræ causa est, hoc pacto odium instillent, vt *pestilente flagellato, stultus sapientior fiat*, ait Sapiens, & Iurisconsultus, *Vt viui poena sit multorum metus*. & de impijs loquens Psalmista, *vtinam descendant in infernum viuentes*. At quantò satius huc dura viuimus, meditatione descendere, quā, quod hoc facere noluerimus, eodē reuera & effectu post mortem deturbari?

Prom. 19.
25.

Psal. 54.
16.

II.

Poenam sensus multa comitari & adaugere solent.

solent. Primò ipse loci situs, quo nullus à cœlo cogitari dariq; remotior potest, est siquidem in terræ centro, vt suprâ dicere memini. Dictum quoque de filio prodigo, illum à domo paterna discedentem, *abÿsse in regionem longinquam*, de peccatoribus item, *Longè à peccatoribus salus*, atque hæc verbi *discedite* est emphasis. Non tamen quod alibi animæ torqueri non queant, & suum habere infernum, vbicumq; eas Deo visum castigare; cuius iudicia nobis plerumq; incognita sunt, donec dies illa venerit, quæ cuncta reuelabit. Ita Gregorius Theodoricæ Regis Arriani animam, corpore iam excedentem, visam scribit in Aetnæ caminos deturbari. Loquimur porro hic de loco, quo quidem hodie ordinariè damnati torquentur, & in quo post diem iudicij solo in perpetuum cruciabuntur. Qui ipsum ita constituit, eundem Capharnaitis intentauit dicens: *Et tu Capharnaum, vt quid vsque in cœlum exaltaberis, vsque in infernum descendes?* cœlo infernum opponens, & infimum dans locum ijs, qui ad summum connitebantur. Omnium porro infimus, imus, vel infernus (tria hæc namque synonyma idem prorsus denotant) necessariò in terræ est centro: qui enim profundius vltcriusque tendere conaretur, in cœlum ascendendo perueniret, à quo infimum hoc elementum circumcingitur. Si verò terra dena leucarum millia circuitu complectatur, medium diametrum, ad hoc vsque centrum pertingens, à terræ superficie ducto initio, mille septingentas circiter leucas comprehendit: si verò totius vniuersi ambitus, ex aliorum Geometrarum sententiâ, nonnisi septē circiter leucarum millia contineat, per regulam Sex, nonnisi mille centū ac sexaginta plus

Luc. 14. 12.

Psal. 118.

155.

Matt. 25.

41.

4. Dial.

430.

Matt. 11.

23.

plus minus leucas à nobis ad vsque infernum, numerare erit.

III.

Communissima loci huius poena, quoad sensum, est ignis, ut vulgò Patres & Scholastici Doctores asserunt in 4. sententiarum, & hoc è verbo diuino quàm manifestissimè eruitur. ∴ *Quis poterit, inquit Isaias, habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? & circa prophetiarum suarum finem de præuaricationibus agens, ∴ Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur.* Et ipsemet Dominus: ** Discedite malidecti in ignem æternum qui paratus est Diabolo & Angelis eius.* Alibi † verò agricola⁹ le comparans aream purganti, bonum ait triticum in horreum colligendum, iustos inquam; paleas verò, id est, improbos igne inextinguibili comburendos. ∴ Diues ille Epulo re ipsa hoc se experiri testabatur, dum ardoribus se torreretur intolerabilibus clamat. Quin & Iuda Apostolo teste. *Sodoma & Gomorrha ignis æterni pœnam sustinent.* Et apud ∴ Ioannem in Apocalypsi qui præ pusillanimitate actimore Christi Iesu fidem profiteri recusaerint, increduli quoque, execrati, homicidæ, fornicatores, venefici, idololatæ, mendaces denique, partem *in stagno ardenti igne & sulphure habituri* scribuntur.

Sæculi huius iustitia, quæ diuinæ imago est, enormissima quæq; scelera ignis supplicio castigare solet. Viduam in adulterio deprehensam Moisaica lex igni addicebat, quin & summi Pontificis filiam quæstum corpore facientem, & ius Casareum omnes sacrilegij reos, Iudæum quoq; alium à fide Christiana deterrentem, cuius conuersionem im-

Iren. lib.

4. cons.

Hæret. c.

78. l. c. 36

Iustin.

Apol. 1.

fol. 36.

Teraul.

lib. de re-

surrect. c.

45.

Chrysost.

hom. de i-

ra. 5. in

2. Cor.

hom. 10.

Aug. 19

Psalm. 6.

de ciuit. l.

21. c. 2. &

6.

Greg. 4.

Moral. c.

47.

S. Thom.

quod l. 2.

q. 7. & in

4. sent. q.

2. a. 1.

∴ Isai. 33.

14.

∴ Isai. 66.

24.

* Matth.

25. 41.

nem im-

† *Matth.* 3. 12. nem impediētem, seruum cum dōmina adulteri-
no concubitu se polluentem. Hæreticos quoque
• *Luc.* 25. eorumq; scripta flammis expiari lex iubet.

24.

I V.

• *Apoc.*

21. 8.

Deut. 5.*Leuit.* 5.

• 25.

Iosue. 7.*L. sacri-**legij pri-**uam. ff.**ad leg.**Iul. de pe-**culat. l.*2. *C. de**Iudais. l.*2 *C. de**falsa mo-**neta.**l. Qui-**cumq; §.**ult. C. de**har. &**Mani-**chæis.*

Auctoritates hæc confirmant & rationes: si enim alia in inferno non foret pœna, quàm Dei visione priuari (etsi hæc omnium pœnarum pœnalissima, & cruciatuum cruciantissima sit) réperie haud dubiè esset homines, qui quidd non nisi pœnas sensibiles apprehendant, non magnopere de hac visionis diuinæ carentiæ laborarent, certi modò forent non alio se supplicio torquendos. Rursus si ignem, flammam, famem, sitim, contagium, bellum, aliq; sensuum cruciamenta infernus non haberet, permulti sanè dicere non vererentur, satius fore atq; optatius apud inferos, quàm in hac lacrymarum valle, & pœnosi exilij loco (qui omnis miseriæ cõlluies) agere. Quin verò sunt & alij adeo omniratione destituti, qui suum Deo libenter cœlũ cederent, modò terra hac inferiori, qualiscumq; demum sit, frui illos sinat: quantò verò magis cœlum contemnerent, si aliud ipsis non interminaretur, quàm meliori illos fruituros sorte quàm modò fruuntur; quam tamen, si illis daretur optio, cum cœlo permutare nollent? Annon hoc Dei esset comminationes risui exponere, & eas non pluris faciendas dicere, quàm terribilissima puerilia, aut terrores panicos? Satanz verò astutiam malitiæ iunctam colligere est, quando Caluini in tricesimum Esaiæ caput commentantis calamo ad desperatis adulandum, Dei hostes fouendos, ijs ad malum committendum animos addendos, supplicijq; metum qui exulceratam naturaliter conscientiam sequi solet adimendum

vtitur.

utitur. Verba scelesti huius hæresiarchæ, quibus *Caluin.*
 omnis pietas subverti queat, sunt hæc loco præal- *in Isata*
 legato: Per Tophet, Gehennam haud dubiè intelligit, *30.33.6.*
 non quod aliquem locum somnare oporteat, in quem
 inferi post mortem tanquam in carcerem inclusi,
 qua meriti sunt, tormenta perferant; sed conditio-
 nem eorum miseram extremosq; cruciatus significat.
 Ita dum ignem impijs paratum Scriptura ait, figura-
 tè hoc & metaphoricè intelligendum. Hinc dum ni-
 mis argutè de igne infernali eiusq; qualitate So-
 phista disputant, in eisq; exponendū adeo se torquent,
 nimis quàm ridiculè agunt & ineptè. quamobrem
 crassior hæc imaginatio procul ab animo pellenda. Ex
 hisce pseudoaliquini verbis sequeretur, non adeò
 furum ambustumq; (vt dici vulgò solet) esse caco-
 demonem quàm forsan putemus, nec ita sceles-
 tos metuere oportere, vt passim illis ineulcatur:
 quòd ignis ille, flammæ, dentium stridor, tenebræ
 exteriores, sitis illa Epulonis, aliaque huiusmodi,
 nonnisi picta, imaginaria, & metaphorica suppli-
 cia sint, non secus ac Christi corpus in coenâ. Male-
 dicta hæresis, animarum gangræna, phagedæna
 mentium, quàm facilem passim, vbique, & in om-
 nibus ad perditionem viam struit

V.

Non ita æterna præcedit veritas, quia neminem
 perire, sed omnes ad agnitionē veritatis vult ve-
 nire: hinc passim nos illa commonefacit eorum
 quæ verè ita se habent, quò nobis maturè prouideamus,
 dum credere nos iubet, ab igne reali &
 vero impios ibi torqueri, eoq; adeò terribili, vt e-
 lementaris hic, quem videmus quotidie, nonnisi
 fumus sit; eum esse diuinæ iustitiæ & omnipotentiæ
 instrumentum, non ad corpora modò, sed & An-
 gelos & animas castigandas.

Ignis

D. Tho. 3. Ignis huius proprietates sunt primò, quod ita
p. 9. 64. damnato incorporetur & includatur, vt quocum-
ar. 4. ad 3. quē is demum si conuertat, eum semper secum cir-
 cumferat, eoq; torqueatur. Secundò, idem ignis re-
 probos diuersimodè excruciat, & maximos pecca-
 tores grauius ac diuius, iuxta sententiam qua di-
 ctum est, *pro mensura peccati erit & plagarum mo-
 dus.* Tertiò, idem damnatus vna corporis parte ma-
 iorem sentiet cruciatum quàm alia; quando nem-
 pe hæc particulare peccati eius fuit instrumen-
 tum; hi verbi causa in linguis grauissimè torque-
 buntur, quòd in vita mendaces, periuri exstiterint,
 ac turbarum concitatores: illi in ore & faucibus,
 quod ebrietatem & ingluuiem sectati sint: alij in
 sensu tactus, quod in libidinem & lasciuiam effu-
 si fuerint. Quartò, igni huic deest, quidquid esse so-
 latio ac lenimento potest, ac non nisi in se purè cõ-
 tinet quod cruciari natum: nam (vti iam ante dice-
 re memini) flammescit & non lucet; vrit & non
 consumit; ardet, nec minuitur. Quintò, vt Deus
 omnipotentia sua ignem purè elementarem in
 sua sphæra, quæ intra Lunæ orbem & tertiam aëris
 regionem intersita, sine vlllo alimento ac materia
 combustibili conseruat; ita & ignem hunc in per-
 petuum conseruabit, atque hic est flatus ille Do-
 mini, quem paulò antè Isaias Tophet dixit accen-
 dere. Sextò, eius actio non aliter in animam agit,
 quàm aquam in Sacramento Baptismi agere dixi-
 mus. Quàm horrendum ergo erit, videre damna-
 tum igne salitum, vt in Euangelio Dominus ait, id
 est ardoribus absorptū, & sine apertione transfos-
 sū, itaq; à flāmis penetratū, vt caro falsa à salis vir-
 tute penetratur, clamantē, & sine vlllo relaxationis
 aut lenimenti spe ylulantem! Hem quàm horribi-
 le m

Isai. 30.**33.****Marc. 9.****49.**

le malū est peccatum, cum qui ipsa est misericordia, creaturas quas formauit, ac sanguine suo redemit, hæcce tormenta sustinere videndo non modò ad misericordiam nihil mouendus sit, sed etiam gauisurus, quòd hæc iuxta iustitiæ præscriptum passuri sint.

VI.

Sicut corpus & anima in suo totali, ita & in omnibus sensibus, facultatibus, ac functionibus torquebuntur. Atq; vt à mobilissima maximeq; culpabili parte anima inquam, initium ducamus, imaginatiuā horrendæ exagitabūt imaginationes, millies ijs quas Hypochondriaci & Melancholici patuuntur, quasq; Aegyptij olim passi, quas Sapiēs *Sap. 1. 7.* horribiles ac tristes fuisse dicit, accedentibus præsertim tetrīs bestiarum, draconumq; spectris, sibi lo & magitu horrendo, qui audientiū mentes percellabant, tetriores & terribiliores: appetitiuam cruciabit propriarum passionum furor, timor inquam, dolor, amaritudo, angor, ira, inuidia, desperatio, quæ tam cruento inter se bello dissidebunt, se mutuo vt annihilatura sint. Memoriam intellectualem torquebit continua rerum quas olim habuit, præsentium quas modò patitur, & earū quæ illi in omnē æternitatem euenturæ sunt, memoria; numquā vt applicare se queat ad cogitandū quidlibet, quod solatio illi esse possit, aut à miserijs ærūnisq; ipsam diuertere, quæ pro præteritarū voluptatū proportionem ac magnitudine crescūt. Aded vt talis memoria varijs agitata fluctibus felle amarioribus, sibi inuicem assidue incessanterq; superingruētibus, mari sit persimilis. Intellectus obscurabitur, velut exhaustus, & furore aliorum affectus, vt de nullo quod gaudium aut solatiū illi af-

ferre possit, cogitare, aut illud cōprehēdere queat; quin potius erroribus ac deceptionibus replebitur, incessanter euoluens quæ patitur mala, eadem exaggerando, illaq; demerito esse grauiora cēsendo, ac de Deo, quasi iniurio exostulando: atque hinc furor, & blasphemia. Voluntas porro in sceleribus suis, in Dei, Deiparæ, Sanctorumq; odio indurata erit, nulla ut ratione flectenda aut mutanda sit, aut pœnitentiam conceptura non modo præsentis, sed etiam præteritum, ob quæ se cruciari puniriq; videt, malorum. Atque hoc denotant manus ac pedes ligati, in parabola de tenebris exterioribus: itaque propria voluntas, quæ numquam implebitur, sui ipsius infernus & crux est, ideo punita quod toties dum vita, maneret, cū Dei offensa adimplera sit. Vnde sequitur, damnator, instar calamitatum oceani fore, in quod omnia acerbissimorum cruciatuum flumina incessanter se exonerabunt; quinque per quinque facultates interiores, & totidē per sēsus exteriores. Illas iam excussimus, iam hos in sequētibus examinemus.

VII.

Visus, qui sensuum omnium nobilissimus; dicere tum poterit:

Cur aliquid vili? cur noxia lumina feci?

&c:

Vt vidi, ut perij, sic me malus abstulit error.

Nam tum, pro omni lasciuo impudicoq; intuitu obiecta habebit, quæ damnati anima maximè abhorreat & excretur. formabunt quoque demones horrenda spectacula ac spectra; eaque oculis eius ita obijcient, ut eos claudere nequeat, aut aliò diuertere. Atque huc referre est hæc

Isai. 13.

Requiescent ibi bestie, & replebuntur

*buntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi
struthiones: pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi
vlula in adibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.
Huc alaudere videtur Chrysostomus, cū Christianos
quoslibet ita compellat: si cū in carcere quem- *Hom. 5. in*
dam ingressi sumus, atq; alios squalore confectos, a- *2. cor. c. 1.*
lios catenus vinctos ac fame laborantes, alios in tena-
bris clausos conspiciamus, animo commovemur ac per-
horrescimus, nihilq; non facimus, vt ne in eum locum
incidamus: cū ad ipsos gehenna eculeos obtorto col-
lo trahemur, quidnam facturi sumus?*

Auditus (qui instructionis ac disciplinæ sensus
est) qui antè non nisi hæresibus, detractionibus, per-
inrijs, verbis inhonestis & seductionibus patuit,
tum volens nolens non nisi execrandas in Deū au-
diat blasphemias, patris in filiū, filij in patrē, ma-
tris in filiam, filię in matrē, fratris in fratrē, sor-
oris in sororem, vxoris in virum, viri in cōiugē im-
properia, serui in Dominum, vasalli in Principem,
militis in ducem, discipuli in magistrum, vicini in
vicinū, amici in amicū, amasie in amasium iniurias
& cōiugia; hæce porro imprecationū diras horrē-
di sequentur vlulatus, elamores, fremitus & mu-
gitus terribiles, vt nec aures obturari queant, quò
minus diram hanc vocum confusionem audiant.

Odoratus non nisi purulētissimos percipiet foe-
tores, non modò è sulphureis flammis, sed & tetricis
exhalationibus, quas foeda hæc colluuiēs & vomi-
ca causabitur, & execrandis putoribus, quos odo-
rantis ipsius, eorumq; quibuscum instar emplastri
in plastro adherentis arctè compactus est, corpora
efflabunt, oductos.

Gustus, lingua, palatum, non nisi amaritudi-
nem, ruțam, fel, absinthium, magnis cordistor-

minibus percipiet, quibus millies exstingueretur si modo suffocari posset. Canina adhuc torquebitur fame, & siti ardentissima, quæ nulla ratione lenietur aut refocillabitur, idq; ad castigandum nimium illum tot conuiuiorum atq; epularum exquisitarum luxum qui olim dicebatur:

Et quæstorum terra pelagoq; ciborum

Ambitiosa fames, & lauta gloria mensæ.

Tactus sensus ille brutalissimus, latissimeque tamē patens, à planta pedis ad supremum vsq; capitis verticem acerbissimos perferet cruciatus: quales olim speculum patientiæ Iob, omnigenis licet in finario oppletus miserijs, non est passus. Hemicrænia namq; ophthalmia, obstructions, amygdalæ, angyna, chiragra, nephritis, podagra, pleuritis, alijq; mōrbi humani, ludus quodammo- do sunt collati cum ijs quæ in oculis, auribus, naribus, gutture, faucibus, corde, pulmonibus, lateribus, pedibus, manibus, & omnibus corporis membris, nullo excepto, damnati patiētur. Si sensuum nostrorum minini dolor tantos causatur gemitus ac pœnas, quas non afferet quinq; sensuum simul? ô detestabiles deliciæ, quæ in tantam amaritudinem desinitis! ô linguæ infelices, quæ præter blasphemias aliud non proferetis! ô aures infortunatæ, quæ nonnisi gemitibus & planctibus patebitis! ô miselli oculi, nōnisi misérias visuri! ô corpora ærumnosa, nonnisi flammis refocillanda!

VII.

Quatuor alia, foris accidentia, hanc calamitatem & dolorem maximè incredibiliterq; adaugent, *Vermis arrodens, consortium, tortores, & æternitas.*

De hocce verme loquens in Euangelio Dominus

nus

mus ait: Si oculus tuus scandalizat te, eijce eum: *bo-* Marc. 9:
 num est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm 46.
 duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi
 vermis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur. Omnis enim igne salietur. Ratio cur vermis
 hic non moriatur, est quòd putredo, in qua nascitur, ipsa inquam culpa, nunquam exstinguatur aut
 cesset, ac proinde incessanter & continuò; πάντες
 τῶν ψυχῶν ἡ σκνίδις, conscientia corrodit ac tor-
 quet animam. an

Euasisse putas, quos diri conscia facti

Mens habet attonitos, & surdo verberare pulsat

Occultum quatiens animo torture flagellum?

Vermis hic conscientiae damnatae penetralia ar-
 rodens, saepe tristes ac lugubres eius, qui alio sanè
 spiritu olim eos effundebat, planctus repetet &
 ingeminabit: *Pereat dies in qua natus sum, & nox*
in qua dictum est, Conceptus est homo: Dies ille verta- Job 30
tur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, & nō
illuſtretur lumine. Obscurent eum tenebra & umbræ
mortis, occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudi-
ne. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non com-
putetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.
Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex utero
non statim perij? quare exceptus genibus? cur lactatus
verberibus? si verò mundum ingredi oportuit, cur vi-
ta adeo brevis mihi data? Diuitiae meae quonā de-
uenere? ubi sunt thesauri? ubi modò deliciae, ioci,
venationes & epulae? quàm brevis illa fuit volu-
ptas, quæ tam extensum mihi miseriarum funem
texuit? Septem vbertatis anni præteriere, & horum
fertilitatem steriles modò deuorant, nihil ut præ-
ter testem memoriam ac dolorem supersit, quia
memoria præsentium dolorum meorum amari-

tudinem incredibiliter auget: an ob tam exiguum gaudium tormenta feram numquam finienda? Vermem porro hunc rodentem denotabant fabulosa Ixionis rota, Promethæi vultur, Sisyphi saxum, Tantali poma, dolium Danaïdum, & Orestis furia.

VIII.

Communi in mundo hoc prouerbio dicitur: *Consolationi est miseris socios habere in pœna ac miseris*: at in inferno longè secus est; quot enim apud inferos cruciantur damnati, tot nouos esse censeas carnifices, qui se inuicem iniurijs, improperijs, imprecationibus, & maledictionibus onerent ac proscindant. Ibi superbi cum superbis, inuidi cum inuidis, auari cum auaris, luxuriosi cum luxuriosis, ebriosi cum ebriosis, vindictæ cupidi cum vindictæ cupidis, hæretici cum hæreticis, schismatici cum schismaticis, denique Zizania cum Zizanijs congregabuntur; atque huc respexit potissimum Dominus dicens: *Colligite Zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum*. Apud inferos ergo impli herbarum in modum sibi inuicè superaccumulabuntur. Atque ut diuersorum rectorum aqua in plateas per tubos effunditur, deinde per cloacas publicas & aquæ ductus promiscuè defertur, ita quidquid vîpiam foedarum, putiscentium, & infectarum est animarum, collectum execrabilem inferorum sentipam replebit.

Omnigenas hic creaturas rationabiles reperire est; inter Angelos non deerunt Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubini, & Seraphini, modò hæc illis nomina cōueniant. Inter homines reperientur

Monar-

Marsh.
13. 30.

Monarchæ, Imperatores, Reges, Principes, alijque omnis generis, nominis, ac tituli dynastæ. Alij cū inter mortales agerent, inter sapientes Philosophos, Theologos, Oratores, Jurisconsultos, Medicos & Mathematicos recensebantur alij, comes, curiales, affabiles, liberales ingenij, beneque morati dicebantur: alij inuicem amici, consanguinei, cognati, affines, parentes, fratres, filij erant alij cōsortes, consodales, contubernales, vicini. Et licet hic ordo nequaquam seruandus sit, in loco vbi nullus est ordo, sed inordinata confusio; hi tamen ceteris ampliùs mortali se inuicem odio prosequuntur, ira, furore, inuidia, impatientia rabidi & effervescentes, vt se mutuo nec benignè intueri, nec pacificè alloqui queant, vt filios Iacobi erga Iosephum fratrem gessisse se scriptura commemorat. Alter alteri horrori erit, se inuicem mordebunt, & incessanter maledicent, ij præsertim, qui hoc in mundo nequiter prauoq; se amore dilexerunt, quique in scelere ac nequitia socij fuere, ibi ampliùs se inuicem abhorrebunt, & in poenę incrementum eris, se ibidem eernere collectos atq; vt accensi titiones se mutuo succendunt & adurunt, ita carbones illi tartarij, furoris sui igne succensi, ardores suos accendent & redāimabunt. Quid dicent reges ac magnates, vbi se popello permistos viderint! Eequod erit tormentum, inter inimicos suos agere, non nisi iniurias & maledictiones audire compelli, vt nec os claudere, nec aures obturare queant? Ecquæ poena, nullum videre vmquam qui bona aut benè tibi velit, quem malorum tuorum misereat, tot è contra videre, qui eadem adaugeant & conduplicent. L. Sfortia Dux Mediolanensis

Iob. 16.

Gen. 37.

4.

nenfis cum profligatus & ducatu deiectus, viuis in hostium manus venisset, & Ioannes Iacobus Triuulcius, cuius instinctu & incitatione hanc Galli expeditionem mouerant, ad eum venisset, diceretque: *Disce Sfortia neminem vmquam contemnere*; Sfortia coniectis in Lautrechium regionum castrorum præfectum oculis, aut mihi vitam, inquit, adime, aut hunc oculis meis submoue; huius enim conspectu mihi mors futura carior.

Posthac ergo, anima mea (ait hac occasione *Cassian.* Cassianus) in vera charitate amicitias tuas funda, *collat. id.* si modò pacem habere & delictionem tuam perennem perpetuamq; esse velis.

IX.

Etsi verò synderesis, de qua iam egimus, indefatigabilis animæ damnatæ sit carnifex, & damnatus quislibet singillatim omnes simul excruciet; Diaboli tamen specialiter infandum hoc ministerium obibunt, & quidem eò magis, quòd ad malè faciendum, ac nocendum ceteris ampliori polleant potentia, intelligentia, & malitia. Si enim energumeni, in quos illorum potentia nonnisi limitata est, nobis interdum terrorem incutiant protensa sesquipedali lingua, passis sparsisq; capillis, oculis carbonis instar micantibus ac scintillantibus, pedibus manibusq; inuersis, luporum instar ululantes, taurorum voce mugientes, porcorum ad instar grunientes, serpentium in modum sibilantes, in ignes se coniectantes, è fenestris se præcipientes dantes, solo se prouoluentes, caput parieti illidentes, idque agente & mouente spiritu, qui in energumeni corpore residet ac præsidet; quid erit cum plena in corpus & animam potestate donatus erit? Ad cognoscendam

scendam porrò potentiam eius, & proinde Dei ab illa nos protegentis beneficium, loquentem audiamus Iob, qui eā expertus erat, & sub Behemoth imagine eum depingit: *Sternutatio eius quasi splendor ignis, & oculi eius sicut palpebra diluculi. De ore eius lampades procedunt, sicut teda ignis accensa. De naribus eius procedit fumus, sicut olla succensa atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabatur fortitudo, & faciem eius pracedit egestas. Membra carniū eius coherentia sibi: mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur. Cor eius durabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur. Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit, neq; hasta neque thorax. Reputabit enim quasi paleas, ferum; & quasi lignum putridum, &c. Non fugabit eū vir sagittarius; in stipulam versi sunt ei lapides funde. Quasi stipulam aestimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum, feruescere faciet quasi ollam profundum mare, & ponet quasi cum vnguenta bulliunt. Post eum lucebit semita, aestimabit abyssum quasi senescentem. Denique non est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret.* Doctores Theologi addunt, quòd quemadmodum omnia corporis membra animæ obediunt, quamdiu forma informans est, ita omnis natura corporalis ad nutum obedit Angelo, quando forma fit assistens, vel quando in sphaera sua agit, id est in potestatis suæ latitudine. Ex iis quæ supra dicta

Iob. 41.

sunt, intelligere est quomodo possit, iam quomodo sciat torquere, videamus.

X.

Is. 42.
72.

Exempla crudelitatis, eius cuius *halitus prunas ardere* facit instigatione exercitæ, ad oculum ostendunt, quid exercere sciat, quando non modò in damnatos vires exercere permittetur, sed etiã iubebitur.

Hyppomanes illustris Atheniensium dux propriã equo indomito filiam laniandam dedit, quod eam in adulterio deprehendisset. Othomannus Turcarum tyrannus, hortum ingressus, comperito è tribus melonibus, quos signarat, vnum abesse, puero à quo eum comestum putabat, ventrem aperiri confestim iussit, in cuius stomacho aut intestinis ni quod quærebat inuenisset, eodem in socios & contubernales eius animaduertisset supplicio. Otho Antonius, Dux Urbinas & Montis ferrati Comes, cum excitari se hora constituta ab armigero iussisset, & hic præ somnolentia id facere neglexisset, vesti eum piceæ sulphurataq; insuit, igneque subiecto ferale de illo spectaculum exhibuit, Iustinus secundus Imp. referente. A. Celio. Ac-
liano, cum Locrensem urbem expugnasset, decem senatorij ordinis viros lardo fartos ac veru suffixos torrere iussit, primarios quoq; ciues in carcere compegit, & quoties nasum emungere vellet, toties illorum vnum seductum neci dari iubebat, Filia Dionysij Syracusani prostituere pudore coacta sunt, deinde vnguibus acus inserta, post elixa carne ossa contusa, & pulvis in ventum sparsus. Macrinus Imperator bobus duobus iugulatis, ablatisque intestinis, duos militum, qui vim puellæ rusticæ intulerant, iussit includi. Mezentius, quod homi-

homines nonnisi tristi ac funesta necaret morte,

Corpora corporibus iungebat corpora viuis,

componens manibusq; manus atq; oribus ora.

TIA (locus est haud procul à lacu Volsinio) præfectus Vrbani nomine, filiam Christinam, quod ad Christiana sacra accessisset, & argentea aurea-que parentis idola frustratim comminuta in pauperes Christi distribuisse, primū fustigatione cōtōndi, dein pectinibus ferreis membratim discerpi, post ad rotā illi alligatæ ignē subiici iussit, vt lento igne torreretur. sed rota dissiliēte, igneq; extincto, Vrbano repentina cælitus morte sublato Dion successit. hic Virginem bullienti iniicit oleo, è quo cum sospes Dei nutu euasisset, ad preces eius Apollinis statua corruit. Iratus iudex illā fornaci candēti immergit, sed hinc sine vlla læsione emergenti, lingua ac mamillæ præsecantur; tandē sagittis cōfossa cōstātē Deo spiritum reddidit. S. Eustachius vnā cum Theopista vxore sua ac tribus liberis æneo inclusi sunt tauro, flamma subiecta (Perilleū id inuētum, quò apud Rhalarin tyrannū gratiā iniret) hic filij, quò æris cadētis rabie ardorēq; declinarent, super patrem, paterque per filios voluitur, simulque omnes animam Deo mugiendo reddiderunt. Guelphi ac Gibellini sibi inuicem nares, aures, linguamque, si quando præualerent, præscindebant, venteribus apertis, e ductum cor deuorabant, prægnantibus mātibus uterus quoque apertus, & foetus membratim discerptus. Foedior & abominanda magis Scytharū erat immanitas, sanguinem hostilem bibere solitorū, quin si quos hostiū naeti essent, ad axillas suspēdere, viuos excoriare, & in illorum cadauera, faccorum plenorum instar, vtrunque ex equis depen-

dependentiâ confidere, pelle verò clypeos conuestire, eamque mantilium loco vsurpare solebant; vt fuerint qui centum huiusmodi mappas & amplius domi asseruarint. Deus bone! si leonē ex vngue cognoscere licet, quid fiet, quando plenis in prædam irruet faucibus? Audiuius in primis, secundis, ac tertijs Galliæ tumultibus aliquorum sacerdotum carni insertas Breuiariorum paginas; alios in altarium concauitatibus velut fornacibus combustos; alijs ventrem apertum, & in eum velut in alueolū inspersam auenam in equorum pabulum; alios tendiculis è tabulato è maiore pedis dextri digito & manus sinistræ pollice instar suillæ suspensos; alios ad axillas alligatos, ad luculentum ignem assatos, & ad voluptatem lento rotatu versos; alios capite tenus terræ infossos, ad quod dein non secus, atque ad metam globi iacti. Hæc in analibus nostris scripta legimus, at quid non in vltimis hisce motibus post Henrici Magni regis mortem vidimus? Hic scil. poëta diceret:

*Obrigui steteruntq; coma, & vox faucibus hæsit,
Non mihi si lingua centum sint, oraq; centum
Omnia pœnarum percurrere nomina possim.*

Satius namque fuerit silentio ea inuoluere, quâ posteris ea spectanda aut legēda proponere. Hinc saltem aperte eruimus, quæ doemonum sit in corporibus, & magis animabus torquēdis peritia, industria, experientia, & inuentiones. Malitiam eorum iam describamus.

XI.

Maledictorum horum spirituum in Deum odium verbis exponi nequit; tum quod ipse summa bonitas, & illi malitia ac peruerfitate intolerabili, tum verò quod grauem potentemque eius super

super se manum experiantur, à qua numquam liberari queant. Accedit, quod cum Angeli voluntas naturá, ex quo semel obiecto alicui adhæserit, inflexibilis sit, in prima semper rebellionē perseueret, ea quidem rabie ac furore, ut si fieri posset, Deum throno suo deturbaret, ac millies & decies millies morte afficeret: quod cum facere se posse desperet, in hominē; qui eius imago est, irruit, non secus ac tigris dum in inanes sequitur imagines, quas venatores ad eius cursum interrumpendū interim dum catulis ablatis quàm celerrimè fugam ineunt, in viam hunc inde collocant. Prouerbio hinc dicitur, qui in dominum non potest, in seruum sequitur; & equum ferit, qui equitem non audet. Quod quidem scelestus Apostata Iulianus in Christum Dominum corde fouebat odium, verbis exponi nequit; per contemptum eum namque Galilæum fabriqué filium nuncupabat, quin etiam inuisibili iam lancea percussus effluentem vulnere sanguinem dextera excipiens, & dentibus frendens blasphemio ad Deum ore conuersus ait, *Vicisti tandē, ô Galilæe.* Tiberius quoque Imperator, Vlpianus Iurisconsultus, Porphyrius Philosophus, iurati & mortales Christianorum hostes fuere, catholicos item Arriani, Eutychiani, ac Donatistæ canepius & angue oderant, & quibus poterant modis in eos grassabantur. In Anglia etiam quotidie immanitatis ac furoris eorum, qui se ab Ecclesia separarunt, exempla cernere est. Antichristum iam antè tam atrocem erga Filij Dei nomen confitentes persecutionem excitaturum diximus, nulla ut similis in Ecclesia visa hætenus fuerit. Accedet huc & Satanæ opera, insignis mendacibus, & prodigijs adeò manifestis, ut & carnifex ipse, inspectante

stante illo, quem ob Christi fidei confessionem ad supplicium rapturus est, sit prodigia patraturus, vnde exclamat Gregori⁹: *Quæ tunc illa erit humana mentis tentatio, cum & pius martyr corpus tormentis subijcit. & ante oculos eius tortor miracula facit? Cuius tunc virtus non ex ipso intimo cogitationis fundo quatiatur, cum iniqui flagris cruciat, etiã miracula coruscant?* Hæc aliaque odij stratagemata, quæ hæcenus Satan exercuit, & ad finem vsq; sæculi exerciturus est, euidenter ostendunt, ecquod pestifer hic draco assidue fel animo foueat, & quotiescumque potuerit, aduersus Deum eructet. Quæ cum ita sint, quis nõ videat, quàm misera dånatorum futura sors sit, vbi se crudelissimorum inimicorum suorum furori potestatiq; deditos viderint, quorum scilicet ea in ipsos sãuendi potentia, scientia, ac voluntas est. Imprimis verò, vbi cogitabunt non hæc vno die aut sæculo tormenta finienda, sed perpetua & æterna fore, quod ad perspicendum, nobis iam reliquum est.

XII.

Anno à mundo condito, quinquies millesimo vnde ducentesimo, à diluio bis millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo, ab ABRAMÀ nato bis millesimo quinto decimo, à Moyse & populi Israëliti exitu ex Aegypto millesimo quinquagesimo decimo, ab vncto Dauid in regem Iuda millesimo tricesimo secundo, ex Danielis supputatione hebdomada septuagesima quinta, centesima nonagesima quarta Olympiade, Anno ab Vrbe Rom. condita septingentesimo quinquagesimo secundo, imperij Octauij Augusti quadagesimo secundo, sexta mundi æ-

di ætate, quæ iuxta Martyrologium Romanum, vniuersa terra pace fruebatur Iesus Christus, Deus æternus, æterni patris filius, suo mundum aduentu sanctificare volens, postquæ de Spiritu sancto conceptus, & nouem ipsis mensibus in sacratissimæ Virginis matris vtero esset commoratus, in Bethleem Iudæ natus est. A beatæ huius natiuitatis die ad hunc vsque mille sexcenti sedecim elapsi sunt anni; qui simul omnes comprehensi septies mille octingentos & quindecim constituunt annos à prima cæli terræque creatione. Tot porro effluxerunt, ex quo Lucifer cum sequacibus suis expertus est quæ sint sensus damni quæque pœnæ, de quibus hactenus egimus, idque eò maiori cruciatu, quò illorum peccata alijs alia maiora fuere aut minora, pro maiori minoriue superbia, rebellionē, apostasia ac malitia. Tot item sunt anni, demptis sæculis aliquot, ex quo scelestus Cain perditionis viam strauit omnibus sibi similibus, vt hoc S. Iudas (quem D. Bernardus coluit) exponit. Tria annorum sunt, iuxta hanc supputationē, millia, ex quo Core, Dathan & Abirōn, & omnis illorum familia vindices suæ contradictionis flammæ senserunt. bis mille septingenti aut circiter, quo diues Epulo & in pauperes tenax, aquæ guttam postulat. Mille† octoginta & vnus, quo Apostolus filius perditionis præuaricationis suæ, auaritiæ, & proditiōis pœnas patitur, Horum tamen omnium, quorum damnationem certò è Scriptura eruimus, nullus minimā debitorū suorū partem luit aut expiat: rursus vbi centena aliquot & rursus totidē centena annorū effluxerint millia, eadem semper illorū sors erit. Iam æternitatis huius circūstātiās examinemus & pōderemus.

XIII.

*Iud. 2. 11.**Iud. 4. 12.**Luc. 16.**24.**107. 1712.**† nota*

XIII.

Primò, damnatus non quoad animam modò, sed corpus etiam immortalis est; ita quidem, vt nec seipse accidere, neu ab aliis occidi queat. Et **Apo. 9. 6** suo Dominus nobis ore asseruit, delere se illum nolle; sed quò magis ipse mortem optaturus est, eò illam magis ab ipso fugituram; diuina illum iustitia desiderio suo frustrabitur, adèd vt se destruendi furor & rabies immaniter ipsum cruciatura sit, nec ad destructionem sui ipse peruenturus.

Secundò, locus carceris perpetuus futurus est; quod terra, in cuius medio ac centro infernus est, in æternum mansura sit: *Terra autem in æternum stat.* Exterius quidem mutabitur, inque visceribus suis expurgabitur, quod nulla posthac futura sit animalium generatio, non herbarum plantarumque productio, non metallorum coagmentatio, idque ob solis immobilitatem, & causticam ignis virtutem, à quo calidum humido temperatum (quod omnis formationis principium) deuorabitur. Hoc in sensu *cælum nouum & terram nouam expectamus*; hoc in sensu *elementa calore soluentur*; hoc in sensu *ingemiscit omnis creatura, & parturit vsque modo, reuelationem filiorum Dei expectans.*

2. Pet. 3.

15

2. pet. 3.

10.

Rō. 8. 22.

1. Cor. 13. 33

Matth. 10.

Tertiò, ignis quoque perpetuus erit, quòd *flatus Dei*, vt iam sæpè Isaias nobis declarauit, sulphuris futurus sit loco, ad eum accendendum & fouendum nulla vt alia materia opus sit. Hæc autem gehenna est, de qua Dominus apud Matthæum locutus est; quo loco Hieronymus docet, Gehinnò tantundem denotare ac vallem filiorum, Hinnon tantum-

locum Hierosolymis vicinum, & in quo fontis Si-
loë erat scaturigo, fertilem quidem & veberem, at
infamem, quod in illo Israëlitæ suos Molocho im-
molassent filios; atq; hoc obiecisse iis Psalmogra-
phum dum canit: *Immolauerunt filios suos & filias*
suas dæmoniis. Decretum deinde, in tanti sceleris
abominationem, vt vallis hæc alij vsui non foret,
quam vt in eam omnes vrbis fordes egererentur,
Redemptoris autem ætate non nisi cadauerum at-
que ossium receptaculum & colluies erat, quod
Romani *montes testaceos, & montes sterquilinos*
appellabant: per translationem autem idem Iu-
dex ac mundi Redemptor sæpè *gehenna* nomine
infernum designauit, vt omnium mundi locorum
eum terribilissimum esse ostenderet: vocauit autè *Ge-*
hennam ignis, vt distingueret à gehenna aquæ, de
qua Iob locutus est, dum luxuriosos ex ardoribus
ignis ad frigus glaciei & niuis transferendos ait;
nō vt opposita hæc extremitas miseris refrigera-
tionem aut delinimentum afferat, sed vt calor e-
orum per calidi cum frigido pugnam & reactio-
nem magis intendatur, cum hinc rigeant, & præ
rigore stridebunt, illinc affabuntur & torrebun-
tur: *ad nimium calorem transeat ab aquis niuium,*
& vsq; ad inferos peccatum illius. Nonnullorum o-
pinio est locum hunc Topheth esse, de quo quar-
tus Regum Isaïas ac Ieremias meminere. Toph
namque Hebræis tympanum denotat, quo quod
Idololatæ pulsabant interim dum sacrificium il-
lud ferale peragebatur, ne infantium quos Mo-
locho (alio nomine Saturno) quod Ammonitarū
erat idolum, immolabant, ploratum ac planctum
audirent.

Pf. 105.
32.

Matth. 5.
12. 15. 50.
c. 10. 28. c.
18. 9. c. 23
15. 33.

Marc. 9.
43.
Iob. 45.
Luc. 12. 15
Iob. 24.
19.

4. Reg.
23. 10.
Isai. 30. 33
Ier. 3. 31.
32. c. 19. 6
11. 12.
13.
4. Reg. 16
c. 17. 31. 23
10.
2. Paral.
28. 3. 6. c.

K k

Quar. 33. 6.

Quartò, vermis rodens etiam immortalis erit, ut Dominus ait, & hoc ipsi paulò ante notauimus, eò quòd putredo è qua nascitur, peccatum inquam & culpa, numquam morietur, quod gratia locum hic non habeat, & Iesu Christi sanguis numquam eo perueniat. Vnde sequitur, eum qui sine peccatorum poenitentia hinc decedere vult, tantumde facere quàm si peccare, & Dei inimicus esse in perpetuum vellet. Adeo vt quamuis vera cum fide moriatur, & moriendo aliquam spem præferat, vtramque simul perdat vbi infernum subit, non modò quòd indignus sit tam illustribus habitibus ac virtutibus donari, verumetiam quòd nullum ei spei obiectum reliquum sit, vel vt peccatorum veniam obtineat, vel vt illius preces petitionesq; exaudiantur, vel vt miseria egrediatur; vel denique vt beatitudinis consors reddatur. Atque hoc remorsus perpetui in corde illius est occasio.

Quintò, Dei decretum æternum & immutabile est, & ab hac immutabilitate omni poenarum essentialium & accidentiarum damnatorum æternitas dependet. Hæc porro immutabilitas ex ipsis Dei immutabilis, qui de se ait, *Ego Deus & non mutor*, verbis colligitur; si enim vlla in Dei decreto mutationis spes extitisset, in eo quod de carissimi filij ei^m morte erat, ea haud dubiè apparuisset: si ergo tū, cū pretiosus eius sanguis in monte Caluariæ fuit effusus, nullū penitus dātorū Redemptor liberauit, multò id minus modò faciet, quādo, vt ita dicam, eius adeo sanguis nō feruet. Ex hac inuariabilitate sequitur poenas fore sine vlla interruptione continuas, & sine diminutione immutabiles: adeo vt mille annorum millionibus euolutis nulla sit earum futura relaxatio. Nam

vt in

8. Tb.

12. q. 87.

M. 3. m. 1.

Malac. 3.

6.

D. Tb. 3.

p. 9. 32. d.

6.

ut in cælo beati determinabuntur & quoad specificationem, & quoad exercitium, (ut dicunt) adeo ut Deum semper & visuri & amaturi sint, ut obiectum mutare non possint (ô beatam necessitatem!) imo nec ab ipso amando desinere: ita, licet longe dissimili ratione, damnati ad æterna supplicia, & continuum poenæ sensum, sine vlla cessatione, sine omni diminutionis spe condemnabuntur, idq; præfertim quoad poenas maxime essentielles. In primis verò notandum, etiam tormenta adeo longa & continua sunt, axioma quo ab assuetis passionem non fieri dicitur, hic locum minime habere: nullus enim hic contrahi habitus potest, quo actio aut passio facilius reddatur; nemo assuescere pati potest, neque poenas minus duras mitioresq; invenire, cum illæ quotidie renouentur, & cum impatientiæ incremento retrudescant ac reuiuiscant. Arque ut horum nefandorum qui Deum abominantur, superbia quotidie crescit & augetur (*superbia eorum qui reoderant ascendit semper*) ita & illorum ira, inuidentiæ, impatiëntia, furor, & rabies semper incrementum. Tum scilicet frendebunt, indignabuntur, efferalescent, suamq; in Deum ac seipsos furorem exonerabunt, suam ipsorum descerptam carnem, indignantes se deuorare inuicem non posse, præ suspiriorum magnitudine pectus disrumpent, dentes eos ita cōpressuri, comminuent, carnem immortaliter passibilem vnguibus discerptent, patrem matremque maledicent, creatorem quoque blasphemabunt; qui suppliciis hisce eos irremediabilibus adeoq; desperatis addixit, ut vermis non moriatur, vita finem non accipiat, iudex cōpassione non moueatur, patronus partes defendendas non suscipiat, mediator non intercedat, carnifex non torquen-

Psalm. 79.
28.

torquendo defatigetur, ignis denique numquam
extinguatur.

SOLILOQVIVM.

Quid ad hæc dicis anima mea? quid agis? Quid
cogitas? fidei viuz vel micam habes, vel granum
iudicij? annon expallescis & deliquium pa-
teris, de tam horrendis suppliciis loqui cum au-
dias? quid de hac tibi æternitate; duratione,
quid de hac immutabilitate videtur? si in
lecto compositus morte gratius putas; noctem in-
tegram infomnem ducere, quod aliquam hoc ti-
bi afferat molestiam; si tam impatienter tardan-
tē auroram expectas; quid faceres si vnā lecto i-
gnito ferreis catenis iisq; cādentibus illigati esse-
mus; perpetuò vigilantes, & in tā lōgæ & tædioſæ
noctis caligine, nulla vt auroræ, nec solis venturi
spes nobis affulgeret? si aded molles & delicatī
simus; vt muscæ pulicisue puncturā ferre neque-
amus; si triduana febris, odontalgia, & brevis
quædam hemicrania ita nos turbet & exagitet;
vt querulis aëra vocibus fatigemus; quo, obsecro,
flammas perennes patiemur modo? Si lata per
mortalem iudicem mortis sententia ita reum
percellat, quod quadraginta, aut quinquaginta vi-
tæ, quos forsan victurus esset, annos adimat ac
præcindat; quis non perhorrescat trepidans sen-
tentiam illam, quæ vitā pæpetuā damnatos est
priuatura? Si ad rei ad supplicium raptandi occur-
sum toto inhorreamus corpore, si ad illius susti-
gationē, flagra, mēbratim cōcissionē diuisionēq;
viuicōburū in horrore moueamur insolito; quid fie-
ret, ad si hæc ipsi tormētā, nō die vno finieda, sed in
sempiternū duratura cōdēnat, essemus? Quid por-
ro omnia mundi supplicia aliud sunt, quā ludus &

lca-

lenimentum quoddam, æternis comparata cruciatibus? O æternitas, quàm formidabilis es æternitas! quin potius quàm môstrosa es æternitas! quod nempe in teipsa adeò longas & durabilis, cum tamen à causa momentanea producta sis? momentaneum est enim quod delectat, æternum quod cruciat. Quomodo verum, vitam humanam nonnisi momentum esse, vnde dependeat æternitas! Voluptates nostræ fugaces fuere, deliciæ transitoria, diuitiæ instantaneæ, dignitates momentaneæ respectu eius quod ipsas sequitur. Verùm quis iuste conqueri et indignari queat? Annon cerò id nobis constabat? annon præmoniti eramus? quàmque meritò dixit Augustinus: *form. 36. non te vult percutere qui tibi clamat, Obserua. in-*
uitus vindicat, qui quomodo euadere possimus, multò antè demonstrat. Et tametsi nulla præcessissent signa, minæ nullæ, prædictiones ac prognostica nulla, annon degener & innaturalis natura peccati sufficiebat, ad demonstrandum poenam eius æternam esse debere? annon Dei maiestas infinita? annon in illam delictum commissum est? annon gratia, quam culpa mortalis euacuauit, dignitatis est infinita? annon & infinita est gloria qua hominem priuat? si ebrius semper bibere, vltor semper vlcissi, superbus alijs se semper præferre, cupidus semper ditescere, libidinosus voluptatum se semper coeno posset immergere, an vnquam à peccando cessarent? Annon eos potius natura & vires deficiant, quàm peccandi voluntas? Annon ad mortem vsq; peccando ostendunt, semper fore vt peccarent, si semper vita duraret? Annon hinc colligas, non à peccatore peccatum; sed illum à peccato deserui, quando ad extremum

usque spiritum Deum ostendit? Adhuc quando propria quis voluntate à Deo recessit, nec de ei se reconciliando, antequam vitam emigret, laborat, annos ipsa quodammodo cœlo terraque, & omnibus post venturis sæculis palam facit, gaudere se, quod perpetuus Dei sit inimicus futurus, quod numquam visurus, cursus, cum certissimo illi constet, hominem, si hoc in statu ex hac vita decedat, damnationi addici, arborem in quamcumque ceciderit, partem, in ea mansuram; apud inferos nonnisi re-negationes & blasphemias audiendas, *& mortem* (ut Doctorum Princeps ait) *miserus esse sine morte, finem sine fine, ac defectum sine defectu; quia & mors semper viuet, & finis semper incipiet, & defectus deficere nesciet, mors perimet, & non exstinguet;* credere item illic nonnisi rabiem ac desperationem continuo, incessabili & perpetuo in Deum odio admixtam habendam, nec tamen hunc statum incur-rendi se periculo reponere vereri, sed per peccatum ultro in ipsum se conicere, gaudere, & ratum quodammodo habere, de illorum se esse numero, (uti è finali impenitentia colligere datur) annon hoc pacto liquido ostendit, omnibus se peccatis, quæ diaboli & damnati in sempiternum admittet, grateranter consentire, velle se ibi esse, stipulationi huic subscribere, amodo illi consentire uti & postmodum, illarum de partium numero esse, annuere, & approbare cuncta quæ ibi fient, quæque ibi dicentur? O infanda ac detestabilis conventio! fierine potest anima, horum nos de turba esse vel-le? hisce suffragari? O liberum arbitrium, quam libertas tua noxia est, & quam periculosa tua, o libera voluntas! utinam potius de agentium natura

August.
lib. de spi-
rit. & a-
nimac.
86.

juratum numero essemus, quæ suis in actionibus determinata sunt, quàm per nos ipsos & sponte nostra tam evidenti nos periculo exponere; quod fortuitum casum dicere non possumus, cum à voluntaria, plena, ac libera determinatione nostra dependeat; at periculum & quidem periculum aded evidens, ut vel ei expositum duntaxat esse, & in idem incidere posse maximæ sit infelicitatis initium.

Noli hoc, quæso, permittere animarum nostrarum creator ac reparator DEVS, antè nobis potius Esse, quod dedisti, aufer, & bestiis perfimiles redde. Si verò opera tua immutabilia sint, & ipse semper in mea libertate & libero arbitrio esse debeam, his obsecro postulatis meis annue, inque immortalitatis tuæ archinis hæc concede, scilicet, ut si voluntas mea à tua umquam deflexerit eam repudiem, & liberi arbitrij mei consensum ab illa diuellam; quin protector iurans, penitus cōtrarium me velle, ac velleitates meas esse nolleitates, consensum meū dissensum, & vice versa, si restibi placeat, dissensus meos esse consensus. Cum enim liberum me esse oporteat, & suam voluntatem habere locum, hunc illi in te & in tua do, illam tuum reddo mancipium, eamque non amplius meam, sed tuam esse declaro. Et, si fortè casu eam repeterem, & iam dicta reuocarem, hoc libertatis meæ actum esse nolo, sed casum fortuitum, sed illusionem, sed subreptionem diabolicam, eique ex hoc ipso tempore renuntio, cum omnibus ad liberam meam voluntatem spectantibus. Cur verò, Deus meus, mihi impu-
tetur voluntas, non mea, & non potius illa, quam,

ceteris exclusis, meam esse volo ac profiteor? Scio, & quidem damno meo, suo suos libero arbitrio esse recessus ac sinus secretos, sed hos omnes animarum reparator Deus perspectos habes, omnesque in manibus tuis tenes; eos igitur habe, serua, ac retine, nec à quoquam, imo ne à meipso quidem, hos occupari sinas.

Si continua tristis huius æternitatis memoria necessaria est ad liberum arbitrium meum officio continendum; Præsta, Deus bone, numquam illa, ut memoria mea excidat, uti olim Duorum Hieronymi, Augustini, Bernardi, & ante eos, Regis, qui erat secundum cor tuum, memoriæ perpetuò inhæsit, qui grauißimis regni sui pressus negotiis, æternitatē tamē sæpenumero voluebat, *Annos*, inquit, *æternos in mente habui*; annos inquam, qui ad solis cursum non dimetiuntur, qui non amplius è duodecim mensibus, è duabus quinquaginta hebdomadis, trecentis sexaginta quinque diebus & sex horis, sed è pura æternitate componuntur. Ibi deniones, viniones, centones, millia, decem millia, centena millia, milliones, centeni milliones, millionū milliones, & infinita milliomum millia annorum elapsa cum sint, tantundem est ac si nihil fuisset.

Psal. 76.
8.

Quandoque doctores contemplatiui, quos in animarum nostrarum partes spirituales dedisti, allaborant, ut prodigiosam hanc nobis æternitatem describant, modò omnia arborum folia suis eum motibus, modò omnes capitum damnatorum capillos, modò omnes desertorum Lybiæ & littoris arenulas proponunt; quin ad plures eam annos

annos & sæcula, quàm hæc ipsa, extendi asserunt. Fingunt deinde coruum quemdam immortalem post euolutos mille annos guttam aquæ ex oceano, & sequenti post millione aliam tollere, idque post idem temporis intervallum exactum continuare, donec vastum illud corpus liquidum, & deinde Mare Mediterraneum, post omnia quoque orbis flumina exhausta & arefacta sint; ostenduntque quando incomprehensibilis hic annorum numerus etiam euolutus fuerit, damnatorum poenas inchoandas, nedum finiendas. Addunt insuper, etsi diuina maiestas tua permitteret, ut post singulos annorum milliones damnati vel lacrymulam effunderent, ipsamque asseruaret, ut iungeretur ijs quas post effusuri essent, donec simul coaceruata tantum conflarent diluuium, quale fuit illud quo orbis vniuersus olim inundauit; tam etsi hic annorum numerus nostram superet intelligentiam, incomparabili is damnatis consolationi foret: viuerent namque & paterentur in spe, tandem aliquando suppliciorum finem fore; at dicere, in æternum, & verbo spem omnem præcludere, annon, Domine, tot rabies ac desperationes parit, quot in omnibus hisce numerationibus vidimus indiuidua? Annon hoc infernorum infernus, & abyssorum abyssus?

Etsi verò hæc, Deus in omnibus vere, omnipotens, infinite, considerationes sensum nostrum superent, & capacitatem exhauriant, tua tamen iudicia adoramus, eaque æquissima esse confitemur. Iustissimū porro fatemur esse, summe Deus, iustissimum inquam, ut qui libertate sua interrim dum cohibere actiones suas potest (quod

Iustum
est ut
qui in
suo æ-
terno
peccauit
in Deū,
in æter-
no Dei
puniatur,
*Greg. 4.
Dialog.
Aug. de
triplici
habitu.
t. 2.*
Duo
princi-
palia
sunt tor-
menta
in infer-
no, fri-
gus in-
tolera-
bile, &
calor in-
extin-
guibilis,

D. Gregorius seruus tuus *æternitatem hominis* nuncupat) abutitur, eadem in tuas incidendo ma-
nus, & in tuam ingrediendo æternitatem, priue-
tur. Creatura rebellis cū infinita & limitata
sit, infinitæ castigationis *intensivæ* capax non est;
ergo saltem *extensivæ* castigetur, infinita nempe
longitudine & duratione, cū eius rebellio mali-
tiam infinitam includat, & *ad magnam iustitiam*
pertineat indicatū, ut numquam careat supplicio, qui
numquam voluit carere peccato; qui creaturis abu-
sus est, per creaturas castigetur; quiq; diabolorum
suggestionibus paruit mandatis tuis refragando,
tuo decreto sententiaque ab iisdem dæmonibus
puniatur; qui calore suo naturali abusus est, & hu-
morem radicalem ad te offendendum, consum-
psit, incessanter à frigido extremo ad ardorem in-
tolerabilem transeat; quiq; semper vivere desi-
deravit ad spiritum tuum contristandum, & num-
quam à malefaciendo desistendum, in tristitia vi-
uat perpetua, & numquam pati supplicia desinat.
Hanc nobis duntaxat misericordiam præsta Do-
mine, quam Mauritio Imperatori concessisti, ut in
mortali hac vitā, in valle lacrymarum, omni-
genos patiamur cruciatus potius, quam in intole-
rabiles hæc plagas calamitatesque incida-

mus. Igitur *hic vix, hic se-*
ca, dum in æternum
parcat.



MEDI.

MEDITATIO XXI.

DE GLORIA COELESTI,

PVNCTVM I.



RADIAN s ille vultus quem mansuetus Hebræorum conductor, generosus dux, & sapientissimus legislator Moses è Sinâ monte post quadraginta dierum, & totidem no-

Exod. 34.

29.

ctium cum Angelo Dei personam representantè commercium retulit, ad decalogi receptionem, promulgationem, & executionem mirificè profuit.

Postquam exploratores terræ promissæ visa retulissent, & botrus humeris duorum gestatus, per castra filiorum Israel transisset vt spectaculum, ac feracitatis terræ specimen, ita animus populo refractario accreuit, itaque in quodlibet se discrimen obarmat, nihil vt ipsis posthac graue aut impossibile videretur.

Nam. 13.

14.

Vix sapientiam Salomonis, domus eius oeconomiam, aulae pompam ac splendorem, domesticorum statum, nobilitatis Israëliticæ florem Regina Sabæa vidit, quin in animi deliquium incidens non habuerit *ultra spiritum*. post mille verò stupores & admirationes ad se reuerfa exclamauit: *Beati viri tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.*

3. Reg. 10.

8.

Cum Assuerus rex, qui regnauit ab Indiæ vsq; Aethiopiâ super centum viginti septem provincias, v-

Esth. 1. 5.

6.

ruisser,

ruisset, in quo centum octoginta dierum epulum instruxerat, in quod lectissima exquisitissimaque fercula inferebantur, vinaque delicatissima, vnoqueq; tamen nō amplius bibente quān alluberet; pendentibus omni ex parte tentorijs aërij coloris, & carbasini & hyacinthini, quæ à funibus byssinis sustentabantur, columnisq; marmoreis fulciebantur, lectulis quoque aureis & argenteis, super pauimentum smaragdino & pariostratum lapideo paratis: Persarum Satrapæ ac Medorum Principes diuitiarum eius magnitudinem & gloriæ eius splendorem demirabantur.

Judith. 10. 16.

Indith vidua cū coram Assyrijs compareret, magnus vndique ad eam concursus factus est, & omnes considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis, dicentes: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent?

Apo. 21.

27. 12. 19.

Dilectus Domino Discipulus cū ciuitatem muro fortissimo altissimoq; circumsecus cinctam, duodecim portas habentem conspexisset, cuius fundamentum nempe erat è lapidibus pretiosis, & muri de iaspide, plateæ auro constratæ, & vestibula smaragdīs condecorata, vicesimo primo Apocalypseos suæ capite singillatim eam & exactè descripsit, quò nemini non coelestis Hierosolymæ cupidinem desideriumq; iniiciat.

3. Reg. 19.

32.

Elias Propheta, primus Anachoretarum patrēs, cui domus erat spelunca, & mons Oreb receptaculum, mox vt delicias coelestes summis velut labris gustauit, ac ore tenus quodammodo gloriam Dei delibauit, sensuum fenestras velat, & oculos, os, vultumq; pallio cooperit.

Apostolorum Principes vt Redemptoris in monte

monte Thabor transfigurati faciem solis instar
fulgidam, & vestem niuis in morem candidam vi-
dit, ita absorptus & extra se raptus est, vt inde re-
cedere noluerit dicens: *faciamus hic tria taberna-* *Matth.*
cula, tibi vnum, Moysi vnum, & Elia vnum nesciens *17. 4.*
quid diceret; ita scilicet illum splendor ille in-
solitus extra se rapuerat.

Hæc nobis velut exordij sunt loco ad ea quæ in
sequentibus deducemus, & quædam velut deliba-
tio felicitatis illius cuius causâ formati ac condi-
ti sumus. O beata cōditio, quæ adumbrari quidem,
non plenè exprimi aut representari aliquâ quæ
in terris habetur excellentiâ potest! O nimia filio-
rum Adami, & filiarum Euz cæcitas, qui ad rerum
periturarum comparationem acquisitionemque
per botrum vuarum; hominis cuiusdam perfe-
ctionem, mulieris venustatem, domorum magni-
tudinem, commodorum desiderium, vrbium opu-
lentiam, prouinciarum vbertatem animabuntur;
adeo verò negligentes, tepidi atq; inertes sunt,
cū de facie Dei contemplanda agitur, de quæ ha-
bitando in terra viuentium, quam supremus le-
gislator & promisit & comparauit, de loquen-
do ore ad os illi qui de seipso dixit: *Ecce plusquam* *Matth.*
Salomon hic; cum agitur vt ad conuiuium quod *12. 42.*
in monte sancto Isaia omnibus vestem nuptialem *Isai. 25. 6.*
indutis, cuiuscumque demum nationis sint, præ- *Matth.*
paratum ait, vocentur; vt matrem Dei, coelestis *22. 12.*
Bethulæ ornamentum videāt; vt in supernæ Hie- *Iudith*
rosolymæ, quæ libera est, ciues cooptentur, cuius *13. 10.*
fundamēta sunt Iaspis, Sapphirus, Chalcedonius, *Gal. 4.*
Smaragdus, Sardonyx, Sardius, Chrysolithus, Be- *26.*
rillus, Topazius, Chrysoprasus, Hyacinthus, Ame- *Apost. 21.*
thystus, duodecim inquam Apostoli: vt in Thabor *19.*

æternum

eternum conscendant, in quo non exteriorē modū, sed etiam interiorē diuinitatis suæ splendorem Deus non duobus tribusue amicorum, sed omnibus in genere sanctis communicat. Videamus num sequentes considerationes illorum oculos velut collyrium quoddam illustrare queant.

I I.

S. Thom. Primò, Beatitudo; vulgò coelum appellata, vel
1. 2. q. 3. gloria eterna, status est perfectissimus, in quo om-
¶ seq. ¶ nia collecta & coaceruata sunt bona.
q. 82.

Secundò, beatitudo status est æternus; certus, & immutabilis; ab omni tam culpæ quàm poenæ imminis malo, omnibus verò bonis naturæ; gratiæ, & gloriæ accumulatus.

Lib. 3. de Tertiò, beatitudo esse quoddam beatum est, in
Trinit. quo anima rationalis, vt Augustinus ait, quidquid
6. 7. ¶ 5. desiderat, possidet; nihil verò desiderat quin bonum sit.

Quartò, beatitudo coronā iustitiæ est; è duodecim circumsecus composita; 1. sanitate sine vllā infirmitate, 2. copia sine inopia, 3. voluptate sine molestia, 4. scientia sine ignorantia, 5. Gaudio sine tristitia, 6. Pace & quiete sine turbatione ac dissidio, 7. securitate sine metu, 8. lumine sine tenebris, 9. diuitijs sine paupertatis periculo, 10. gloria sine inuidia, 11. æternitate sine fine. 12. deniq; vita sine morte. Notandum porro; cum dicimus: *sanitas sine infirmitate*, *copia sine inopia*, atq; ita in ceteris, *id sine* exclusionem totius possibilitatis contrariæ importare: perinde ac si quis diceret, sanitas quæ nulli infirmitati exposita sit, copia sine vllō vnquam inopiæ metu, & sic de reliquis.

reliquis, quod in hac vita nec dici, nec sperari potest.

Quinto, beatitudo, inquit Boëtius, *status est bonorum omnium aggregatione perfectus*; quem ut dignè exponam Simonidis ritu tergiuerſari ac procraftinare me oporteret, ac cum D. Augustino dicere: *Omne sermonem atq; omnem sensum humana mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa gloria, illa magnificentia, illa maiestas*. vel cum Gregorio: *Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia; Angelorum chorus interesse, cum beatissimis spiritibus gloria conditorum assistere, præsentem Dei vultum cernere, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetua munere letari.*

Sexto, beatitudo status est de quo olim Isaias ait: *A sæculo non audierunt, neq; auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti, expectantibus te.* Confirmat hoc & Apostolus, qui eam viuens delibarat, similibusq; & imo iisdem utitur verbis: quem secutus quoque est Augustinus: *Quod Deus præparauit diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non apprehenditur, desideria & vota transgreditur, acquiri potest, estimari non potest.*

Septimo, beatitudo ania quædam regia est, cuius planetæ sunt velut porticus, firmamentum area, primum mobile, atrium ChrySTALLINUM cubiculum, empyreum conclaue.

Octauo, beatitudo mirabilium est mundus, deliciarum oceanus, diuitiarum thesaurus, voluptatum abyssus.

Nonò, beatitudo felicitatis est complementum, in

tum, in qua nulla inopiæ mentio, è quo morbus exulat, vbi vulnera locum non habent, passionēs sopitæ sunt, iræ subactæ, inuidetiæ proscriptæ, vbi Diabolus non ampliùs metum incutit aut terret, eiusdem infidiæ cassæ sunt & inanes, vnde deniq; infernalium cruciatuum formidò exulat. Hęc Augustinus, cuius hæc genuina sunt verba: *Quid hac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, non agri- tudinis imbecillitas, nemo leditur, irascitur nemo, inuidet nemo. nullus ibi Diaboli metus, infidia demo- num nulla, terror gehennæ procul.* Et ante ipsum S. Cyprianus: *Qualis illa cœlestium regnorum volu- ptas sine timore moriendi, & cum aternitate viuen- di, quàm summa ac perpetua felicitas. Illic Apostolo- rum gloriosus chorus, illic Prophetarum exultan- tium numerus: illic Martyrum innumerabilis po- pulus.*

Decimò, beatitudo conditio adedò beata ac fe- lix est, vt sciri possit malum quod ibi non est, sed nō exprimi bonum, quod inuenitur; facilius dici quid ibi defit, quàm quid sit: non enim est ibi mors, non luctus, non lassitudo, non infirmitas, non fa- mes, nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla tristitia. Alibi tamen idem Doct̃or terminis vtitur affirmatiuis, per- mittis clausulis negatiuis: *Ibi gaudium infini- tum, vita sine morte, omne bonum sine omni ma- lo, vbi viuens numquam senescit, vbi vita termi- num nescit, vbi decor numquam pallescet, vbi amor numquam tepescit, vbi gaudium numquam de- crescit, vbi dolor numquam sentitur, vbi gēi- tus numquam auditur, vbi triste nihil videtur, vbi latitia semper habetur, vbi nullum malum te- netur.*

Vnde

Serm. 37.
de san-
ctis.

Lib. de
morta-
litate.

Soliloq.
c. 35.

Manual.
c. 7.

Vndecimò, beatitudo, ait alio idem Doctor lo- *Medit.*
co, regnum est cuius fines sunt pax, quod æternita- *c. 22.*
tem pro pessulo, & omnem voluptatem in heredi-
tatem habet.

Duodecimò, beatitudo est summum illud bo-
nū, in cuius inquisitione Philosophi Peripatetici,
Academici, Stoici, Epicuræi tãto tempore desuda-
runt, & circa cuius descriptionem ducentas duo-
denonaginta opiniones distinctionesue collegit
Marcus Varro, quas Augustinus ad duodecim re- *Lib. 19.*
degit; * Ambrosius verò & † Lactantius ad decem. *de ciuit.*
Epicurus, inquiunt, summum bonum in voluptate a- *c. 1.*
nimi esse censet; Aristippus in voluptate corporis; ** Lib. 2.*
Calliphon & Dynomachus Cyrenaici, honestatem *Offic. c. 21*
cum voluptate iunxerunt; Diodorus in priuatione *† Lib. 3.*
doloris summum bonum posuit; Hieronymus in non *diuin. in-*
dolendo; Peripatetici autem in bonis animi, & corpo- *stit. c. 7.*
ris, & fortuna; Herilli summum bonum est scientia;
Zenona, cum natura congruenter viuere; quorum-
dam Stoicorum, virtutem sequi; Aristoteles in hone-
state ac virtute summum bonum collocauit. Optima
omnium sententia est Aristotelis, τὰ ἀγαθὰ οὐ πάντα
ἐπιστᾶν, bonum esse dicentis, quod ab omnibus de-
sideretur. Ita posrò infallibilis veritas hæc est, ni-
hil vt tum ex arte aut natura fiat, quin finis eius
aut obiectum sit bonum; πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέτε-
δος ἐμμετρεῖς πρὸς τὴν καὶ προαίρεσιν τῷ ἀγαθῷ τινος
ἐπιστάει δόξαν. Omnis, inquit idem Philosophus, ars,
omnis methodus, quin & omnis actio & electio boni
uticuius sit causâ; & de hoc instinctu aut inclinatio-
ne dicere liceat; Hæc est non scripta sed nata lex,
quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex
natura arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam
non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti
sumus.

tum, in qua nulla inopix mentio, è quo morbus exulat, vbi vulnera locum non habent, passiones sopitæ sunt, iræ subactæ, inuidetiæ proscriptæ, vbi Diabolus non amplius metum incutit aut terret, eiusdem infidiæ cassæ sunt & inanes, vnde deniq; infernalium cruciatuum formidò exulat. Hæc Augustinus, cuius hæc genuina sunt verba: *Quid bac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, non agri- tudinis imbecillitas, nemo leditur, irascitur nemo, inuidet nemo. nullus ibi Diaboli metus, infidia demo- num nulla, terror gehennæ procul.* Et ante ipsum S. Cyprianus: *Qualis illa cælestium regnorum volu- ptas sine timore moriendi, & cum aternitate viuen- di, quam summa ac perpetua felicitas. Illic Apostolo- rum gloriosus chorus, illic Prophetarum exultan- tium numerus: illic Martyrum innumerabilis po- pulus.*

Decimò, beatitudo conditio adeò beata ac fe- lix est, vt sciri possit malum quod ibi non est, sed nō exprimi bonum, quod inuenitur; facilius dici quid ibi desit, quàm quid sit: non enim est ibi mors, non luctus, non lassitudo, non infirmitas, non fa- mes, nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla tristitia. Alibi tamen idem Doctor terminis vtitur affirmatiuis, per- mittis clausulis negatiuis: *Ibi gaudium infini- tum, vita sine morte, omne bonum sine omni ma- lo, vbi inueniens numquam senescit, vbi vita termi- num nescit, vbi decor numquam pallefcit, vbi amor numquam tepescit, vbi gaudium numquam de- crescit, vbi dolor numquam sentitur, vbi gemitus numquam auditur, vbi triste nihil videtur, vbi letitia semper habetur, vbi nullum malum te- netur.*

Vnde

Sermo. 37.
de san-
ctis.

Lib. de
morta-
litate.

Soliloq.
c. 35.

Manual.
c. 7.

Vndecimò, beatitudo, ait alio, idem Doctor lo- *Medit.*
co, regnum est cuius fines sunt pax, quod æternita- *c. 22.*
tem pro pessulo, & omnem voluptatem in heredi-
tatem habet.

Duodecimò, beatitudo est summum illud bo-
nū, in cuius inquisitione Philosophi Peripatetici,
Academici, Stoici, Epicuræi tāto tempore desuda-
runt, & circa cuius descriptionem ducentas duo-
denonaginta opiniones distinctionesque collegit
Marcus Varro, quas Augustinus ad duodecim re- *Lib. 19.*
degit; * Ambrosius verò & † Lactantius ad decem. *de ciuit.*
Epicurus, inquit, summum bonum in voluptate a- *c. 1.*
nimi esse censet; Aristippus in voluptate corporis; ** Lib. 2.*
Calliphon & Dynomachus Cyrenaici, honestatem *Offic. c. 21*
cum voluptate iunxerunt; Diodorus in priuatione *† Lib. 3.*
doloris summum bonum posuit; Hieronymus in non *diuin. in-*
dolendo; Peripatetici autem in bonis animi, & corpo- *sit. c. 7.*
ris, & fortuna; Herilli summum bonum est scientia;
Zenon, cum natura congruenter viuere; quorum-
dam Stoicorum, virtutem sequi; Aristoteles in hone-
state ac virtute summum bonum collocauit. Optima
omnium sententia est Aristotelis, τὰ ἀγαθὰ ὅντα πάντα
ἐπὶ τῷ καλῷ, bonum esse dicentis, quod ab omnibus de-
sideretur. Ita posito infallibilis veritas hæc est, ni-
hil vt tum ex arte aut natura fiat, quin finis eius
aut obiectum sit bonum; πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μίσις
ἐπὶ τῷ καλῷ, δὲ πράξις τε καὶ προαίρεσις τῷ ἀγαθῷ τινος
ἐπὶ τῷ καλῷ, δόξει. Omnis, inquit idem Philosophus, ars,
omnis methodus, quin & omnis actio & electio boni
alicuius sit causā; & de hoc instinctu aut inclinatio-
ne dicere liceat; Hæc est non scripta sed nata lex,
quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex
natura arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam
non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti
sumus.

*In Apo-
log. c. 7.*

*August
lib. 1.*

Confess.

sumus. Atque ut omnis inclinatio & instinctus naturalis ad bonum aliquod referuntur, ita rationalis ad summum inhiat. Ut verò norit homo, id non in terra sed in cœlo haberi, atque inde, si quæ illi accidat aduersitas, id petendum, ipsimet pueri, naturaliter & sine ulla ratiocinatione ad cœlum oculos sustollunt, *non ad rupem Tarpæium, non ad capitolum,* inquit Terentianus. *sed ad cœlum.* Hinc exclamat idem ipse, *O testimonium animæ naturaliter Christiana!* Ex eodem principio sequitur, quod, sicut lapis non antè quiescit, quàm in centro suo fuerit; ita non antè anima quiescat, quàm ad vltimum hunc finem perueniat, quamcumque demum voluptatem, honorem, & commodum è creaturis percipiat: *Mandasti Domine, & factum est ut spiritus omnis inordinatus sibi ipsi sit oneri; fecisti nos Domine ad te, & ideo inquietum est cor nostrum, donec perueniat ad te.* Ad hanc autem inordinationem euitandam, & ut ad felicitatis nostræ centrum perueniamus, primò locum, deinde essentialem Beatorum gloriam, denique accidentariam consideremus.

III.

Beatorum domicilium, cœlum empyreum est, ob splendorem & claritatem hoc nomine donatum. Subiectum illi primum mobile, duo cœli Crystallini, firmamentum, septem Planetarum, Saturni inquam, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij ac Lunæ orbes, sphaera ignea, suprema aëris regio, quæ calida est, media quæ frigida, & infima, quæ temperata; elementum aquæ, terræ, purgatorium, limbi, & gehenna. Situs hic omnium supremus, & à damnatorum carcere remotissimus, loci huius quidem denotat excellentiam, at finis ob quem

quem conditus, quàm maximè; si enim locus exilij in quo agimus adeò oculis gratus sit, vt hanc eum ob causam Græci *κόσμος*, id est ornamentum nuncupent, quid non vera erit patria? Si terra morientium adeò arridet, quid de terra viuentium dicemus? Si mundus hic, qui nobis cum Deo amicis simul & inimicis cõmunis est, quinimo & animalibus tot includat delicias vt eas numquam finire, & perpetuas hic figere sedes multi exoptent, quid de angustissima illa domo, quam in suam Deus habitationem, inque filij sui carissimi, matris eius beatissimæ, & spirituum omnium beatorum gloriam potissimum condidit, credendum? domo inquam, cuius architecti fuere & Patris potentia, & filij sapientia, & Spiritus sancti bonitas; in qua bonitas voluit, sapientia, decreuit, & omnipotentia executæ est, quidquid, quò palatium hoc dignitati illorum qui ipsum in perpetuum habituri sunt domicilium, conforme reddatur, requiritur.

Tres quilibet iustus habitationes habet, primam in vtero materno, alteram in terra, tertiam in coelis. Quanta inter primam & secundam est differentia, tanta quoque inter secundam ac tertiam. Prima nouem est mensium, tenebris & caligine velata; secunda septuaginta aut octoginta ad summũ annorum, quibus terra hac inferiori frui datur; tertia æterna est, qua diuina Essentia possidetur. Quantum ergo inter naturam & gratiam discrimen, inter coelum & terram distantia, tanta quoque inter terrestrem ac coelestem Hierosolymam differentia sit necesse est: & quæ est angustiarum vteri materni, cum vni-

uersi orbis dimensione, dissimilitudo talis & terre totius cum cœlorum magnitudine. Quot autem in Europa matres, quot in Africa, quot in Asia, quot in America; & proinde quot Europe, Africa, Asia, America cœli empyrei ambitu & circuitu continentur! & rursus quæ cœli empyrei in vasto illo mundo archetypo, Deo inquam! Si ergo montium altitudo, vallium humiditas, nemorum opacitas & umbra, fontium susurrus, florum varietas, tempestatum anni alternatiua successio, veris amœnitas, æstatum serenitas, autumnus fructus, terre fecunditas, marium utilitas, aëris puritas, astrorum influxus, auri fulgor, gemmarum pretium, palatiorum architectura, urbium vastitas, ordinum varietas, honorum proportio, dignitatum sublimitas, vestium materia, ornamentorum forma, rerum omnium generationes, incrementa, alterationes, mutationes, ac variationes aded nos delectent, quid de mundo illo superiori, quem in electorum, sanctissimæ matris suæ & suam ipsius Deus commemorationem condidit dicendum? de illo inquam loco, in quo perpetua dies est, cuius fax Agnus, & sol Spiritus sanctus? in quo nec tempestatum mutatio, non calor, non siccitas, non humiditas, non gelu, sed vniformis & maxima in omnibus & vbique temperatura? in quo tempestas nulla, procella nulla, nullus terræ motus, non fulgura, non contagia, non aëris corruptio, aut vlla vitæ huius miserabilis maledictio? Est quippe benedictionis plenissima locus, terra viuentium, ad quam ne umbra quidem mortis pertingere potest, in quem nihil à quo turbetur, nihil quod splendori illius officiat, nihil quod integritatem eius dimi-

diminuat, subeat. Locus securus, duraturus, æternus, deliciosus, amœnus, de quo non nisi eo loquendum modo, quo S. felicitatis filij de fluminibus, pratis, montibus, palatijs, alijsque mundi rebus; utpote qui præter carceris; in quo nati erant, tenebras, obscuritatemque nihil omnino in mundo viderant. Eo inquam modo de cœli proprietatibus loqui nos oportet, dicentes potius quod non est, quàm quod reuera est. Hoc tamen fateamur necesse, tentoria Moab nullatenus cum tabernaculis Dei Iacob comparanda.

IV.

Essentialis animæ beatæ gloria sita in eo ipso, quod Deum beatum reddit, in clara inquam eius quod est cognitione. *Hac est vita aeterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*, ait qui obiectum & intelligibilis beatitudinis nostræ futurus est species. Et sicut se Deus Pater per verbum suum cognoscit, & hac ipsa cognitione perfectè beatus est, quod Verbum quidam aliter ipse sit, Esse eius continens, & ipsum illi representans: ita & Angeli & hominis spiritus beatus est, ubi dicere poterit: *In lumine tuo videmus lumen*; in filio inquam tuo, qui vultus tui lumen est, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, videmus quod es, & in ipso tibi similes sumus, iuxta promissum illud Apostoli: *Similes erimus, quoniam videbimus eum secuti est*. Tunc scilicet anima quodammodo deificatur, Deo repletur, & per æternam inmutabilemque participationem Deus quodammodo fit, illi se vniens ut ignis ferrum inflamat, ipsumque penetrat, suum

illi lumen, splendorem, calorem aliasque proprietates communicans, aded ut verus ignis id dici

S. Thom. queat. Tum quoque est, quidquid esse potest, in
1. p. q. 25. quantum habere maiorem beatitudinem non po-
a. 6. ad. 3. test, quam Deum ipsum: tum item satiatur & re-
Psal. 16. plentur, pro desiderio, quod olim habuit cum *Psal.*
17. mista dicente: *Satiabor cum apparuerit gloria tua,*
 facilius erui poterit hoc, si per singulas animæ fa-
 cultates discurremus.

Psal. 78. Memoria siquidem intrabit in potentias Domi-
16. ni sui, inque diuinitatis eius abyssum absor-
 bebitor, eiusque solius iustitiæ memor erit:
 etenim erit Deo plena, ut quem semper præsentem
 habitura sit, numquam eius ut obliuisci, aut aliâ
 cogitationem deflectere possit. Assiduè recordabi-
 tur bonorum quæ iam recepit, modò recipit, &
 quæ certò se aliquando recepturam nouit, nul-
 lius ut recordetur, quod asferre illi molestiam
 queat. Nam & laborum & periculorum vitæ hu-
 ius, quin & peccatorum quæ aliàs commisit, re-
 cordatio, voluptatem & delectationem dabit,
 quasi totidem illa Dei laudandi occasiones & sti-
 muli futuri sint, ob præteritas misericordias, ob
 gaudia præsentia, & ob gloriam quæ æternum du-
 ratura est, gratias illi agendo.

Intellectus quoque Deo plenus erit per cla-
 ram Trinitatis vnus, & unitatis trinæ cognitio-
 nem, quæ donatus erit. Tunc quippe facie ad fa-
 ciem, sine velo aut ænigmate videbit, quomo-
 do Pater gignat filium, & ipse cum Patre produ-
 cant Spiritum sanctum: quomodo tres vnum
 constituent Deum infinitum, æternum, immen-
 sum, incomprehensibilem: tunc quoque infi-
 nitus.

miras illorum perspiciet perfectiones, bonitatem, sapientiam, charitatem, omnipotentiam, & providentiam : tunc & amabilissimum vnigeniti Dei filij Incarnationis, sacratissimæ humanitatis eius mysterium , & mirabilia quæ tam in natura, quàm gratia Deus operatus est opera comprehendet, idque sine vlla ignorantia, errore, perplexitate, dubio, opinione, qui pravi sunt spiritus habitus, hic in terra dominantes. Tum fides cessabit & euacuabitur, vbi ad oculum videbit quæ credidit ; spes item, cum possederit promissa. Ac præsertim ad oculum videbit occulta Dei, quæ alias obstupescibat, circa hominum directionem iudicia, & in intima paternæ Dei in salute ipsius dirigenda , promouenda ac procuranda providentiæ mysteria & arcana penitus penetrabit ; perspiciet quoque pericula quibus ipsum eduxerit, & beneficia quibus adiuuerit : Denique ibi insatiabile sciendi desiderium, intellectui inditum , replebitur : Deum namque totius vniuersi theatrum conspiciens, acquireret ipsam quam primis generis nostri parentibus serpens suggerbat, boni maliue sciendi qualitatem, illo perfruens , huius verò ne minimum participans.

Voluntas plena erit Deo, eius diuinitati perpetuo quodam amoris vinculo nexuque vnita; qui nexus & vnio erit continuus, cordialis, visceralis, & amabilissima, idque omnibus sancti amoris, qui excogitari vniquam queant, modis, qui modi per eminentiâ in Dei visione continentur; quæ illa, vt patrem, fratrem, sp̄sum, amicum, infinitum, benefactoré, summum protectorem, primum prin-

Psal. 359.
Torren-
te volu-
pratis
tuæ po-
tabis
cos.

cipium & supremum finem suum diliget. E quo amore, ineffabilem deliciarum torrens, qui in ipsam effluet, eamq; intra gaudia Domini sui absorbebit & immerget, promanabit. Atque hinc fiet omnibus virtutibus animam complendam, cuius illa tum actus exercebit, idq; cum singulari quadam amabilis obedientię, submissionis, pietatis, gratitudinis, adorationis voluptate, perpetuis gaudijs & canticis concomitantibus. Nullæ porro passiones, distractiones, diuagationes, tentationes harum delectationum varietatem diuertent aut diminuent; adeoq; hæ ipsę futuræ sunt diuinæ, vt nonnisi ab ijs quibus illas experiri dabitur, cognoscendæ sint.

V.

Sua quoq; corpori particularis erit gloria, quæ in eo sita erit, quòd ipsum Filij Dei gloriâ sit circumuestiendum: vt enim illius diuinitas animæ beatitudo futuræ est, ita & humanitas erit corporis; cui ipsa quatuor proprietates admirabiles, velut dotes eximias, communicabit.

Prima est claritas; etenim quilibet sanctorum solis instar refulgebunt, ad exemplum scilicet corporis Iesu Christi, idq; iuxta eiusdem promissum: *Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum*, & apud Ioannem: *Claritatem quam dedisti mihi dedi eis*. qui futurus alijs beator, is & futurus splendidior; & qui perfectissimus omnium fuit hominum, perfectione adeo eminenti in partium, coloris, & figuræ proportionem eminebit, nihil vt simile futurum sit, nihil adeo amabile, aut admirabile inter omnia quæ fuere, sunt & erunt corpora. Si fortè Beatus aliquod hoc in mundo pro amore Dei vul-

nus

1. Cor. 15.
42.
Greg. l. 18
Moral. c.
27.
Matth.
13. 43.
Ioan. 17.
22.

nus exceperit, membrum eius aliquod vlcerando computruerit, mortem denique violentam subierit, quæ eius in corpore superfuerit cicatrix, tamquam *emblema vermiculatum* ad condecoramentum & honestamentum relucebit. Et præterquam quòd exterior corporis pulchritudo rara & eximia futura sit, ipsa interior multis hanc partibus superabit, utque ab omnibus hæc conspiciatur, erit diaphanum, nullaque eius erit vena, arteria, cartilago, tendo, fibra nulla, cuius non pulchritudo & symmetria apparitura sit. Quàm utile porro est, venustatis comparandæ curam in illud tempus referre? cum illa quæ ad annos metitur, nonnisi flos sit, ad modicum apparens, florens, moxque marcescens, flaccescens, & computrescens; nam

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos

Fit minor, & spatio carpitur illa suo.

Secunda dos, aut proprietas, est immortalis impassibilitas, vel impassibilis immortalitas; Beati enim non esurient, neque sitient, neque cadet super illos sol, neque *vllus aestus*, & rursus; *Non erit luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transierunt.* Non inquam esurient, non sitient, non dolebunt, non egritudine torquebuntur, nec mortem timebunt; mediis in flammis non ardebunt, in aquis non mergentur; ensis & sulfurati boli eos non lædent. Vigor eorum nõ marcescet, sanitas erit integra ac perfecta, pulchritudo semper florida ac viuida, nulli corruptioni obnoxia; caro quoque omnibus mudi aromatis odoratior in suo semper manebit vigore, & cordialiter in Deo exultabit, à quo tã beatam gratamque vitã accipiet,

L-I 5

effectū

Apoc. 7.
16.

Apoc. 21.
4.

Psal. 83.

334

effectu magis quàm verbis dicens: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum visum.* Quàm ampla hæc & copiosa præteritarum passionum afflictionumque remuneratio!

Sap. 3.7.

Tertia proprietas ac beatitudinis appendix est agilitas aut leuitas, per quam tanta in corpus anima potestate donabitur, vt illud ab vno loco in alium sine vlla defatigatione aut labore, maiori quàm fulguris est velocitate, & celeritate trāsatura sit, (*tāquā scintilla in arūdineto discurrent*) coelū empyreum ad thronum vsq; Redemptoris Iesu, eiusque matris sanctissimæ ac reliquorum sanctorum penetrando, percurrents. Impressio, quam primo mobili ipsa dat intelligentia, ipsum tanto impetū celeritateque rapit & incitat, nostro vt sensu ingenioque percipi nequeat. talis, imo & maior, erit animæ in corpus potestas, ad ipsum ad nutum quocumque voluerit transferendum, idque in victoriarum, quas

Rō. 7.24

Sap. 9.15.

interim dum in viuis ageret (vbi dicebatur: *In-felix ego homo, qui me liberabit de corpore mortis huius?* & alibi: *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*) de graui hac massa reuulit, remunerationem. Corpus quod spiritus erat æquilibrium, & carceris loco, quin verò sepulchrum,

II Cor. 4.2

(*σῶμα σῶμα*) posthac erit libertatis, deliciarum ac delectationum eius locus: *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale; si est corpus animale, est & spiritale.*

Quarta erit subtilitas, flexibilitas, vel spiritualitas

malitas: nam spiritus instar non erit amplius
vitz vegetatiuæ operibus obnoxium. Non ha-
bebit humidum radicale, quod restaurari, non
calidum naturale, quod foueri debeat: cibus,
potus, quies, somnus hic locum non habebunt: *Matt. 1. 21*
in resurrectione, inquit Redemptor ipse, *erunt si-* 30
cut Angeli Dei. Subtilitas hæc penetratiuam quali-
tatem includet, idque exemplo corporis Christi,
quando è matre Virgine natum est, quando *tran-*
siens per mediũ turbarũ *ibat*, quãdò obserato signa- *Lut. 4. 30*
toq; prodiit sepulchro, quando ianuis ac funestris
clausis cõclauē, vbi collecti erāt Apostoli, ingres-
sus est, quando in gloriosæ ascensionis suæ die coe-
los omnes magna virtute penetravit. Porro nos
hac in re illi similes fore eruitur ex hisce ver- *1. Ioan. 3. 2.*
bis: *Scimus quoniam cū apparuerit, similes ei eri-*
mus. & ex his: *saluatorem expectamus qui reforma-* *Philip. 3. 20.*
bit corpus humilitatis suæ. O beatæ vitæ præsen-
tis miseras, cū tam digno amploque præmio
compensabuntur! O diuites & optabiles igno-
minias, quæ in tantum splendorem desinunt! Be-
atos labores, qui impassibile causantur Esse! Dul-
ces poenas, quibus tam optata parantur linimēta!
Quam ergo meritò Apostolus Romanis scribit
non esse condignas vitæ præsentis pāsones ad futurā *Rō. 8. 18*
gloriā quæ reuelabitur in nobis, & Corinthijs: *Mo-* *2. Corin. 4. 17.*
mentaneum hoc & leue tribulationis quod patimur,
æternū gloriæ pondus operari in nobis? verborum
autographorum emphās maior est, dum præfe-
runt *καὶ ὀλίγον, εἰς ὑπερβολὴν*, secundum excel-
lentiam ad excellentiam, id est excellenter ex-
cellens, è quibus non modò incrementum, sed
& eminentia meriti ac præmij eruitur.

Quando iustitiæ originalis simul & gratiæ homo iacturam fecit, pars inferior aduersus superiorem rebellauit, tum quoque malitia voluntatem, ignorantia intellectum, debilitas irascibilem, concupiscibilem intemperantia occupauit: unde omnium passionum nostrarum turbatio ac confusio secuta est. Cum ergo hæc communium miseriarum nostrarum origo sit, & prima ruinæ animarum nostrarum causa; si quæ integram de quatuor his adeo infestis inimicis victoriam referre contingat, nullum est dubium, quin singulare præmium mereatur, quod Latini Doctores *Aureolam* vel *Laureolam* vocant. Atqui doctrinæ aduersus ignorantiam & malitiam effectus est, quod intellectum instruat, & voluntatem rectificet eam recipientis: Martyrium primum est virtutis ac magnitudinis animi, quam fortitudinem dicunt, quæque partem irascibilem regit, compescit & domat opus. Corporis porro animique puritas concupiscibilem non modò refrænât, sed & singularia de eadem tropæa refert, &, vt Ambrosius ait, *æquat se Angelis, imo etiam superat, nam in carne posita victoriam contra naturam refert, quod non habent Angeli*. Ad tres hocce igitur victores, & domitores, Doctores inquam, Martyres, Virgines illæ pertinent lauræ, quas scriptura iis ascribit. De primis dicitur: *Fulgebunt docti quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudierint multos, quasi stelle in perpetuas æternitates*. Et sanè inter omnia fraternæ charitatis opera, maius nullum aut dignius, quam instruere & docere proximum; quod enim mens & spiritus corpore sit dignior, hinc & charitas spiritualis corporali præstat ac præcellit.

De se-

Dei. 12.

De secundis, Martyribus inquam, scriptum legimus: *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius, & qui sedet in throno, habitat super illos: non esurient neq. sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus aestus, quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* Apo. 7. 14.

Tertiis, Virginitibus inquam, tria promissa sunt: primo, nomen agni frontibus illorum inscribendum, secundo, secuturos illos agnum quocumque ierit, tertio, cantaturos illos canticum nouum, quod præter eos nemo canere poterit. Hæc dilectus Domino Ioannes, quiq; horum erat de numero, suis in reuelationibus scribit. His addenda promissio, quam Eunuchis voluntarijs apud Isaiam Dominus promisit: *Dabo eis nomen melius à filiis & à filiabus, nomen sempiternum dabo eis quod non peribit.* Aureola ergo accessorium quid est, & accidentale ad beatitudinem præmium, ac priuilegiatum quoddam animæ beatæ gaudium, idque propter opera ab illa in gratia facta, quæ eximie cuiusdā & excellentis victoriæ notam præferunt. Doctor siquidem de satana Principe erroris & patre mendacij victoriam refert; martyr de mundo, eiusque persecutionibus, virgines de carne, eiusque illicitijs; atque hi tres hominis sunt inimici.



Antequam verò, mundorum animalium ritu, sex puncta superius relata excutiamus ruminando, & fructum copiosissimum, quem tam ampla vberque nobis materia propinat, eliciamus, examinemus oportet quidquid ad accidentariam Beatorum gloriam spectat; quæ quoniam ad quatuor reuocari capita possunt, in quatuor illa membra etiam diuidere vtile fuerit: quædam enim supra nos sunt, quædã infra, quædam circa, quædã deniq; intra nos ipsos existere comperiemus.

Suprà nos erit primò Iesu Christi in quantum homo gloria, etsi namque eius humanitas essentialis corporum nostrorum gloriæ esse videatur appendix, suauis tamen eius præsentia, faciei sole millies splendidioris fulgor, eius colloquia, vulnerum splendor, cordis (quod perfectæ & dilectionis archiuū est) conspectus, paterna oscula, fraterni amplexus, amici dulcesq; intuitus, & imprimis intima & cordialis Beatorū cū ipso, & ipsius cum Beatīs cōmunicatio, admirabilis accidentariæ illorum beatitudinis est circumstantia. Quicumque Iesum Christum præ omnibus amandis amabilem amat, faciliè quid hocce accessorium principali suo iunctum velit intelligit.

Secundò, Virgo gloriosa, sanctissima ac dignissima eius mater, singularem ad filij sui dextram chorum constituit. Hanc Ioannes vidit sole cinctam, duodecim stellarum corona redimitam, & lunam pedibus prementem: verum quid hoc est comparatum gloriæ quâ donata est, quæ omnium simul creaturarum gloria maior, solius DEI gloria inferior? SS. Bernardus & Dominicus per-

fe 80.

sectè se beatos minimè crederent, nec quisquam eorum qui singulari eam hoc in mundo honore profecuti sunt, eius si conspectu priuarentur. Huius ceteris amplius participat carissimus eius, sponsus Iosephus; ceteris porro volupe & iucundum est, esse & versari cum illo, qui ipsorum SALVATOREM enutriuit, verus matris eius Virginis maritus esse meruit, ac toties *Pater* est nuncupatus ab eo, qui eius simul & noster Deus est.

Suum quoque hunc ordinem habet Præcursor, Paranympheus, & filij Dei Baptistes Ioannes; suum Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Pontifices, Doctores, Confessores, Sacerdotes, Religiosi, sanctæ quoque Virgines ac Viduæ. I. Hinc verò sublimiores etiam erunt spiritus angelici, in tres hierarchias, & hæ singulæ in tres choros ordine sue distinctæ, Angelos, Principatus, Virtutes, Potestates, Dominationes, Thronos, Cherubinos ac Seraphinos. Eequod animæ erit gaudium tam nobili societati contubernioque interesse, & illustrissimarum harum intelligentiarum conspectu perfrui, beatorum horum spirituum ordinem & dispositionem, sacri huius senatus auctoritatem, & seniorum horum, quos Ioannes in throno vidit confidetes, maiestatem videre, agmina inquam illa coelestra aëtheris fulgentiora, & horum in medio regē ipsum supremum, qui solis instar suos illis splendor es communicat perspicere; audire denique concentum illum Angelicum, & canticum, iucundissimū quod in Apocalypsi audiuit Ioannes: *Benedictio, claritas, sapientia, gratiarū actio, honor, virtus, & fortitudo, Deo nostro in secula seculorum, Amen.*

Quis

Quis verò non cum generosis hisce athleticis de-
certare queat aut proponat, ut aliquando cum iis
agere, & iucundissima sanctissimaque illorum so-
cietate gaudere mereatur? Quis verò nobis det
pennas sicut columbæ, quantum ad puritatem, &
aquilæ, quantum ad charitatem, quibus ad eos per-
uolemus? Quis det luto hoc coenoque, quo im-
mersi sumus, emergere? quis gratiam præstet illas
dissipatas Aegypti mundi huius cisternas deferen-
di, ut vnà cum ipsis ex æternarum deliciarum tor-
rêre bibamus? Certè etsi, referète Augustino, quo-
tidie tormenta subire, quin & ad tempus tartareos
cruciatu perferre oporteret, quò tandem ali-
quando Dominum sua in gloria videre electo-
rumque eius societate potiri possemus, benè re-
cteque tormenta hæc & supplicia impensa foret:
quod sequentibus è considerationibus melius li-
quidiusque patebit.

II.

Beati infra se videbunt stellas, solem ac lunã,
vallem quoque miseriarum in qua degimus, quæ in
ea subierint pericula, quas peccandi euitarint oc-
casiones, denique & eas è quibus diuina ipsos
prouidentia eripuit. Inferius quoque damnato-
rũ tormenta, illorũ liuorem, rabie & desperatio-
nẽ, quibus eos scelesti dæmones exagitant modis,
quomodo & hi ipsi quotidie magis magisque tor-
queantur: tum verò incredibili cum gaudio, &
maiori cum ratione in grati animi signum quàm
olim Moysis soror Maria cantabunt: *Cantemus*
Domino canticum nouum, gloriose enim magnificatus
est, equum & ascensorem proiecit in mare. Et cum
Psal. 123. *Psalmodographo: Anima nostra sicut passer erepta est*
7. *de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos*

libe-

liberati sumus. Si quis de nocte haud procul à præcipitio incautus incedit, ac post idem iter medio die relegit, videns ecquo noctu in periculo versatus est, si equus vel modicum cespitasset, aut à semita vel paululum declinasset, illi stant præ horrore comæ, Angeloque tutelari agit gratias, quòd hoc ipsum discrimine eduxerit. Maiori profecto potiori què ratione Deo Beati gratias agent, viso quo olim in discrimine versati sint, discrimine inquam non temporalis vitæ, (quod modicum est,) sed æternæ amittendæ; cuius boni magnitudinem cum tunc plenè perspectam habituri sint, quas eo nomine Deo gratias persolvent, eius magnitudini immensitatisque respondebunt. Quoniam verò se ipsis hoc dignè facere nequibunt, nec paribus referendis sufficiet, Dei filius frater ipsorum primogenitus defectum hunc supplebit.

III.

Circum ipsos erunt parentes, consanguinei, affines, & quotquot ipsis in gloria æquales futuri sunt, iique omnes nobilissimi, sanctissimi, sapientissimi, ditissimi, iucundissimi, tum conditione, complexione, agendi ratione, discretione, tum omni virtute! Omnes lilia sine lolio, rosæ sine spinis, aurum sine scoria, granum sine palea, frumentum sine zizanio. Etsi verò ingens illorum sit numerus, se mutuo tamen norunt omnes, tamque familiariter inter se agunt, ac si forent paucissimi. Tunc filius patri ager ob salutaria documenta gratias, filia matri ob datum probitatis & honestatis exemplum; dicēs: Reddat tibi Deus, carissima & amantissima mater, in æternum te ipse beet, ob tantam quam mei habuisti curam: mea namque mater es, & dupliciter quidem mater,

M

nam

nam quoad corpus me generasti, & quoad animam regenerasti; tuâ factum operâ, quod hæc me Deus felicitate cumularit. Cui deinde mater, Benedictus Deus, filia carissima, benedicta tu quoque in illo in sempiternum; tua beatitudo meæ est appêdix, meâq; tuæ additamentû; ipsû ergo amemus & incessanter laudemus: benedictus qui te gestauit vterus, benedicta quæ suxisti vbera, & millies & infinities millies benedictus ille, qui hæc nos bonis cumulauit. huic gloria, honor, claritas, & benedictio per infinita seculorum secula.

Sanctæ huius societatis vniô vnus est primarijs beatitudinis illorum capitibus est & mēbrisi omnes namque in Deo feruenti se inuicem amore, & admirabili voluntatum conformitate, sine vlla contradictione, oppositione, altercatione, ambitione, & æmulatione diligunt. Maiores quâ tenerimè amant minores, & quidquid possunt, iis impertiri gestiunt; minores e contra maximè cōlunt & venerantur eos qui sibi gloria præcellūt, de quæ gratis iis collatis maximopere collatantur & congratulantur. Bonum vnius, bonum est omnium, & omnium est vniuscuiusq; singillatim; quisque namque sibi bonum eius quem diligit, velut cuiusdam alterius sui ascribit, quin tantum, imò amplius de eodem lætatur, quàm si suum esset, idque per exuberantis charitatis excessum & abundantiam. Omnes mensæ assident diuinitatis, omnes eodem bibunt e calice, omnes ex eodem fonte hauriunt; Deus siquidem in omnibus, & omnes in Deo, ipse illis omnia: ac proinde nullo afficiuntur præterquàm ipso, adeo ut illos sibi uniēs, illos & inuicē vniat & connectat, iuxta vulgatum illud

lud philosophorum axioma: *Qua sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*: O beatam societatem, in qua multitudo sine confusione, magnitudo sine ambitione, varietas sine contentione, inaequalitas sine discordia, aeterna sine diminutione charitas reperitur!

IV.

In seipfis, præter essentialem intellectus beatitudinem, quæ in præfata *intuitiva* diuinæ essentiae visione sita est, & voluntatis, quæ in Dei fruitione possessioneque consistit, habent insuper indicibilem quinque sensuum corporalium voluptatem, qui hic quo sequitur modo afficiuntur.

Oculos delectabit tot corporum gloriosorum tam admirabili inter se vultus varietate distinctorum conspectus, quorum hic illo erit splendidior & illustrior. Imprimis verò recreationi erit sacratissima Iesu Christi humanitas, cuius visio adeò gloriosa & eminens futura est, ut patiens *speculum* mediis in doloribus suis, huius vnius intuitu se solaretur, dicens: *Scio, quod Redemptor meus vivit, & in nouissimo die de terra resurrekturus sum. & rursum: circumdabor pelle mea; & in carne mea videbo Deum meum, quem visurus sum ego ipse & oculi mei conspiciuntur sunt, & non alius.* Job. 19. 24.

Auditus delectabitur verborum colloquiorumque charitate, sapientia, discretionem, sanctitate, plenonum quæ inuicem dicent auditione, tum verò multò magis laudum quas Deo persoluent, & quas vicissim Deus illis dabit, benedictionum perceptione. Hinc colligimus, non modò quatuor Apoc. 4. quæ IOANNI in Apocalypsi apparuere

Psal. 149.

5.

animalia, Deo canere, *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens*; ait quippe Psalmista, sanctos omnes exaltaturos in Domino, & exaltationes Dei in gutture eorum fore. Recreabit aures quoque concentus coelestis, & noua illa harmonia, quam Dei ipsa sapientia inuenerit, quæ non quatuor constabit vocibus, uti nostra musica, sed ubi sanctorum quislibet singularem constituit symphoniam. Quæ verò harmonia suauior, quæ iucundissimis Christi Domini & beatissimæ matris eius colloquiis comparanda?

Matt. 24

28.

Odoratum afficiet & reficiet suauissimus corporum glorificatorum, & præsertim sacratissimæ humanitatis Iesu Christi (de qua scriptum, *ubi fuerit corpus, congregabuntur aquila*) odor. Narrant historici, Alexandri sudorem aromaticum & medicum fuisse, Tiberium Cæsarem certis noctishoris acutum vidisse, maiorem pedis Augusti digitum febribus medendi virtutem habuisse. Quæ verò cadauerum horum putiscentium cum corporis Iesu Christi perfectionibus similitudo ac proportio?

Gen. 16.

Gustus satietate quadam & refectione coelesti reficietur, idque ob qualitatem quamdam inhaerentem, quæ non lectorum modo ciborum, sed & omnium quæ fingi, cogitari, credique possunt rerum saporem continebit. Si enim manna ea inerat proprietas & qualitas, quam sapiens illi ascribit, quid verò nectari & coelesti ambrosiæ, quam sibi dilectissimus Deus reseruat, non inerit?

Sensus tactus, qui toto diffusus est corpore, purissimis sanctissimisque deliciis affluet, adeo ut beata anima vberi diuinarum sit voluptatum torrente inundanda; scriptum est enim: *Inebriabitur*

buntur ab vbertate domus tua. & torrente voluptatis tua potabis eos. Prò nimia cæcitas credentium aut credere nolentium, maiores Deum sibi & electis non reseruasse delicias ac voluptates quàm animalibus reseruauit! sciât porro tantû inter cælestes & omnes simul terrenas voluptates tã præsentes, præteritas, quàm futuras discrimen esse, quantû inter animã & corpus, naturã & gratiã, brutum & Archangelû, tẽpus & æternitatẽ, quodque longè maius, inter creaturã & Creatorẽ.

Psal 3501

9.

V.

Multis quidem coelestis gloriæ excellentiam modis Redemptor expressit, at nusquam vberius ac melius quàm in sermone in monte, in quo septẽ, quę maximè heroicos virtutis actus manent præmia, quas Ecclesia vulgò *Beatitudines* vocat, quod Beatorum sint merces & compensatio, & veris ac beatitudinem perueniendi rationibus adaptata sint, exposuit.

I. Regnum cœlorum, quod pauperibus, id est humilibus, spiritu & propter iustitiã persecutionẽ patientibus Redemptor promittit, aliud non est quàm clara Dei visio, eiusque infinitarum diuitiarum, simul & sanctitatis, pacis, gaudij, quibus sancti in cœlo empyreo perfruuntur possessio, quorum singula ibi excellenter, quin imò eminenter habentur. Regnum hoc in Beatorum singulis conspiciere est, atque hinc omnes coelicolæ ipsum in se habent, & reges verè sunt, tantum & melius quàm si soli essent: cum quodd Deus se omnibus det vt vni, & vni singillatim vt omnibus (id tamen certa cum proportione & pro meritis), tũ verò quia quod vnius est, (est itẽ alterius; cumque omnes in Christo Iesu vni sint, hinc & v-

Mm 3

nitate

nitatē perfecti sunt, idque per admirabilem orationis huius effectum, *Sicut tu Pater in me, & e-*

Ioan. 17. go into; ut & ipsi in nobis unum sint.

2. Quantum coelum stelliferum terræ magnitudine, splendore & pulchritudine præcellit, tantū terra quæ mitibus promissa est, huic quam modò incolimus. Hæc quippe est vallis miseriarū, locus exilij, terra maledictionis, quæ promissa mansuetis, est regio viuentium, vera nostra patria, in qua vita terrestris in coelestem mutatur; vallis deliciis affluens, diuinarum consolationum lac & mel distillans, lacrymarum ac suspiriorum expers; terra benedictionis, fertilitate commendabilis, quam aquæ vitæ & crystalli instar splendida fluius, quem è sede Dei & Agni proficientem vidit Ioannes irrigat; fluius inquam, cuius vtriusque ripam arbores vitales plurimæ inumbrant, singulis anni mensibus nouos semper fructus progerminantes, & quarum folia ad sanitatem sunt gentium.

Apoc. 22.
1.

3. Consolatio plorantibus ac gementibus promissa monet, ut examinemus quis sit qui consoletur, qua re, quomodo, & quamdiu consoletur. Consolator est, qui eo per antonomasiam dicitur nomine, & reuera Deus est, *Paracletus* inquam spiritus, qui absterget omnem lacrynam ab oculis illorum, qui eius olim nomine afflictionē passi sunt, & in amaritudine vixere; quo consolabitur, est ipsemet, suā inquam essentiā, deinde Iesu Christi humanitate, cœli terræque Imperatricis præsentia, hierarchiis cœlestibus, Angelis nostris tutelariis ac patronis, denique vniuersa curia cœlestis, in qua è sua quisque

que & proximi beatitudine consolationem accipiet; proinde tot consolatores habebit, quos beata erunt animæ & Angelicæ intelligentiæ. Ad denda his locis securitas, status æternitas, & conscientiæ quies, & pax quæ superat omnem sensum, Quo illos Deus consolabitur, modus est. *Isai. 51.*
 rit, non iam ignoscendo errata, non dolores morando, sed tam illa quàm hos ab illis eliminando, idque per perpetuam gratiarum actionem, continuum Alleluia & iubilum, Idque sine fine & assiduo: erunt etenim in gaudio Domini sui, aduersus quem nemo prevalere poterit. O beata ter & amplius vita, in qua consolatio tam æterna est quàm vita, & vita adeo æterna quàm consolator ipse. *Tab. 13.*

4. Satietas præmissa iis qui iustitiam esuriunt, & sitiunt, & omnium bonorum, quæ desiderare rationabiliter homines queant, copia & abundantia. Notandum hic porro, terram famis & sitis continuz locum esse, in qua delicias carnales alij, alij bona temporalia, alij honores & dignitates sæculi, alij scientiæ & sensuum curiositates, alij virtutes sitiunt & gratias coelestes: horum nullus satiatur, quod desiderium nostrum bona temporalia saturare & implere nequeant, & spiritualia nonnisi certa cum mensura. Cælum porro perfectæ satietatis locus est: ut enim Psalmista ait, sola Dei visio nos satiabit, & eodem quoque tempore voluptatum omnium, honorum ac diuitiarum mundanarum cupiditatem ac desiderium extinguet, quæ cum bono hoc infinito collata nonnisi paupertas & mera miseria sunt: etsi vel aliquis erga hæc eadem affectus maneret, in DEO sane reperiri est, quidquid optari potest prout

in sua formalitate reipsa erat, & in sua est eminētia Saturitas hæc virtutum etiā desiderii satiat, omni-
nisi simul afferens & adimpletionē & perfectionē.

5. Misericordia quam spondit misericordi-
bus, est quoddam Dei cum homine pactum con-
uentum, quo se cum illo ita spondet acturum, vt
ipse cum proximo egerit. Potest & *misericos* in-
telligi de illo, qui se oliuæ ac misericordiæ filium
agnoscit, quique gratiæ salutem acceptam refert,
quod nimirum istum Deus ab omni æternitate ex
sola misericordia elegerit, illumq; in misericor-
dia & miserationibus coronaturus sit, repleturus

Pf. 102. 4.

in bonis desiderium eius, & iuuentutem, vt aqui-
læ, sine vlllo senectutis metu, reuocaturus. Sequi-
tur hinc, quod quamuis gloria *corona iustitie* di-
catur, considerata nempe quoad retributionem

2. Tim. 4.

& vltimum terminum suum, ipsa nihilominus in
gratia ac misericordia fundata sit, in quantum

*Epist. 105.
ante me-
dium.*

prima & vltima, gratia merè gratis gratuitoque,
ex prima bonitate & misericordia Dei nobis do-
nētur: Ipsa, inquit Augustinus, *vita aterna, qua in
fine sine fine habetur, & ideo meritis præcedentibus
redditur; tamen quia eadem merita quibus redde-
tur, nō à nobis parata sunt per nostram sufficientiam,
sed in nobis facta sunt per gratiam, etiam ipsa gratia
nuncupatur, non ob aliud, nisi quia gratis datur; nec
ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt & i-
psa merita quibus datur.*

6. Clara Dei visio quæ speciatim promittitur
cor mundum habentibus, aliud non est, quàm ipsa
essentialis beatitudo. Notandum hic, quod quem-
admodum patres filias iam nupturas dotare
solent, & sponsalitia largitate sponsam spon-
sus condecorare, cū illam in domum traducit,
ita

ita & Pater coelestis amplissimam gloriæ dotem animæ (quæ filij sui est sponsa) eo ipso det die quo in palatium eius coeleste, in quo spirituale ipsarum matrimonium cōsummatur, ingreditur. Dos hæc tribus virtutibus Theologicis, quas hoc in mundo habuit, respondet; pro fide habita reddit illi illustrissimæ gloriæ lumen, quo Deum videt vti reuera est, simul & omnia mysteria, quæ hac in vita credidit, nullum vt ipsam lateat. Et hoc a Davide dicitur ambulare in lumine vultus Dei. Loco spei dat dotem, quæ *comprehensio* dicitur; quæ est semper præsens & velut in proprietate & possessione habere, quidquid sperabat vel optabat, certam cum securitate nunquā eius amittendi; tū verò meritò dicere potest: *Inueni quem diligit anima mea, tenebo eū, nec dimittam illum.* In charitatis compensationem tertia datur, quæ *fruitio* aut *amor* dicitur, qui est bonum quod videt, summo quodā affectu prosequi, eoq; ineffabili gaudio & delectatione potiri, quique ex intima creaturæ cum Creatore vnione nascitur, ac cum verissime felicissimeq; dicit: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Quis vniquam Pater talem filiæ dotem assignauit? quis sponsus sponsæ talia cimelia donariaq; dedit vniquam? Cordis ergo puritatem dilige anima mea, ad hanc vt gloriā pertingas.

Psal. 35.

10.

Psal. 32.

16.

Cant. 3.

4.

Cant. 1.

16.

Matth.

3. 17.

7. Perfecta filiorum Dei adoptio speciatim pacificis est promissa, quod Pater illorum coelestis sit Deus pacis. In quo obseruandum, quod sicut Dominus noster Iesus Christus secundo Dei est filius declaratus, primò in Baptismo, deinde in transfiguratione, quando scilicet Spiritus sanctus super ipsum descendit, & vox Patris de cœlo desuper introiuit, primò quidem dicens: *hic est filius meus*

Mm 5

dile-

dilectus; secundo addēs, *οὗτος ἐστὶν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός*, *ἐν ᾧ ἐκείνη ἀνέβη*, *Hic est filius meus dilectus*, in quo bene mihi complacui ipsum audite: Ita & iustus dupliciter Dei declaratur filius; primò in hac vita mortali, quando Sacramentis iustificatur, atq; hæc adoptio imperfecta est, quòd amitti queat, idq; adoptati culpa: hinc & sanctissimi quiq; quales fuere Apostoli, etsi Spiritus primitias recepissent, in seipsis gemebant, secundam, in filios Dei adoptionem, id est prioris, per aliam perfectionem, quæ in prædestinatorum prototypi transfiguratione denotata fuit, adimpletionem & perfectionem, expectantes; hæc porro adoptio animæ communicatur eo primùm die quo gloria donatur, & hæreditatem cernit filijs Dei reservatam, Tum verò Deus filiorum suorum dignitatem reuelat, nam vt dilectus ei discipulus ait: *ἐχαρίσθην ἡμιν ὡς υἱοὶ Θεοῦ*, *Et nunc filij Dei sumus*, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Pacem modò habeamus in conscientijs nostris; pacem cum proximo, pacem cum Deo, quæ triplex illa pax est, quam quotidie Ecclesia ab Agno sine macula postulat; & haud dubiè ad perfectam adoptionem, & consequenter ad hæreditatem filiorum eius qui ait, *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*, perueniemus.

1. Ioan. 3.
2.

VI.

Placuit animarum nostrarum Redemptori, gloriæ suæ magnitudinem & decorem, etiam alio septemplex præmio, quod Ioanni reuelauit, & Diabolum eiusque tentationes, carnem & eius passiones, mundum & honores ac comminationes

tiones eius superantibus, ac seipſos ad mortem vsque ſuam voluntatem, ſimul & appetitus ſuos mortificando, vincentibus promiſit, declarare. Notandum porro, præmia pro mediſſimis, quibus ad gloriæ Dei & ſalutis propriæ inimicos debellandos uſus quis eſt, menſurâ ac proportionē hic dari & diſtribui.

Prima corona ac præmiū promiſſum perſeuerantibus, aut per veram poenitentiam ad priſtinum feruorem redeuntibus: *Vincen- ti*, inquit, *dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in pa- radiſo Dei mei*. Lignum hoc vitæ, eſt Deus ipſe cum perfectionibus ſuis infinitis: fructus eius ſunt ij ipſi qui ex eo progerminant, & ij vel in ipſo ſunt, vt verbi generatio, & Spiritus ſancti productio; vel extra ipſum, qualis rerum mundi huius creatio, conſeruationis & gubernatio, electorum quoque vocatio, iuſtificatio & ſanctificatio. Arbor, e qua fructus illi naſcuntur, vocatur *lignum vitæ*, quod vitam habeat in ſemetipſo, imò ipſa vita ſit, & vitarum naturæ, gratiæ & gloriæ origo. Paradifus, in quo optatâ hæc arbor creſcit, cœlum empyreum eſt; ibi vberim abundeque delicias Deo proferre dignas: quotquot verò de hoc fructu gultant, per maximam ſcilicet cum Deo ſimilitudinem qua donantur, arboris huius velut ſurculi & propagines ſunt, de his verò inuiſionum ſuarum ſine Euangeliftam loqui conſtat, cum eos, vt paulo antè dicere memini, velut arbores in vtraque fluminis ciuitatem DE I irrigantis ripa plantatos ait.

Secundum promiſſum eſt, *Qui vicerit, & ad mor-*

Apoc. 2.
11.

ad mortem vsque fidelis manserit, vitæ coronam accipiet, & *non lædetur à morte secunda*. Notemus hic oportet, eos qui præ inertia & legnitia temptationibus cedunt, in mortem secundam, gehennam inquam incidere, ybi non ex arbore vitæ, sed mor-

Apoc. 14.

tis, cuius fructus sunt ignis, sulphur, vermes, serpentes, ululatus & stridor dentium, gustare, & de amaro iræ Dei vino ad vsque fœces bibere compellentur. E contra vero qui vicerint, etsi aliquod à morte prima detrimentum patiantur, à secunda tamen, à peccato inquam, eiusq; abortiua sobole, quæ est tartarus, haud lædètur: sed occupabit illos vita, vita viuæ, vita immortalis, vita quæ victoriæ illorum perpetuæ virens sit laurea & corona. Hinc prima mors, corporis nimirum, plus eis emolumenti & compendij, quàm detrimenti adfert & dispendij, ad eius nempe aduentum plaudunt, eamq; velut vitæ introitum amplectentur, vniuersalem expectantes resurrectionem, in qua de morte secunda triumphabunt, quando nimirum Beati corpus carissimæ sui medietati iunctum, coeli iustar impassibile, Angeli ac Spiritus in morem subtile, fulminis ritu agile ac leue, solis ad exemplum rutilans ac lucidum fiet.

Apoc. 2.
17.

Tertia corona, promissa Dei inimicis resistentibus, eorumq; consortium declinantibus: *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit.* Manna hoc diuinitatis, quæ in gloria gustatur est dulcedo, manna inquam, quod eminentia quadam omnes quæ fuere vniquam sunt, & erunt, & esse possent, numquam tamen erunt, quamdiu futura sunt sæcula, delicias suauitatesque in se comprehendit. Vocatur autem ab-

scandi-

scoditum, quòd hominibus sæculi huius ad leges terræ se conformantibus absconditum sit & incognitum. Exclamabat olim Psalmista: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Deus, quàm abscondisti timentibus te!* magna inquam, ob maximam quas cōtinet gratiarum varietatem, & vniuscuiusque in particulari excellentiam atq; dignitatem. Quàm porro Dei sapientia sapida eam videnti, quàm eius bonitas dulcis ipsam amant?

Calculus candidus notā est & symbolum prædestinationis, certò spondens eum recipienti, numquā se de numero illorum fore, quibus niger calculus, reprobationis symbolum, obtinget. Dicitur autem candidus, quòd detur ijs qui animas suas in sanguine Agni lauerunt & dealbauerunt: nomina illorum ei insculpta sunt in æternam memoriam, omnibusq; terræ nationibus manifestabuntur, dum in die iudicii per Angelos ad dexteram iudicis collocabuntur; qui hunc illis calculum dabit, quando dicet: *Venite benedicti Patri meo*; reprobis verò condemnationis carbonem, dicens: *Ite maledicti*. Dicitur quoque nomen hoc nouum, quod illustrissimam hæredis Patris, & cohæredis filij qualitatem & nomen includet.

Quarta merces & præmium promittitur ad finem vsque perseveranti: *Dabo, inquit, illi potestatem super gentes, & reges eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur: sicut & ego accepi à Patre meo, & dabo illi stellam matutinam.* In quo notandum venit, quo Dominus honore sanctos, à peccatoribus vexatos & exagitatos afficiet, horum sortem in illos transferendo. Iustis siquidem dominationem & potentiam dabit gentium, à quibus olim afflicti sunt, etiam Imperatorum, Regum,

Psalm. 30.
10.

Apoc. 2.
27.
Psalm. 2.8.

Regum, & Principum, utpote quos pedibus prostratos habebunt, lætabunturque de iustitia ac vindicta, quam in ipsos Deus animaduertet, illos virga ferrea, id est omnipotentia sua, velut vasa è terra sterili & inutili compacta confringens. Magnum verò est hoc & Psalmographum hisce verbis, quæ cum prioribus coincidunt, iam olim

Psal. 149. prædixisse: *Exultabunt, inquit, sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum, & gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in omnipedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis; ut faciant in eum iudicium conscriptum; Gloria hæc est omnibus sanctis eius.* Stella matutina, quam Deus ijs dat, est ipsemet Christus, splendor Patris, & essentialis substantiæ eius figura, cum quo sancti fulgebunt in perpetuas æternitates: Ipse inquam stella illa matutina, de qua Psalter ait: *Tecum Principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te.* Corpora quoque Sanctorum ut stellæ firmamenti non secus atque ipse rutilabunt, & vnà cum ipso, à Patre luminum, omnem splendorem suum originarium mutuantur.

Apo. 3. 5. Quintum promissum illos respicit, qui à mortali se peccato conseruauerint, & innocentia statum inuiolatum integrumq; custodierint: *Qui vicerit non percussus aut saltem ad mortem non satius, hic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ: & confitebor nomen eius coram patre meo & coram Angelis eius.* Vestis hæc candida est gratia, & lumen gloriæ, cum diuina quadam puritate, quam indicibilis & ineffabilis letitia comita-

comitabitur. Denotat hæc item impassibilem immortalitatem, & fulgidissimum splendorem, qui solis lumen claritatemque obscurabit. Nomina illorum in libro vitæ perpetuo fore, ac nunquam inde eradenda, designat perenniter eos & æternū cum ipso in gloria fore; & vt sine principio in libro prædestinatorum scripti fuere, ita & sempiternum in eo scriptos fore, ac numquam delendos. Illos verò Redemptor coram Deo Patre suo & Angelis confitebitur, quando in sæculorum fine cælo terræque manifestabit, qua diuinæ maiestati suæ seruiert fidelitate, quando illorum obsequia rata habebit, & vberem illis amplamque mercedem dabit.

Sextum promissum iis, qui in bono quod accipere, non nutantur aut deficiunt, & gratiæ acceptæ constanter & fortiter cōoperantur: *Qui viderit per æquanimitatem hanc, faciam illum co-* Apoc. 3.
12.
lumnæ in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum novum. Hic denotatur, illos qui doctrinæ, bonis moribus, auctoritate, aut alia quadam ratione fidem retinere, singulari præmio donandos: atque vt in Ecclesiā militanti religionis ac fidei columnæ ac fulcra fuere, ita & in Hierosolymæ triumphantis gloriæ templo columnas scitissimè elaboratas fore. Vt verò columnis his maior decor accederet, promittit tria illarū capitellis nomina se inscripturū, nomen scil. Dei ciuitatis nouæ Hierusalem, & nomen suum nouū, quod est IESVS aut SALVATOR. Hinc ergo efficitur, nullum meritum prorsus fore, cui non sua aliquando responderet

merces

merces & compensatio. Quoniam verò in actiones pias & virtutes facile tepor irrepit, quando scilicet charitas peccatorum venialium adminiculo refrigescit, addit

Et Septimum præmium, quod est illorum, qui infirmitate sua nihil obstante eluctantur & emergunt, corporis grauedinem ac pondus superant, coepitque in feruore perseverant, longè secus ac tepidus ille, quem Dei ferre stomachus ampliùs non poterat, & iamiam euomiturus erat.

Apo. 3.

21.

Octauum promissum his nititur verbis: *Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* Notanda hic extrema ac summa sanctorum maiestas & magnitudo, idq; ob magnam cum Dei filio cõformitatem; quæ quamuis vsquequaque æqualis non sit, his tamen verbis æqualitatem aliquam denotantibus significatur, *dabo ei sedere mecum in throno:* id est, honoris mei participabit, dignitatem illi diuinam pro capacitate eius communicabo, vt ea dignitate ac prærogatiua fulgeat, quam sinistris artibus ac moliminibus Lucifer ambiuerat, dicens: *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.*

Isai. 14.

13.

VII.

Ex ijs quæ dicta sunt inferre liceat, Beatorum omnium gloriam non in omnibus, & per omnia æqualem fore; sed quemque eius, prout hoc in mûdo pro meritis fuerit participaturum; secus ac sæculi huius Nouantes vulgò docent, dum vel opera bona, vel actionum humanarum meritum, & proinde omnem remunerationis distinctionem negant,

gent, quæ tamen his quæ sequuntur argumentis a-
struitur.

Primò, æternæ veritatis oraculum, coelestis a-
quilæ calamo, ait *in domo Patris sui multas esse locan. 14.*
mansiones. Notant interpretes, vsum potiùs hic.
Dominum verbo *μὴν*, quàm *ἔκτος*, vt innuat, loqui
se de habitatione ac mansione in æternum duratu-
ra, non verò de diuersis qui hic in militante Eccle-
sia sunt gradibus ac distinctionibus. Secundò, do-
cet idem & Apostolus cum prima ad Corinthios
scribit: *Stella à stella differt in claritate: sic & resur- 1. Cor. 15.*
rectio mortuorum. Cuius rei tam illo loco, quàm e-
pistolæ secundæ cap. 9. rationem reddens addit:
Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum 1. Cor. 3.
suum laborem; & qui parçè seminat parçè & metet, 8.
& qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus 2. Cor. 9.
& metet. & verbo Galatas monet, messurum vnū. 6.
quemq; quod seminarit. Hoc etiam denotatur sta- *Gal. 6. 7.*
terâ Iobi, scalâ Iacob, & distributiua Dei iusti-
tiâ, cuius Regum & Magistratuum iustitia imago
& antetypus non esset, si ipsa prototypus non es-
set. Quæ ratio adeò efficax est, vt si quis Deo ius-
titiam præsertim circa mercedem & præmium
promissum auferret, verborum eius veritatem,
quin & diuinitatem ipsam auferret & ne-
garet.

Obiectionibus autem quas sensuales nonnul-
li de mundanis honoribus & vanitatibus nimis
quam solliciti, & ad ea quæ solidam & veram spe-
ctant gloriam propè insensibiles obijciunt, facile
est respondere. Aiunt ergo, Deum videntes videre
omnia; quod nemo negarit: at qui ipsum totum
videt, illum etiam videre totaliter, pernegamus.
Primi ratio est, quia in Deo nulla est esse aut es-

N m

sentia;

sentia, naturæ aut suppositi, substantiæ aut acci-
 dentis, totius aut partium compositio, cum certis-
 simum sit & nimis quàm notorium, quod in Deo
 est, id Deum esse, & proinde infinitum; quæ condi-
 tio partium compositioni repugnat, quarum vna
 necessariò ab alijs distinguitur, idque per limita-
 tionem quamdam, quæ in scholis *differentia con-*
stitutiva *Essè ubi reperitur, & ab omni alio distin-*
ctiva dicitur. Ab hac eadem infinitate & ratio
 secundi eruitur, quod infinitæ communican-
 di sui sint rationes, cum essentia totaliter in-
 finita est. Atque hinc procedit, à solo Filio Pa-
 trem cognosci, ut de se ille ait, & quibus ipse
 se manifestare voluerit: si aliter verò se res ha-
 beret, Deum facie ad faciem videntium mini-
 mus tam beatus foret, quàm Deus ipse, cum ipsius
 beatitudo non in alio quàm in integra & tota-
 liter perfecta essentia suæ cognitione sita sit:
 proinde Iesu Christi anima ceteris amplius ni-
 hil possideret, nec Beatissimæ Virginis anima bo-
 ni latronis animâ esset beatior: quæ absurditas
 sensibus, rationi, & ordinum, qui in cœlesti Je-
 rusalem reperiuntur, distinctioni, quin & ipsius
 Dei filij loquendi modo aduersatur, dicentis: *Qui*
minor est in regno cœlorum, maior est illo, Ioanne Ba-
 ptista, dum in mundo hoc inter mortales ageret.
 Cum certissimum sit, si omnes æqualiter beati es-
 sent, nullam minoris maiorisquæ comparisonem
 hic locum habituram.

Matth.
 11. 11.

VIII.

Ex hoc quòd beatos vnum quid cum Deo fo-
 re diximus, iidem Nouantes, alijque bonorum
 operum parum studiosi inferre item volunt, nul-
 lam gloriæ in cœlo distinctionem futuram. Re-
 spondeo,

spondeo, concedendo antecedens, & negando consequens. Beatifica namque vnio non consistit in identificatione essentiae cum Deo, sed communicatione gloriae; quod Dominus apud Ioannem *sui ipsius manifestationem* vocat. Notandum ^{ioan. 16.} verò interiorē diuinitatis communicationem terminari, ac, si fas est dicere, exhauriri per emanationem verbi, quae per intellectum fit, & per Spiritus sancti productionem, quae per voluntatem. Quantum verò ad reciprocam Beatorum vnionem, docet Apostolus in perfecta charitate ^{Cor. 13.} ac dilectione eam consistere, quae cum ab ea qua Deum diligunt, originem finemque suum hauriat, quin imò idem cum ipsa sit habitus; Beati simul omnes in illo vniti sunt, velut diuersi quidam radij à sole dimanantes, & in eodem sole terminati. Inferunt deinde, si graduum sit distinctio, erit & discordiae, ambitioni & inuidiae locus: sed cum Christo Domino respondemus, *Erratis nescientes scripturas, neque Dei virtutem*, coelestia ad terrena commensurari nequeunt. In mundo contentiones, ^{vl. 22. 29.} uisionis desideria, inuidiae, emulationes, ab inordinato, quo erga se quisque afficitur, amore & affectu procedunt. At in coelo, inquit Augustinus, *non erit aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis.* ^{Tract. 67. in} Vna autem erit omnibus voluntas, quae est & Dei, ^{ioan.} nihil huc ingreditur coinquinatum: vitiosi ^{ibidem} affectus & passionēs tam ab hoc loco remota sunt, quam tartarus à quo dimanant à coelo empyreo. Saduczae ergo hac relinquamus, qui pertere à Domino sunt ausi, cuius in resurre- ^{Matth.}

Na a Etione 22. 10.

ctione generali viro adiudicaretur vxor, quæ septem vicissim viris nupsisset: quibus ille os obturauit dicens: *In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo.*

IX.

Matth.
20.

Tract.
67. in
Ioannem.
initio.

Serm. 19.
de verbis
Dom.

Aug.
Serm. 6.
de verbis
Dom.

Parabola de diurno denario, qui tam ijs qui circa vesperam in vineam venere, quam qui pondus Diei & æstus tolerarunt datus legitur, temporis nostri Psychicis, laboris omnis & bonorum operum aduersarijs fauere videatur. Sed respondet illis Augustinus loco superius citato: *Denarius quidem ille equalis est omnibus, quem Pater familias eis qui operati sunt in vinea iubet dari omnibus, non in eo discernens; qui minus & qui amplius laborarunt: Quo utiq; denario vita significatur æterna, ubi amplius alio nemo viuit: quoniam viuendi non est diuersa in æternitate mensura, sed multa mansiones diuersas meritum in vna vita æterna significant dignitates: alia est enim gloria solis, alia gloria lunæ, alia stellarum: sic & resurrectio mortuorum. id est: ut vna stella ab altera splendore & fulgore differat, ita & sancti varias in regno coelorum mansiones habebunt. Quod idē doctor responsū & alio repetit loco, dicens: Etsi pro meritum diuersitate sanctorum alius alio clarior sit futurus, omnium tamen, quoad vitam æternam, eandem æqualemque claritatem futuram: neque enim huic eadem longior, illi verò futura breuior: Bonum quippe perpetuum est, nec tibi mihiue id vnumquam finietur. Deinde alio loco meritum diuersitatem exponens, scribit: *Alio modo ibi erit castitas coniugalis, alio modo ibi erit integritas virginalis, alio modo ibi fructus**

fructus boni operis, alio modo corona passionis: illa d-
 alio modo tamen, quantum pertinet ad viuere in a-
 ternum, nec ille plus uiuit illo, nec ille plus illo. Quæ
 ad obiectionem propositam responsio adeo eui-
 dens & dilucida est, nihil ut restet, quam conclu-
 dere, & hunc Iouiniani errorem condemnare, *Tractat.*
 & vnanimiter cum Augustino dicere: Nullus eo- *in laam 6*
 rum alienabitur ab illa domo, ubi mansionem quisq, 7.
 pro suo accepturus est merito. Et cum D. Gregorio:
 Quia in hac vita magna est discretio operum, erit in
 illa proculdubio discretio dignitatum, ut quod hic a-
 lius alium merito superat, illic alius alium retribu-
 tione transcendat. Vnde in Euangelio veritas dicit:
 In domo Patris mei mansiones multe sunt. Sed in
 istis multis mansionibus erit aliquo modo ipsa re-
 tributionum diuersitas concurs: quia tanta vn amoris
 in illa pace nos sociat, ut quod in se quisque non acce-
 perit, hoc se accepisse in alio exultet. faxit Deus
 ut quod modo per rationem euincere contem-
 dimus, aliquando re ipsa & experientia expe-
 riamur.

X.

Ex hætenus dictis colligere est, quantum Deo
 nostro debeamus, quod nos condiderit non modo
 tanti boni capaces, sed etiam quodammodo ad ip-
 sum quærendum coegerit & obligarit, tum ob
 exiguum, quæ est possessio & fruitione omnis cuius
 quod extra ipsum est eruitur voluptatem; tum
 verò ob ineffabiles & infinitas delicias, quas ad se
 accedere volentibus, etiam hoc in mundo com-
 municat. Testantur hoc perspicue qui sæculi huius
 commodis, magis ceteris, vndiquaq; affluunt, ho-
 moribus terrenis cumulantur, corporeis volupta-

Eccles. 1.

24.

tibus, ac vitæ huius delicijs fruuntur; quando quàm copiosissimè gustatis his omnibus non modo exclamant, *Vidimus cuncta quæ sunt sub sole, ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus*, aut iuxta Hebræos, *corrosto*; verùm etiam mundo valedicunt, eius honores & voluptates pessumdant, & ut totum inueniant, deserunt totum.

Rachisus Longobardorum Rex Perusiam obsidione premebat, quando à Deo monitus, & tactus, copias & coronam deseruit, & Paduz monasterium est ingressus.

Lotharius, à quo suum Lotharingia nomen traxit, cum Aristrasia ante diceretur, toto stupente orbe, Religiosam vitam assumpsit.

Pipinus primogenitus Caroli Magni filius, Italiæ rex, in monasterio, quod in S. Zenonis honorem Veronæ extrui iusserat, religionem professus est.

Vibeano Hiberniæ Regi tres fuere filij, Fursæus, Folianus, & Ultanus, qui in Galliam traicientes Clodouei regis permissu, in Pontiniacensi monasterio Deo se dedicarunt.

Indacellus Scotiæ Rex octiduum Iudoco fratri suo dedit, quo deliberaret, num sceptrum ac regni regimen, quod illi cedebat, acceptare vellet. Annuere se finxit Iudocus, sed omnibus insalutatis, fratris natu maioris desideria præueniens, clanculo in monasterium se abdidit.

Carolus Magnus tres habuit filios Religiosos, Pepinum uti iam commemorauimus, Hugonem, & Drogonem.

Carolus secundus duos, Lotharium scilicet, & Carolum Paruum: quos secutus postea est Ludovicus, qui fuerat obses in Hispania.

Richar.

Richardus Angliæ Rex duos habuit filios, qui mundo relicto monasticen professi sunt, hic in Saxonia, in monte Cassino ille.

Algeri quoque Aquitaniæ Comitis filius Aman-
dus illorum est vitam & statum imitatus.

Guilielmus Aquitaniæ Dux, & Comes Picta-
nensis, S. Bernardi precibus, exhortationibus &
exemplis sæculo se subduxit, rigida corpus pœ-
nitentia edomuit, & duodecim ipsis annis lorica
ferream ad carnem sub veste religiosa gestavit, &
huius laminæ æreæ insculpendi distichi occasio-
nem dedit.

Mundam qui scelexum formis exterruit ante,

Idem virtutum terret imaginibus.

Vt verò locum habeat, verumque esse eam pro-
bemus, illud Apostoli, apud Deum non esse ma-
culi aut foeminæ, Gentilis & Iudæi, Barbari & *Coloss.*
Scythæ, servi ac liberi discrimen, sed omnia & in
omnibus Christum, eumque sine vlla personæ aut
sexus acceptione omnes ad salutis viam vocare,
ipsæ etiam Imperatrices, Reginae ac Principes
terrenis voluptatibus ac titulis valedixisse com-
periemus, quò certam sibi ad coelica gaudia viam
sternerent.

Cunegundis Henrici I. vxor Imperatorios ti-
tulos & dignitates abiecit, humilique statu con-
tenta vixit.

Agnes Henrici II. vxor, illo demortuo ad duo-
decimum usque filij sui ætatis annum, Imperij habe-
nas moderata est, quod ei deinde vna cum duca- *Nam. 23*
tu Bavariz cedens, Romæ Deo vitæ reliquum in
monasterio monialium dedicauit.

Augusta post Isaaci Imperatoris decessum,
Na 4 assigna-

assignatis filio tutoribus, mundo valedixit : ac cum tutores pupillum tempore præstituto Imperio excluderent, ipsa obtenta facultate coenobio egressa filium Imperio restituit; quo facto ad monasticam quietem reuertit.

Batildis Galliarum regina post Clodouzi coniugis obitum, Caletica monialis facta est.

Radegundis idem Pictauis fecit, idq; viuente & annuente coniuge Clothario,

Margareta Belarum Hungariae Regis filia ex octo & viginti, quibus vixit annis, quatuor & viginti in monasterio traduxit, trium regum, Poloniae scilicet, Bohemiae & Siciliae nuptias repudiavit; & quamuis illi etsi Deo voto obstricta sedes Apostolica ad has facultatem concessisset, ante sibi nasum & aures praefecturam ait, quam datam Domino fidem falleret.

S. Rictrudis Marcianensis Abbatiae in Belgio patrona, post Adalaldi Ducis Duacensis obitum, obstante licet & impediante rege Dagoberto, S. Amandi consilio, monasticen professa est, quam secuta pia filiae Clotfendis & Eusebia, quarum altera Marcianense, altera Hamaticienense ingressae coenobium sunt. Alia plurima afferre exempla possem, & quidem authentica, quibus illius sententiae B. Arsenij, quam & post B.P.N. Ignatius de Loiola vsurpauit, *Quam sordet terra cum caelum aspicio*, veritas comprobetur. Sed satius fuerit paucis rationem reddere, cur nihil omnino hominis mentem satiet, sed omnia, praeter vnum Deum, illam grauent & affligant, iuxta illud Diui Augustini : *Da mihi te Deus meus, en amo: & si parum est, amem validius. Non possum metiri quantum mihi desit amoris ad id quod*

*id quod satis est, hoc tantum scio, quod malè mihi est
sine te, non tantum intra me, sed etiam extra me: &
omnis copia, quæ Deus meus non est, egestas est.*

XI.

Quatuor aut quinque demonstrationibus ostendi veræ effectus huius admirabilis causæ possunt. Prima à Deo Patre venit, qui nos propter se solum condidit, voluitque non modò efficiēs, sed & finalis causa nostra esse: *fecisti nos Domine ad te*, ait idem Augustinus, & *ideo inquietum est cor nostrum, donec perveniat ad te*. Secunda à Deo filio, qui cum hos vitæ suæ periculo ac pretio redemerit, ferre nequit nos nostri ipsorum exitium esse: atque ut magnes ferrum, quod semel tetigit, ad se trahit, & id semper ad boream vergere cogit; ita cordialis & intima eius charitas corpus suū & sanguinem nobis cōmunicavit, ut iis velut magnete & casse ac retibus ad se pertraheret. Tertia à Spiritu sancto procedit, qui cum diffusio & reciproca Patris in filium sit communicatio, & erga nos ipsamet bonitas, nos ad se vocare nō desinit, ad cordis nostri ianuā pulsare, nos Sunamitidē suam dicere, adiurare ut faciem ad ipsum couertamus, promissis suis allicere, non quiescere, ne quietē antè nobis concedere, quàm ad ipsum reuertamur. Quartam animæ nostræ causatur complexio, quæ cum spiritalis sit substantiæ, corporalibus ali nequit; cum inuisibilis, visibilibus nutriri non potest; cum æterna, perituris & caducis non pascitur, iuxta vulgare illud: *Eisdem nutrimur quibus consistimus*: Leo quippe foeno paleæque non pascitur, non formicis aquila. Quinta in intellectus nostri & voluntatis capacitate cōsistit, quæ cū infinita sit, finitis limitatisque repleti rebus ne-

Nn 5. quit,

quit. Omnis veritatis capax est intellectus, omnis bonitatis voluntas; ergo ipsummet esse vnum verum bonum, illis obiecti sit loco, illorumque vacuitatem repleat necesse est. visus terminatur in lumine & coloribus; auditus in sono & voce; in odoribus odoratus, in saporibus gustus; tactus denique in quantitativibus: quæ omnia limitata & particularia sunt obiecta, cum intellectus & voluntatis sint vniuersalia; post vnū bonū ac veritatem habitam alia opus est, donec ad supremā veritatē & summum bonum, quod Deus solus est, perveniat. Hinc fit, quod quemadmodū ignis semper in motu est, donec ad sphaeram suam peringat, & lapis semper fertur, donec ad contrum suum descendat; ita quoque creatura irrationalis non antequam quiescit, quam in suo elemento & loco naturali, qui Deus est, subsistat.

XII.

Præter quinque rationes à Deo & nobis ipsis elicitas, sunt & aliæ tres à natura boni, quod beare nos debet, eductæ. Prima, ut sit, sicut Aristoteles vult, *ὡς οἰκίῃ* v. domesticū quid, id est intra ipsū hominem qui beari debet. Atqui bona omnia quæ fortuna dicuntur, externa sunt homini, rapinæ, violentiæ, temporis coeli que iniuriis exposita. unde sequitur, sicut nemo dici magnus potest, quod forte turrim, aut montis alicuius cacumē ascenderit, eo quod hæc illi altitudo externa sit, non verò interna; ita nec beatum illum dicendum, aut verè diuitem, quod alio agrorum, iugerum, dominiorū, opūque plus possideat. Tātundē & de honore dicendū quod eius esse in opinione æstimationeque aliena situm sit, & *ἐν ταῖς τιμῇσι πολλὰν, ἢ ἐν τῇ τῷ μνημένῳ*, id est

est magis in honorantibus quàm honorato. Quare si in honore confisteret beatitudo, qui iuxta ipsorummet definitionem aliud non est, quàm clara cum laude existimatio; sequeretur honorantem honorato felicitatem infelicitatemque, quoties illi videretur, & quoties illum honorare aut infamare, aut benè de illo vel malè sentire vellet asserre. posse ut verò reputatio nō in vnius solius opinione, sed pluriū consistit, & difficile, imò impossibile est omnium iudicia convenire: nam

Tres mihi consue propè dissentire videntur,

Poscentes vario multum diversa palato.

Et

Scinditur incertum studium in contraria vulgus.

Ita & impossibile est, verum hominis honorem & solidam beatitudinem, in arena hac mobili, Euripo vario, chameleonte mutabili consistere; talia siquidem sunt sæculi huius honores & fortunæ bona.

Altera essentialis veri boni proprietas est, ut sit *inseparabilis*, id est ab eo quem bonum beatumque reddere debet, inseparabile. Tale si sit honor, de quo locuti iam sumus, aut mundi favor?

Cunctorum hunc videas hodie turgescere plausu,

Quem cras pascentem videas in stipite cornu.

Si diuitiæ,

Irus & est subito, qui modo Crasus erat.

Si pulchritudo,

Sunt apud infernos tot millia formosarum.

Et rursus,

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos

Fit minor, & spatium carpitur ipsa sua.

Si robur,

οὐδὲ συνδύνειτον γὰρ κτρίφει ἀνδρώποιο

Si iuuentus,

Omnia labuntur tacitisq; senescimus annis

Prætereunt frano nil remorante dies.

Si domus, palatia, opida & Vrbes,

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas

Omnia destruit is.

Si quidquid in mundo,

πάντα γὰρ καὶ πάντα γέλως, καὶ πάντα τὸ μὲν

πάντα γὰρ ἰς ἄλθου ἐστὶ τὰ γινόμενα.

Scientiæ & virtus, vt habitus animæ, magis ad spiritum accedunt, possunt tamen ea & ab intellectu & à voluntate separari, Annon Angelus Politianus & Albertus Magnus omniū quæ sciūere repentina quadam amnestia obliui sunt? Annon Origenes, Tertul, & Hozius, (quā Deus bone magni & illustres viri!) nos non secus ac Salomō incertos de sua reliquerunt saluatione? quot stellæ firmamento exciderunt? quot cedrini perfectionis Libano sublimes ad imas onnigenarum miseriarum valles repente deiectæ sunt? quare

———*dici beatus*

Ante obitum nemo, supremāq; funera debet.

Tertia ē bonorum natura educta ratio est, quod omnia homine ipso inferiora sint. quod verò beare nos potest, esse quid amplius debet quā ipsi sumus; nam alioquin esse nobis melius dare non posset eo quod modo habemus. Quicumque ergo in rebusterrenis beatitudinem suam sitam existimat, seipsum quodammodo degradat, aded non meliorat, & suum in caput conatur sustollere, quod pedibus nostris Deus subiecit; secus ac Poeta suadet dicens,

Et mihi res, non me rebus submittere conor.

Aristoteles hoc perspectum habebat, cum sublunaria hæc & inferiora docuit nobilius in mente hominis, quàm in seipsis Esse habere. Hinc, teste Gregorio; res terrenæ per experientiam minores esse inueniuntur, quàm eas ipsi existimemus; easdè namque videndo, tangendo, tractando, non illam quàm nobis fingeamus excellentiam ac voluptatem in ipsis experimur; è contra verò cum cœlestia in seipsis quàm intellectu nostro nobiliora dignioraque sint, eadem experiendo magis erga ipsa afficimur, eaque pluris facimus; vbi verò ad diuinitatem ipsam pèrtingunt, tum, teste D. Dionysio, mens extra se abrepta exstasin patitur.

SOLILOQVIUM.

vel

COLLOQVIUM.

Adolescens Atheniensis nomine Polemon, cum casu, per licentiam quandam iuuenilem, petulantibus aliquot comitantibus collegis in Xenocratis ludum irruisset, qui tū fortè de temperantia ac virtutum decore apud suos differebat, ita repentè immutatus fuit, vt corolla ferroque florido discerpto, desertoq; lasciuo hoc sodalitio, in disciplinam Xenocrati se tradiderit, apud quem pauxillo tempore eos in Philosophia morali fecit progressus, illius vt fuerit in cathedra successor. Huius imaginem Athenienses domi habebant, eamque filijs suis, siquando ad morum honestatem, vitæque melioris semitam eos aberrantes reducere contenderent, ostendebant.

Fieri-

Fieri ne poterit, anima mea, ut Philosophi cuiusdā verba & oratio maius in prauos adolescentis lasciuibris mores pondus habeant, quā in nos, quidquid hactenus de cœli paradisiq; splendore, de virtutum præmio, de Dei fruitione inaudiuimus? Adeonē cæcutiemus, ut quod inter æternam Sapientiam, & Gracum Philosophum; inter omniū simul virtutū & solius tēperantię decus; inter thronū Dei, & cathedram Philosophiæ; societatem damnatorum, & lasciuorum petulantiam; inter supremi boni possessionem, & balbutientem de eodē sermonē discrimen sit nō agnoscamus? Hem! quātum discrepat, quā longē aliud, Christianum esse, æternasque credere veritates, & instar animum noctis amantium in tenebris gentilitatis volitare, & nonnisi in solius moralitatis diei & luminis naturalis defectu aliquā cerneret? Infinitæ verò persoluantur grates animarum nostrarum soli; ob maximam, quā dare nobis voluit, primi & vltimi finis, ad quem conditi sumus cognitionem. Quando verò lumini huius cooperabimur; anima mea? quando mores fidei nostrę respondebunt? quando vitam instituemus dignatū iis qui ad finem suum tendunt, quibusque vita crux est, & mors in vōtis? Eo quando mundus nobis displicebit, eo prorsus modo quo cōtemni meretur; cælū verò placebit, sicut reuera optabile est!

Parua sunt quę in terra nos detinent & illaqueant; at nostrum Totū non ea pollet potentia ac robore; ut propter ipsum nihilo valedicamus. A Creaturis stipem quodammodo petimus, & a consolationibus perituris opem ac panem emendicamus, habentes tamen prę oculis, & propē in oculis, Creatorem qui nobis tendat brachia,
& in-

& infinita quæ nobis promittit & proponit bona. Exclamat ille, *Si quis sitis, veniat ad me, & bibat.* Ardētissima omnes laboramus siti, malumus tamē aut eā perire, aut falsas procelloſi mūdi huius maris aquas, quæ & sitim adaugent & hydropem cauſantur, haurire, quā ad fontem hunc viuum os linguamque conuertere. Prò nimia filiorum Adā cæcitas, ac filiarum Euz ſtoliditas & dementia? Non hos imitemur, anima mea, quin potius illi viuere proponamus, cū quo ſemper & nobis viuendum; illius dies noſtros obſequio impendamus, pro quo ſi mori liceret beatiffimi mortalium eſſemus. Vanitates cedamus eaſdem amantiſtibus terram concedamus nonniſi terram agnoſcentibus, nonniſi terrena ſpectantibus, de ſola terra cogitantibus: Denas mundum immundis, & ſæculi delicias de æternitate non laborantibus. veniet porro tēpus quo oculos aperient, idq; ad ſalutem quidē, ſi modò ante finem ſupremum id contingat; fruſtra verò & incuſſum, ſi differant; cū miſericordiæ templi illis ianua occluſa fuerit.

Denſiſſimis in tenebris & palpabili in caligine verſabantur Aegyptij eo ipſo tēpore, quo in terra Geſſen filij Iſrael meridiana luce & plena die illuſtrabātur: hæc ſcilicet gratia eſt, quā nobis, anima, Deus inter tot hominū millia, quos ita in terra agere vides ac ſi perpetuas hic ſedes eſſent habituri cōcedit, in hui⁹ ergo amore permāneamus ac perfeueremus, qui tāto nos amore antè dilexit, in quo timore ei⁹ viuamus, qui non min⁹ iuſtus eſt quā bonus ac miſericors. Si à ſolis honoribus conculcandis hoc dependeat, conculcemus, præter veniē. n. nihil ſunt: ſi à diuitiis ſpernendis ipſe nos deſerent, niſi ipſas antè deſeramus? voluptates verò

quia

quis non libenter obliuiscatur? sunt quippe non-nisi porcorum filiquæ & aprorum spelæa & antra. Si illarum tentationibus exagitemur, cogitemus esse poenam aliquam sustinendam, vel in iis resistendo, vel de iisdem poenitendo; illæ meritum includit, quæque initio tentationis poena assumitur, confestim transit, hæc verò demeritum, Spiritus sancti offensam, Dei que inimicitiam præsupponit, ipsaque & diuturnior & simul grauior. Verum, licet millies ac decies millies plura quàm patimur, pati deberemus, quid omnia, obsecro, sunt, si hæc quinque nobis proposuerimus, & hæc inuicem composuerimus, cum inferno inquam quæ peccâdo Dei; offensa promeruimus, cū cœlesti quæ nobis promissa est gloria, cum omnibus quæ nostri causa redemptor & vindex mûdi Christus fecit & perpeßus est, cum infinita Dei bonitate & maiestate, denique cum infinitis innumerisque beneficijs, quæ benigna & munifica eius in nos dextra effudit? O hominum ingratitudinem! ô nimiam mortalium negligentiam! ô cordis humani ære & saxo duriorē duritiem!

Vsquequò, benignissime Deus, diues in clemētia, & in misericordia potēs, degenerē hanc & intolerabilem hominum ingratitudinem, affectusque plusquam brutales & pecuinos tolerabis? Séperne is eris qui es, nos erimus qui sumus? Tu semper bonus, ac benignus semper amabilis, semper timendus: nos ecōtra assiduò scelesti ac nequā, nō nisi honorū amantes, & solorū terrenorū incommodorū grauaminumque metuentes? Confusioni huius, quæso, finem Domine impone; cū verò natura nostra ad dignitates, honores, voluptates, delicias, opes & diuitias aspiçer, gloriæ nos tuæ anido, bonorum

norum tuorum cupidos & voluptatum tuarum
 sectatores amatoresque reddere. Immensa nos
 charitate dilexisti, eaque motus filium tuum di-
 lectissimum nobis dedisti, ergo cum quod maius
 est feceris, quod minus est quin præstes. Dedisti
 illum nobis per omnia similem, nos vicissim il-
 li per omnia æquales redde: misisti illum in ter-
 ras, illius nos meritis supra cælos omnes euehe:
 dedisti illum in fratrem, magistrum & ducem,
 præsta, vt nos illum vti fratrem diligamus, vt
 doctorem auscultemus, vt ducem sequamur: de-
 disti illum mortalem & passibilem, iam immor-
 talem & pati nescium illum nobis redde: dedisti
 illum viuente ac mortuū, redde illū regnante ac
 triumphantem. Si nos ille salutis compotes fieri
 penitus nolit, disperde nos; si nihil etiam prome-
 ruit, damnationi addicito; si, quantum quidem
 opus fuit, pro tua gloria & salute nostra mortem
 non oppetit, nos neglige & perire sine. Verum,
 misericordiae ac miserationum Pater, longè ali-
 ter se rem habere nosti, tu siquidem illi manda-
 sti, nos vt amore prosequeretur, pro nobis vi-
 ueret, nostri causa mortem appeteret, itaque
 primarium illud redemptionis nostræ opus per-
 ficeret, vt cum ipse pro peccato moreretur, nos
 peccato vicissim moreremur, ipso ad mortalita-
 tem resurgente, nos ad gloriam rediuiui resu-
 scitaremur, ipso hæreditatis tuæ possessionem
 adeunte, eadem nobis cum illo indiuisa & com-
 munis foret. Perfice igitur & consumma Domi-
 ne quod tam feliciter incepisti, vt si ærumnoso
 hoc in mundo te vt deberemus, & ipse promere-
 ris amare, laudare, & seruire nequeamus, i-

psum in beatissima æternitate tanti debiti principale, quodque adhuc soluendum restat soluentes, faciamus, in qua cum Domino nostro Iesu Christo filio tuo, quem diximus, & sanctissimo Spiritu, in infinita sæculorum dimensione & instantanea recapitulatione vivis & regnas Deus,

FINIS,



APPROBATIO.

Nos infrascripti S S. Theologia Doct.
in alma uniuerſitate Pariſienſi, notū
facimus legiſſe hunc Meditationum li-
brum, & nihil reperiſſe quod Eccleſiæ Ca-
tholica aduerſetur, imo utilē, & lectū om-
nibus neceſſarium. Datum Pariſiis 9. Ia-
nuarij 1617.

F. Coiffeteau, Billand.



R. P. PETRI
COTONI,
è Societate Iesu.

MEDITATIONES
DE
VITA & PASSIONE
SALVATORIS NOSTRI
IESV CHRISTI,

Regine Galliarum iussu concinnata.

E Gallico sermone iam latinitati donatæ,
studio M. M.

PERMISSV SUPERIORVM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ
Excudebat Petrus à Brachel.

ANNO M.D.C.XVII.







PRÆFATIO AD LECTORES.

Necessariū est, tempestiue exercitium illud in hac vita discere, quod in cælis æternū nobis practicandum erit, nimirum Deo primo principio nostro, & finē ultimo nos coniungere. Vnica huc perueniendi ratio est, orationi incumbere; circa quam tria lector consideret oportet. Primum, duos esse generaliter orationis modos, exteriorem unum aut verbalem, alterum interiorem vel mentalem. Illa vel publica, vel priuata est. Publica quidem, quando aut ab omnibus, aut pro omnibus funditur: priuata, dum vel ab uno singillatim fit, vel loco priuato. Publica Ecclesiæ Catholica oratio, catholica etiam, id est vniuersali, in lingua peragenda, quod ab omnibus intelligatur. talis est Hebraica inter Iudæos, græca in Oriente, Latina in Occidente, quæ idiomatica & lingua in titulo Crucis consecrata fuere. Vt verò non obstanti linguarum discrimine Ecclesiæ

semper

*semper una esse intelligatur, utitur etiam
num ipsa verbis Trilagion, Kyrie elei-
son, OIanna, Amen, Sabaoth Orationē
priuatam aut particularem eā quisq; insti-
tuere lingua potest, quae pro deuotione &
affectu illi propria maxime esse videbitur.*

*Secundum, quadrupliciter orationem
institui, per contemplationem scilicet, me-
ditationem, soliloquium & colloquium.
Contemplatio inuenit non tamen querens;
meditatio querit ut inueniat; soliloquium
stupet, & admiratur, colloquium desiderat
& petit. In contemplatione Deus ad ani-
mam venit, in meditatione anima accedit
ad Deum, in soliloquio secum ipsa loquitur,
cum Deo in colloquio. Contemplatio unit,
meditatio illuminat, soliloquium & colli-
quium excitant. Contemplatio perfectō-
rum est, alia tria tam incipientium, quàm
proficientium sunt.*

*Tertium, Meditationem quatuor fieri
modis primò circa verba, secundo circa sen-
tentias, tertio circa veritates, quarto circa
mysteria. Circa verba quidem, quando at-
tentè singula excutuntur: hoc meditari
modò Dominicam licet orationem, saluta-
tionem Angelicam, Symbolum Apo-
stolo-*

stolorum, & omnia Redemptoris verba. Circa sententias verò, quando integra perpenditur periodus, uti illa Gersonis: Omnis spiritus inordinatus sui ipsius supplicium est; eius rei inquirendo causas, ponderando effectus, examinando circumstantias, diversas sententiae huius significationes indagando, quid de illa sancti viri scripserint, quid quoad illam didicerimus, & experientia cognouerimus, in mentem reuocando, aliquem è singulis fructum colligendo. Circa veritates idem obseruandum, doctrinam scilicet, ac miracula Redemptoris, diuinas eius perfectiones, comminationes, promissa, peccati scditatem, virtutum pulchritudinem, quator hominis nouissima, ac similes materias meditando; quo referentur duo, quae imprimenda restant volumina: haec mysteriorum vitae, mortis, & passionis Saluatoris nostri meditationes continent. Hinc praeponuntur puncta, è quibus fructus qui subiiciuntur, colliguntur. Notet verò hic Lector oportet, ad benè meditanda mysteria, finem ad quem ea referuntur, & personas praesentes esse considerandas, illarum audienda verba, gestus obseruandos, intentam

PRAEFATIO

propositaque notanda, & è singulis aliquem pro luminis, quod Spiritui sancto communicare visum fuerit, magnitudine, fructu eliciendam, quales essent, firmiter in animo statuere maiori Deum posthac dilectione amare, illi famulari constantius, de illo cogitare sapius, in illius misericordia confidere, iustitiam reuereri, bonitati gratias agere, maiestatem adorare, providentiam admirari, virtutem depradicare, mundum contemnere, in propria miseria agnitionis abyssum descendere, peccatum execrari, vitam denique suam corrigere & emendare. Hac enim nisi adsint in curiosam speculationem degenerat meditatio, quae aridam, gravem, & sterilem animam relinquat: adeo ut sicut meditationis puncta intellectum spectant, ita fructus voluntatem.

Soliloquium verò & colloquium ad utramque facultatem referuntur. illud fit, dum seipsam anima alloquitur, intellectus & voluntatis functiones in se excitando: hoc easdem adhibet facultates, earumque functiones ad Deum convertit, quod sextupliciter fit, per adorationem, exultationem, gratiarum actionem, oblationem, pe-

PRAEFATIO.

tionem, & protestationem: ut ad singularum harum meditationum finem pius Lector videre poterit; quin etiam distinetius in interiori anima deuota occupatione, in qua rei huius praxis, tam in initio dicti Manualis, quam circa medium in colloquio, quod de vita Redemptoris institutum est, exprimitur. Omnia porro ad maiorem nominis sui gloriam, & animarum, quas sanguinis sui pretio & effusione redimere voluit, salutem diuina maiestas referat, rogo.



MEDI-

MEDITATIO I.

DE ANNUNTIATIONE B. VIRGINIS
PUNCTVM I.

Erit Angelus, cui nomē Gabriel, missus à Deo in ciuitatē Galileæ, vocatā Nazareth ad Virginē desponsatam viro, cui nomē Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Ingressus autem ad eam Angelus ait: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*

II.

Virgo, hæc cum audisset, turbata est, & cogitabat, quænam esset ista salutatio. Angelus Virginem turbatam videns ait: *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.*

III.

Dixit autem ad Angelum Virgo: Quomodo fiet istud, quoniam coniugi meo non cohabito? cui Angelus: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi tibi obumbrans viri defectum supplebit: ut, quod nascetur ex te, sanctum vocandum sit, & *Dei filius* nominandum. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filiū in senectute sua, & hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis: non enim impossibile est apud Deum omne verbum. Assentiens tum Virgo dixit: *Ecce ancil-*

DE ANNUNTIATIONE B. VIRGINIS 9
ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tu-
um.

FRUCTVS I

AH! Quanta Dei nostri benignitas est & bonitas, quod assidue de beneficijs conferendis cogitet in eos, à quibus ipse vicissim maleficijs afficitur. Terra omnis peccatis repleta erat, idololatriæ, homicidia, adulteria, rapina, blasphemia, & omne scelerum genus laxatis passim habens in orbe dominabantur; in solo Iudææ angulo veri Dei numen adorabatur; & ecce Deus non de Iudæa duntaxat beanda; verum de orbe vniuerso redimendo cogitat. Homines in id vnum incumbabant, vt vel malitia dæmonibus similes redderentur, vel concupiscentijs suis indulgendo bruta imitarentur: quando Deo in mentem venit opere complere quod ab omni æternitate decreuerat, vt nimirum homini se parem similemque redderet, humanitatemque nostram diuinitati suæ coniungeret. Maiorinè vinci bonitate poterat malitia, maiori potentiâ fragilitas, maiorinè sapientiâ ignorantia superari?

II.

Ad primam generis nostri matrem accessit Angelus malignus, illam ad malum impulsurus; ad secundam descendit bonus ac diuinus Angelus, vt ad bonum ipsam incitaret: illa serpenti annuendo, facta est mater morientium; hæc celesti paranympho assentiendo, est viuentium constituta: illa ruinæ nostræ fuit occasio, Adam verò

causa; hæc salutis nostræ occasio fuit, carissimus autem filius eius ipsa causa. Arboris fructu gustando se simul & posteros omnes Adam in exitum pertraxit, per Eucharistiam, & crucem suam Virginis huius filius nos restauravit ac redemit. Periit & in exitum ruit Adam, cum fieri dicitur Deo similis voluit; filius Virginis nos saluos fecit, cum nobis similis factus est: Enæ coniux scire cum vellet, quid esset malum culpæ, grauibz, non poënis subiecit; MARIAE filius, grauibz se subiiciens poënis, à maximis grauiissimisque culpis nos liberauit. Tum scilicet Deus ironicè dixit: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est*; nos autem verè nunc dicimus, *Ecce Emanuel, Nobiscum Deus*; ecce Deus velut vnus è nobis, vnā si denas ignorantiam & peccatum.

III.

LEGATI huius nomen Gabriel est, quasi dixeris *Fortitudo Dei*, ad designandam primò Domini mittentis, deinde Incarnandi, tertio operum quæ in terra agens facturus erat, quarto ministrorum, quos ad constituendam, dilatandam, & conseruandam Ecclesiam suam, electurus erat fortitudinem ac potentiam, quinto, vt hinc discamus, nonnisi fortes, & in seipsos vim exercentes, ad regnum cœlestē peruenire; denique quod quis diuinam faciat voluntatem, robore illum ac fortitudine opus habere. Quin & inter septem spiritus sancti dona virtus est, quæ hoc dicatur.

Matth.
21:12.

DE ANNUNTIATIONE B. VIRGINIS IN
catur nomine; & Cardinalium virtutum yna,
est fortitudo.

IV.

LEGATIO ad puellam fit mundo quidem
pauperem, apud Deum autem opulentam;
terræ ignotam, cœlo notissimam, apud ho-
mines neglectam, summè ab Angelis cultam;
fabro quidem nuptam lignario, at cuius fi-
lius terram molitus erat, & cœlos fabrica-
tus.

V.

Locus ad quem lætum hoc nuntium defer-
tur, non fuit antiqua illa Babylon, non cele-
bris Hierosolyma, non doctæ Athenæ, non
prudens Sparta, nō bellaces Thebæ, non superba
Carthago, non deniq; potens ac triumphatrix
Roma; at ignobile oppidulum, adeo quidem ob-
scurum, vix vt crederetur vulgo, boni quidquā à
Nazareth esse posse. vt hinc mundo manifestum
fieret, non tantum cœlos à terra distare, quan-
tum viæ Domini, teste ISAIA, à viis &
consilijs hominum, & coram diuinæ ma-
iestatis oculis, non aliam existimari poten-
tiam, quam humilitatem, puritatem, chari-
tatem, & vitæ sanctimoniam.

Ioan. I.
40.

Isai. 55. 9.

VI.

FORMAVIT sibi Angelus ex aere formam
ac figuram hominis elegantissimam; mode-
stia-

stia porrò eius, reuerentia, grauitas, & exterior agēdi ratio ac gestus satis declarabāt, Angelū esse, qui corpus hoc nō velut formam informantē, sed assistentem, & concomitantem dumtaxat haberet; vt hinc ita gestus, & mores externos discamus componere, nihil vt in vestibus, vultu, & nobis ipsis appareat, quod non honestatem, & sanctitatem respiret. Cū verò Virgine non eo quo mundus solet modo, sed iis quæ Deus ori eius indidit verbis salutauit, omne nos vanarum laudum, assentationum, adulationum, amplificationū genus fugere docuit, vtpote quibus plerumq; mendacia permista sunt & intexta.

VII.

Virginem salutans, non ait: Saluet te De^{us}, Maria, vel salue Maria. Sed: *Aue gratia plena.* vt duo hinc documenta nobis depromamus; primū, nullum hoc in mundo titulum digniorem, nullum nomen aut cognomen illustrius nobis posse obtingere, quā esse dilectos Deo, & in eius gratia constitutos; alterum, quod, sicut filij quem conceptura erat, cognomen aliquando futurum erat, EMANUEL, id est *nobiscum Deus*, ita & eius, per excellentiam, esset, *Dominus tecū*. Hic item considerandum, ē nouem illis, quibus in suis creaturis esse, cogitari modis potest Deus, per essentiam nempē, præsentiam, potentiam, prouidentia, gratiā inhærentem, & gratis datā, iustitiā, gloriam, & vnionem personālē; Virgine hanc plerosq; habuisse, & oēs quidē eminenter. Erat siquidē in illa Deus per essentiam, vtpote qui Esse eius intima repletet. Secūdo per præsentiam il-

DE ANNUNTIATIONE B. VIRGINIS 13
 tiam illā intiendo, illique perpetuo assisendo.
 Tertio, per potentiam, in ipsa, & cum ipsa ope-
 rando (porro tribus hisce modis in omnibus De-
 um esse rebus constat.) Quarto, per prouidentiam,
 qua omnia terræ animalia curat, & maiore
 etiam quam qua curat omnia simul. Quinto, per
 gratiam gratuitam virginitatem insigni prodi-
 gio in illa maternitati coniungendo. Sexto, per
 gratiam tum inhabitantem, tum infusam, magis
 quam in omnibus Angelis & hominibus, vel sin-
 gillatim, vel simul consideratis. Adeo ut pleni-
 tudo eius esset, non velut fontis cuiusdam, qua-
 lis S. Stephani fuit, non velut torrentis, qualis
 Apostolorum; sed oceani cuiusdam, aggeres &
 repagula euertentis & transstagnantis.

VIII.

Ceterum ex quo Verbum in visceribus eius
 Incarnatum fuit, inaudita & singulari quadam
 in Deo ipsa, & in ipsa Deus fuit ratione, quam *iden-*
titatem naturæ dicere possemus; cum corpus
 à Spiritu sancto efformatum, ex eius carne, ossi-
 bus, sanguine, & purissima substantia compa-
 ctum fuerit, & ita verbo personaliter unitum.
 Adeo ut, teste Augustino, Verbi caro, esset, sit, &
 in perpetuum sanctissima Mariæ caro sit futura.
 Notandum quoque, non dixisse Angelum, Do-
 minus est tecum, vel fuit tecum, vel erit tecum,
 sed absolute, *Dominus tecum*; ut hinc euidenter fie-
 ret, semper illum singulari quadam ratione cū
 ipsa fuisse, esse, & fore.

*Inter ser.
 August.
 ser de
 Assump.*

IX.

Addidit diuinitatis Interpres, illā in mulieri-
 bus

bus esse benedictam ; non modò quòd sine peccato originali ; & vel leuissima etiam actuali macula concepta esset, & sine vllò virginitatis & pudicitiae detrimento ac damno F I L I V M concepisset ; verùm inprimis ; quòd ad tam sublimem matris esset dignitatem euehenda ; vt si quis digniorem eminentioremque, quàm ipsius erat ; maternitatem excogitare vellet ; digniorem etiam, illustriorem, excellentioremque filio eius filium mente is fingat oporteret. Proinde cum Diuo Thoma inferendum est, quòd quemadmodum condi excellentior homo non posset eo qui Deus est ; neu maioris efficaciae dari accidens quàm ipsum lumen gloriae, (eò quòd Beati intellectum ad Deum facie ad faciem conspiciendum habilem reddat :) ita nec sublimior eminentiorque fingi mater queat, quàm quæ mater Dei. Vnde sequitur etiam eius hoc in sensu qualitatem infinitam esse, cultumque ; qui Deo quidem inferior, Sanctis verò simul omnibus superior sit, illi quam maximè conuenire.

.X

Hinc illam vniuersalis omnium nostram mater sancta Ecclesia, Spiritu sancto excitata, præ omnibus rebus benedicat & colit ; multa hæc ob causam festa per annum illi celebrat, & singulis penè mensibus vnum, & in nonnullis duo aut tria, singulis quoque hebdomadis diem Sabbathinum illi dedicat, & ipsum Ecclesiasticum Officium & augustissimum Missæ sacri-

DE ANNUNTIATIONE B. VIRGINIS is sacrificium in eius honorem tunc recitat. Quin & singulis diebus proprium illius instituit officium concessis id recitanti indulgentiis.

Adhuc, singulis horis Ecclesiasticis saluatio Angelica præmittitur; ut taceam Concionatores ipsam salutare & inuocare solitos, priusquam ad dicendum se componant; ad finem quoque horarum aliqua semper antiphona aut oratio in eius honorem legitur: mane, meridie, ac vespere per vniuersas orbis Christiani Ecclesias, signum campana datur, ad ter eam salutandam. Approbauit eadem usum Rosarij, in quo tot Deiparæ salutationes decurrunt, quot psalterium psalmos continet, centum scilicet ac quinquaginta; quin & ipsam coronarum, è sexaginta tribus salutationibus contextarum, quibus annorum, quos hoc in mundo ipsa vixit, numerus denotatur.

HVNC item ad finem instituit Congregationes, Sodalitates, & Religiones, DEO eiusque cultui singillatim dedicatas, concessis extraordinariis tam in genere, quam particulari gratiis, indulgentiis, & fauoribus; utroque in sexu iis qui eius se cultui addunt.

Illius in memoriam templa, sacella, altariaque plurima consecrat, & vix vlla est in Christiano orbe prouincia, quin locum habeat, in quo singulari quodam cultu DEIPARA colatur & compelletur, & in quo REDEMPTOR veris miraculis confirmet & natum se ac gratum habere honorem

honorem ostendat, qui sanctissimæ eius matri impenditur ; quibus omnibus contradicere nemo potest, cum quidquid in ipsa colimus & veneramur, ab ipso illi collatum & concessum sit. Omnia siquidem ab ipso descendunt, omnia-que ad ipsum referuntur, quin & ipse longè & incomparabiliter amplius illam exornauit, quàm eam nos honorare possimus.

XI.

Cùm Virgo ad Angeli salutationem turbatur, trium eximiarum virtutum nobis exempla dedit. Primò castitatis, cùm turbatur, conspecto (vt Ambrosius obseruat) in cubiculo, in quo sola agebat, viro: virginum quippe modestarum & honestarum est, ad minimum viri verbum imo conspectum erubescere ; quin & virorum castorum est, Iobi exemplo, oculos declinare, ne fortè interiorem mentis castimoniam sequior vlla cogitatio commaculet. Secundò, suam patefecit humilitatem, tam sublimium in se laudum, ac præconiorum fundamentum causamque minimè agnoscens ; atque hæc illam cogitatio magis haud dubiè turbauit, quàm repentinus viri conspectus. Prudentia verò eius eluxit, dū Angelo nonnisi humili corporis gestu, & excitatâ verecundiâ respondit, illius verba ponderando, examinando, ne tēmerè præcipitanterque respondendo, sed tacendo, donec Legatus, qualis & vnde esset, pluribus declarasset. Vt hinc discamus præconia omnia in nos prolata suspecta habere, in loquendo parci esse, & in respondendo, oblata nimirum occasione, cauti & prudentes, memores, longè esse silere facilius, quàm semper aptè conuenienterque respondere.

XII. Tur-

Turbetur, angantur, & discrutientur melancholiâ inimici Dei: modò ipse nobiscum sit, & nos in eius gratia, nihil est, quod metuamus. Vnicum peccatum mortale est, quod vero summoque nos priuare queat bono, quò amisso nihil est quod amittamus amplius. filij & filix sæculi huius summam in Regum ac Principum suorum beneuolentia felicitatem statuunt; hinc namque summos sibi honores, dignitates, opes quam abundantissimè in se deriuandas spondet. At quas Spiritus sanctus edocet animæ, felicius tum demum se arbitrantur, vbi in gratia Dei fuerint; si loquantur, si quid cogitent, de illa cogitant & loquuntur; si quid optent, illam cōseruare desiderant; si quid metuant, illam ne amittant, verentur, certissimi, illos qui à Deo diliguntur, tū cū naturale non esset, nec impotentiam aliquam includeret, sequitur morale & voluntarium fuisse, & quidem Iosepho annuente contractum coniugi quippè licitum erat vxoris votum irritare. Continentia hæc voluntaria rursum duplex erat, primò ad tempus duntaxat, quò scilicet liberiùs maioriq̃ commoditate orationi vacaret, quam post & Corinthiis suasit Apostolus; secundò, perpetua, sine vlla eius in refringendæ aut violandæ voluntate & spe; & hæc Virgo. Iosepho conscio & annuente, nouerat, ut è verbis eius liquidò colligi potest; proinde latius ab Angelo declarari illud sibi petiit, quomodo istud fieret, percontata.

Eius ergo exemplo, ceteris in rebus benignus, affabilis, humanus esse discam, prout conditio & qualitas mea exigit: verum in his quibus

B

casti-

castitas & puritas violari possit, seueritatem rigoremque insignem proferre.

- Rursum, Virginis exemplo, maturè examinabo, quo spiritu erga opera mea ferar, ne fortè malignò spiritu, qui se in Angelum lucis transfigurarit, suadente agar. E verbo autem *obumbrabit*, quo cœlestis ille legatus vsus est, eruam, nūquam ad nos spiritum sanctum venire, quin vmbra aliquam inducat, concupiscentiarum nostrarum ardorem temperet, donumque augeat continentiae, vti & Virgini adauxit eo ipso instanti quo verbum Patris vterò ipsa concepit.
2. Cor. 1.

XV.

In exemplū Elisabetham Angelus produxit; quæ in senectute filium conceperat: quod mihi permagnæ consolationi futurum, speraboq; etsi toto vitæ tempore in bonis operibus sterilis fuerim, tandem secundum me fieri posse, modò Ioannem, id est *gratiam* concipiā. Ex eo verò quod Deipara, cognata eius, filium pepererit; qui omnes filios Adā ac filias Euæ dignitate superabat, iterum disco omnes, quotquot vtroque in sexu, ex Iesu Christi amore & sanctissimæ matris eius exemplo virginitatem seruant; & voto ad eam se obligant, diuinā prouidentia permittente, spirituales filios qui potiores & longo intervallo carnalibus omnibus, quos generare potuissent, digniores futuri, concepturos.

XVI.

Denique quod Virginis assensum, ad fundamentale redemptionis meæ mysterium peragendum

DE ANNUNTIATION. B. VIRGINIS 19
 dū Deus antè habere voluerit, triplici mihi documēto est; primò nāq; hinc disco, nullā esse gratiā etiā efficacissimā, ad quam recipiendam liberi nostri arbitrij opus nō sit assensu; quod sanè singulare Dei beneficium est & honor non minimus, quod nos operibus suis cooperari, & quodammodo socios suos velit esse. Secundò, quātum Virgini Deiparæ debeam, cum ad primarium redemptionis meæ opus perficiendum, eius assensum Deus antè petierit, & ipsa vnico FIAT essentialiter ad opus hōgè dignius, quā ipsū FIAT, quo prima mūdi creatiō peracta est, aliquid contribuerit. Denique in, quo & concludam, quod sicut per illam ad me Deus venire dignatus est, ita per illam ad Dominum, & saluatorem meum accedere me oporteat.

COLLOQVIUM.

VTinam mihi hic, Domine, ea esset intelligentia & sapientia, quam decretorum & cōsiliōrum tuōrum nuntius habebat, quò tam amabilis & ineffabilis mysterij mirabilia comprehendam. Intelligerem scilicet eius, à quo missus est dignitatem & magnitudinem; & eius ad quam missus excellentiam; filij quem concepit sublimitatem, & missi perfectiones, & profundissimum legationis vniuersæ finem & intentionem: admirarer quomodo tu, qui ambulas super pennas ventōrium, qui tribus digitis terræ molem appendis, qui sœuiantis amoris fluctibus imperas, ante quem coeli columnæ contremiscunt, & altissimi **SERAPHINORVM**
 B 2 nonni-

nonnisi muscæ sunt, rei tamen adeò vilis & abie-
ctissima, hominis inquam, memor sis, & cum eo
opus minimè habeas, de eius tamen salutem
anxiè labores; inprimis cum fuerit semper, &
modò sit, & futurus deinceps sit adeò ingratus,
perfidus, & degener, qualem ipsum quotidie
experiris; huic me bonitatis oceano immergerè,
eoque me abluerem, in hanc me amoris, fornacè
coniicerem, ac purificarem, meque piè admira-
tionis & stuporis magnitudine expirans, viuifi-
carem.

Reuererer & admirarer item perfectiones e-
ius, quæ iam tum cælum quoddam crystallinum
puritate, empyreum charitate, & omnigena vir-
tute paradisi quidam terrestris, & verus surcu-
lus & arbustum erat tua plantatum & cultum
dextera, quòd vitæ fructum aliquando proferret.
scirem quomodo eo ipso momento, quo ad An-
geli verba assensit, creata sit anima illa cætera-
rum præstantissima, Angelorum simul & homi-
num omnium regina, cæli terræq; dominatrix. Pe-
netrarem quoque gratiarum actiones quas tibi
reddebat, se è nihilitatis abyssò momento ad su-
premam omnium dignitatem euectam cernens.
Offerrem tibi sacrificium illud acceptissimum,
quo seipsa tibi ad redemptionis meæ opus perfici-
endum obtulit. offerrem tibi singularem illam
quam me habebat memoriam, se ipsam pro me
offerens, teque pro me nominatim & singillatim
deprecans, non secus ac si solus in mundo existi-
tissem. Conciperem id odium quod & ipsa con-
cepit aduersus communem hostem nostrum,
peccatum inquam. Amarem, quidquid eo ipso
instanti illius affectionis circumferentiam su-
biret.

DE ANNUNTIATIONE B. VIRGINIS 21
 biſt. Ageré tibi, pro gloriæ accidentariæ, quâ ma-
 gnus ille Archangelus, vnus de primorum mili-
 tiarum tuarum Principum numero, per legationem ſuâ
 accepit, augmento gratias. Exultarem quoque &
 cum reliquis intelligentiis beatis ac ſpiritibus. An-
 gelicis plauderé, vbi legationis ſuarum ſerié & ſuc-
 ceſſum illis expoſuit. Narrarem ignaris, & ter-
 rarum coelorum omnium ſtuporem & admirationem
 ſignificarem, dum in clauſtri virginæ ambitu
 ſublimitatem depreſſam, latitudinem contractâ,
 longitudinem anguſtiatam & abbreviatam quo-
 dammodo conſpexere. Quin & cum vniuerſâ ſi-
 one coeleſti in ſtuporem raperer, nouem menſi-
 um ſpatio ſemineo vtero videns concludi illum,
 qui eſt ſuper omnia, non tamen excluſus; & in om-
 nibus, non tamen incluſus. Vnâ cum Pſalmo-
 grapho exclamarem: *Domine quis ſimilis tibi*, tam
 in potentiæ quàm bonitatis mirabilibus? Tene
 ergo, qui Dei es filius, etiam hominis eſſe filium
 oportebat? Tene qui ſapientia es patris, ignorantie
 humanæ vacuum implere? tene qui potentiæ
 verbo ſuſtines & contines omnia, fragilitatis no-
 ſtræ ruinas reparare? an non id aliud quiſpiam de
 ſancto ſacroque conſiſtorio tuo potius præſtitif-
 ſet?

Pſal. 34.
10.

Et quoniam primus Adam te terra terrenus,
 intolerabili quadam ſuperbiâ, diuinitatis tuæ at-
 tributa ac proprietates ſibi affectarat, voluiſti, ô
 animarum noſtrarum Reparator noſtras tibi cir-
 cumdare, tuas tamen non exuendo. Eras proinde
 mortalis ſimul & immortalis, paſſibilis & im-
 paſſibilis, viſibilis & inuiſibilis, æternus & tē-
 poralis, Dominus & ſeruus, creator & creatura.
 Quis dignè debiteque pro his omnibus te agno-

scat, & gratias agat: nemo alius sanè, quàm is & illa, per quem & in qua hæc mirabilia contigerunt. Tibi ergo denuò cum vniuersa Ecclesia militante & triumphante offero exstases, & mirabiles intellectus & voluntatis carissimi filij tui, & sanctissimæ eius matris raptus, illorum adorationes, laudes, gratiarum actiones, oblationes, supplicationes, & ceteros incomparabiles, & diuinos animarum illorum affectus; teque Pater misericordiæ per essentialem quo filium hunc complecteris amorem obsecro, mihi vt cõcedas, quòd quemadmodum suos eius merita in omnia sacrificia & bona opera, quæ tam in lege scripta, quàm naturæ, multis licet sæculis antè lapsis, facta sunt, habuère influxus, ita & eos modò in omnes miseræ & ærumnosæ vitæ meæ actiones, passiones & intentiones habeant. Cùm ergo filium tuum in fratrem, eiusq; matrem sanctissimam in matrem habeam, quid ni hoc à te sperem Pater clementissimè? fieri si potest, nulla mihi vt tecum sit affinitas, nulla ad te relatio, nulla consanguinitas, noli me respicere, at si & filij tui & matris eius sim, & ipse & ipsa tui sunt, & vbi mater vbera, vbi natus vulnera, quæ poterit esse repulsa? Si verò horum neutrum reiicias, mène reiicies? Recodita mihi manebit hæc spes in sinu meo, & velut anchora, qua animæ nauis inter turbulètos mortalis & miserabilis vitæ huius fluctus, procellas, & tempestates solidetur; donec tandem gratiæ littore soluentes, per misericordiam Patris, per merita filij, per matris suffragia, ad felicem & optatum beatitudinis portum enauigemus & perueniamus.

MEDI.

MEDITATIO II.

DE PROFECTIONE QVAM
per montana Iudææ, incarnatum Verbum,
utero matris Elisabetham cognatam
suam visitantis, conclusum
instituit.

PVNCTVM I.

A Eternum Patris Verbum, cum sanctissimæ matris suæ visceribus adhuc contineretur, ardentissimo hominum saluandorum actum desiderio, confestim in puerum, qui eius esse præcursor debebat, quique iam sex mensibus in utero Elisabethæ conceptus erat, oculos coniecit: vidēsque illum originali labe infectum esse, illius misertum est, hac illum miseria educere decreuit, eumque sanctificando officij Redemptoris possessionem adire. Hanc ob causam matri suæ quàm efficacissimè inspirauit, vt festinanter cognatam suam inuiseret.

II.

Exurgens Maria, abiit cum festinatione in montana Iudææ internæ inspirationi non secus obediens, quam alijs quispiam præcepto expresso. In Zachariæ domum vt intrauit, ipsa, vtpote humilior, prima cognatam salutat, & Verbū incarnatum matris suæ verba, velut mirabiliū quæ in filio & matre operabatur instrumētū accepit, quæ pphetiæ quodā incitata spiritu exclamabat:
Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me

Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo: & beata qua credidisti, quoniam perficientur ea qua dicta sunt tibi à Domino.

III.

Virgo verò extemplo in mentis extasi raptā,
& rarò prophetiæ dono donata, canticum illud
quod maximo eius honore in Ecclesia hætenus
recitatum est, & deinceps recitabitur, composuit

Magnificat anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancilla sua: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius.

*Et misericordia eius à progenie in progenies:
timentibus eum*

*Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos
mente cordis sui*

Deposuit potentes de sede: & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis, & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham & semini eius in secula.

FRUCTVS.

IAm inde à primo quo Domini anima creata
fuit momento ad ipsum vsque, quo corpore e-
gressa est, Redemptoris functiones & partes
numquam exercere desijt, ne vno quidem
momen-

DE PROFECTIONE AD ELISABETH 25
momento otiosa: hinc matrem suam impulit, vt
cum festinatione per montana Iudææ abiret, quo
præcursorẽ suum à peccato originali liberaret.
Hinc colligam, quanto dolor sit Domino, vbi
electos suos in crimen aliquod incidere videt, &
quantopere de iis quamprimum ad poenitentiam
reducendis, ipsisque delicto educendis laboret.
& anxius sit. Hanc ob causam hoc apud prophe-
tam sibi nomen indit: *Velociter spolia detrahe, ci-
so pradare.*

II.

Isai. 6.

2.

Sanctificare Dominus Baptistam suum futurũ
poterat, Nazaretho non egrediendo, nec matrem
suam defatigationi huic, quam è longinquo hoc
per montana itinere contraxit, exponendo.

Sed quinque ob causas ita fieri expediens fuit.
Primò vt suam charitatem & humilitatem ma-
gis hoc pacto ostēderet, cū ipse qui è cælo in terrã
descenderat, de Galilæa in Iudæam abit, & Do-
minus seruum, quem pastor, ægrum medicus a-
dit. Secundò, vt Sanctissimã mater boni huius o-
peris particeps esset, ipsa dum vt instrumento v-
titur ad primam quam in mundo sanctificationẽ
operabatur, peragendam, quæ antè in eius In-
carnationis erat instrumentum selecta. Tertiò,
vt nos doceret, Spiritum sanctum dum animam
aliquam ingreditur, virtutũ exercitia inspirare,
& hæc verum eius præsentia argumentum ac si-
gnum esse, modò actionem, modò ad contem-
plationem excitantis. Quartò, vt sancta eius ma-
ter præsens adesset & interesset mirabilibus quæ
in præcursoris sui erant natiuitatẽ peruentura.
Quintò, vt ipsa corã cognata exemplo disceret,
quo filium quem vtero adhuc gestabat, in cuius

compositura, fasciis inuolutura, lactatura & circumcisura esset modo.

III.

E prompta Mariæ Virginis festinatione & diligentia disco, gratiam tarditatis omnis & otij esse inimicam, ac Spiritum sanctum satis dignū & potentem Dominum esse, qui dum loquitur, auscultari mereatur. Videor illam rara quadam modestia incedentem cernere, non curiosè viatoribus inspectandis distractam; si qui in illam oculos coniiciunt, ad pietatem eos concitari, cor quoque puero quem vtero gestabat affixū esse, familiariter illam cum eodem toto itinere colloqui; cuius responsionibus dum sedulo auscultat, nullum itineris laborem, non paupertatem, non denique rerum necessariorum sensisse egentiam ac penuriam. Quis verò illam instar rusticæ cuiusdam instructam, solum & incomitatam iter instituētem videns, dixisset; Ecce mater Dei, ecce regina Angelorum, ecce terræ, cœlorūq; dominatrix. Quam ergo in fidei & bonorum operum rebus nos interdum aliud oportet credere quàm sensus exterius videant, aut intelligant? & meminisse, Mariam incedentem, verum fuisse lectulum Salomonis, qui movebatur, mirabili compactum artificio, ut huc illucque transferri posset. columnæ argenteæ eius erant virtutes; reclinatorium aureum contemplatio; ascensus purpureus, eius humilitas & patentiā; medium verò cor erat charitate constratum. Hæc omnia illi donata propter filias Sion, animas inquam electorum.

IV.

Videns porro Mariam organum esse & instrumentum

mentum, per quod spiritus sancti dona in Zachariae domū influunt, certò mihi persuadebo, iustificationem meam, & quam omnibus consanguineis tam spiritualibus & temporalibus desidero & opto, benedictionem spirituali eius adminiculo & ope nobis contingere debere. Dum item parvulum illum, & magnum gigantem, sola præsentia sua futurum Baptistam suum à peccato originali ablueret, gratia sua iustificare, spiritu sancto replere, usum rationis illi accelerare, prophetam suum constituere, incarnationis mysteriorum lumen ac notitiam illi dare, gaudio illum & quidem ad primum realis præsentiæ eius momentum implere considero, certissimò mihi persuadeo, me, si ad sacram me communionem disposuero, & Ioannes, qui interpretatur gratia, mecum sit, dona his similia si non gratuita (quod parum refert) saltem iustificantia, quæque Deo indies gratiorem me facient habiturum, memor sententiæ illius Ecclesiastici, fili mi *confide in Deo: facile enim est in oculis Dei subire honestate pauperem*. si præsertim festinare velit illa, à qua preciosissimū in hoc sacramento memoriale accepimus, & precibus suis efficere, ut ad maturitatem illi perueniāt fructus, quos in animabus nostris spiritus sanctus fidei surculo inseuerit.

V.

Miratur Elizabeth videns matrem Domini sui ad se accedere, & sancto quodam entusiasmo acta exclamat: *Vnde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?* & ipse frigidus & aridus ero, quando idem in Venerabili Sacramento Dominus ad me venerit? Elementorum & accidentium exteriorum hic velamen, clauetro quo

in matre arctabatur, respondebat: hoc tamen discrimine, quòd in Ven. Sacramento immortalis sit & impassibilis, resurrectionis dote comitatus. Cum itaque ad meipsum in persona veniat, & non in domum aliquam, sed in me ipsum ingrediatur, idque non semel sed sæpius, sterilisne & infrugifer manebo?

VI.

2. Reg. 6.

Trimestri apud cognatam suam Deipara egit, à martij scilicet fine, ad usque postridie Kal. Iulij, id est ad usque natiuitatis S. Ioannis baptiste octauam, quo ipse die & circumcissus est, & hodie Visitationis huius festum celebrat Ecclesia in termino completo illud accipiens; quando scilicet Deipara percepit & cognouit quidquid illà scire, & propter foetum, què utero gestabat, intererat facere. Hic notabo totidè arcam foederis mensibus in domo Obededom mansisse, ut in secundo Regum libro scribitur: inde verò inferā, si toto illo tempore Obededom & eius domestici tot benedictionibus completi sint, ut sancta quadam æmulatione actus Dauid illam in domum suam adducere voluerit, multo maiores benedictiones in Zachariam, Elisabetham, & vniuersam familiam, ad præsentiam Virginis descendisse: cum verò ad primum eius ingressum tam insignis secutus sit effectus, toto illum trimestri mirabiliter adauctum esse sit verosimile, Et sanè erat ipsa veri arca foederis, ex incomputabili signo Sethim propter Virginitatē suam compacta, in qua verum diuinitatis manna, omnis disciplinæ virga, & exacta tabularum legis ob-

ser-

DE PROFECTIONE AD ELISABETH. 29
seruantia requiescebat. Beata porro anima illa
quæ areæ huic per singularem quandam deu-
otionem receptaculum fieri merebitur.

COLLOQVIVM.

HOc, sanctissima virgo, coeli terræque a-
mor & delictum, die, publicatus primū &
diuulgatus fuit maximus honoris titulus, & glo-
riosissimum omniū quæ habitura es aliquando,
elogium quod est mater Dei. Hoc tuis primū
auribus insonuit, idque sanctæ cognatæ tuæ ad
salutationē, & congratulationē vocis quæ tuæ ad
intima vsque viscera eius penetrauit, responden-
tis ore: Gratum tibi porro ô sancta sanctarum, fi-
lij mater, filia patris, & spiritus sancti sponsa,
fit, quod ad te cogitationem, & vocis meæ sonum
sustollam; quò te non modò Archangeli & Eli-
sabethæ affectu venerationeque salutem, sed
Domini eiusdem, quem tu ipsa filium, & qui te
vicissim matrem compellabat. Quam tibi vo-
cem & verbum toties offero & repræsentō, quò-
ties amabilissimum & suauissimum cor tuum
eodem tenerè commotum fuit. Dein tua deca-
chordum cantici tui psalterium venia tangat, te-
que præsentē versiculos eius percurram te obse-
crans, vt animæ meæ diuini illi affectus, sensus,
motus, quibus verba tua animabatur, inserantur.

In primo versu doces me sublime de Deo co-
gitare, magnificè loqui de eius magnitudine, do-
na eius efferre, bonitatem, misericordiam, sa-
pientiam, charitatem, simul, & incomparabilem
monarchiæ eius eminentiam palam facere, idque
non tam exterioribus quàm interioribus ver-

*magnifi-
cat ani-
ma mea
Dominæ.*

bis

bis, quæ simul omnes animæ facultates certatim animent & viuificent.

Non dicis, *Magnificauit*, vel *magnificabit anima mea Dominum*, sed *magnificat*, vt primum officium tuum, & gratissimum exercitium ostenderes fuisse, magnificare Dominum in terra agendo quod in cœlis agunt Angeli. Per hanc te prærogatiuā, obsecro, mihi gratiam vt præstes, sæpè vt faciam, quod ipsa facis assiduò, atq; dū filium tuum orabo & laudabo, id toto corde, toto corpore, tota intentione & attentione, mente tota & ore fiat. Da mihi, creaturarum omnium humillima & maxima, mundi vt mihi laudes desipiant, vtque inter magnificentias sæculares constituta, anima mea vnà cum tua, Dominum suum semper magnificet.

Miseri filij Adam, & pauperculæ filiæ Eux, suas in honoribus, voluptatibus & cōmodis delicias statuunt. At tu noli, obsecro, pati, vt anima mea ita fascinata sit, itaque erret; sed da vt gaudium meum & exultatio in illo tota sit, qui tuus erat totum, vt si quid mihi placeat vel displiceat, id in ipso & propter ipsum placeat, aut displiceat, id sit quod me ad ipsum conducat, vel ab ipso abducatur. Et quoniam exultabas nō tam quia mater Dei facta eras, quàm quod sanctam eius voluntatem fateres; mox ipsa subnectis, spiritum tuum exultare, non in maternitate, ob quā beatam te dicebat Elisabeth, sed in Deo salutari tuo; cui esse vel non esse verbi matrem, pro eius beneplacito perinde erat, id est, non tam donum quàm donatorē reuererbaris, non tam propriū quam quæ Dei erāt quærebas, amor proprius nullū in te habuit locū, & interiora tua purū ac

Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

perpe-

DE PROFECTIONE AD ELISABETH. 31
perpetuū holocaustum in odorem summe suauitatis Deo fuerunt. Quis mihi spiritum adeo purū ac purgatū dabit? quis penitos amoris proprii & philautiæ recessus à me amouebit? quis dabit, vt ad minimas ac tenuissimas fibras vsque is ab anima mea euellatur? Habeo, sanctissima mater, animam amore proprio transfixā, oēs eodem actiones meæ cōditæ sunt; quin nec ab eo liberae sunt intentiones; nam in omnibus propè me ipsum quæro, & vix aliquid in meo est sacrificiū, quod mundum ac purum sit. Respice me igitur, immaculata DEI; & ab hoc homine iniquo & doloso erue me, fac vt is moriatur, vtque eius loco nouus Adam, qui est secundum Iesum Christum filium tuum, in me viuat. Et quoniam potissima hominum pars Creatoris loco, creaturam colit, & dona respicit non donantē, quodque lōgē intolerabilius, bona data ad ipsum oppugnandum cōuertit, ingenio, mēte, corpore, honore, facultatib. pulchritudine, sanitate, diuitiis vigore, valore, animo deniq; omni eo, quod à liberali filij tui manu recepit, abutens, & omni ad hæc illum momento & assiduē offendit, fac obsecrō, Virgo sanctissima, hoc ne in posterum contingat, hoc vt monstrum & prodigiū mūdo eliminetur, monstrum inquam horrendum, & execrabile; vt scilicet ex iis ipsis bonis, quæ in nos De⁹ cōtulit eius offendendi occasionē trahamus; ob quæ tamen non modò illum amare, sed & toto vitæ tempore illi seruire & colere deberemus. Si verò in nobis nulla sequatur emēdatiō satius haud dubiè fuerit, sancta mater, nullū nos ampli⁹ ab eo beneficiū accipere quin & ea ipsa, quæ dedit, quibusq; adeo nequiter, coeli terræq; scandalo abutimur, amittere. At si humilitatē &

veram nostri nihili cognitionem haberemus, de qua immediatè post in cantico tuo loqueris, quã nobis facile foret, veritatem anitati præponere, nec oculis nostris principium, è quo formati sumus, ipsum inquam nihilum nostrum excidere permittere? Quàm facile inquam foret, nos ipsos, omnem sæculi pompam, & figuram mundi huius quæ præterit, & quidquid non est coniunctum illi qui ipsum est esse, contemnere?

Hoc porro loco sanctissima mater, & cælestis sapientiæ archiuum, duo primaria beneficiorum diuinorum principia ac radices depromis, quarum prima est à parte Dei, altera à parte hominum: illa est, vt diuina eius maiestas propitio ac benigno nos oculo intueri ac respicere dignetur: hæc verò, vt in nihilo nostro manentes, nullũ opponamus impedimentum, iis quæ in nobis & per nos efficere ipse voluerit: quod paucis illis verbis liquidò ostendis, *Quia respexit humilitatẽ ancilla sua*. Vtinam filio tuo placeat (placebit autem, vbi tibi pro me orare placuerit) me de illorum facere numero, in quos misericordiæ eius oculi benignum & latiore fluxum habituri sunt. Nam quantum ad nihilitatem extremam miseriam meam, ad eam certa est & euident, vt licet extremè cæcus sim, vanitas & superbia mea maxima, eam tamẽ inuitus nolens agnoscere compellat. Eam igitur fateor & assero, vel duntaxat obeas, quas sentio anxietates, & licet valsalus conscientiæ remorsus & synderesis esset, quæ nullam mihi quietem indulget; at sæpè mihi appetitum & quietem omnem eripit.

Omnes te mundi nationes dicunt, & dicent
bea-

DE PROFECTIONE AD ELISABETH. 33
beatam; dico & ipse, & dicam sæpius & amplius,
si (quod sperandum est) singulari patrocínio tuo
aliquando vita sempiterna & beatitudine coele-
sti doner. Ibi sum de numero illorum futurus,
quos filius matri suæ dederit, ibi de clientū &
adoptatorum tuorum societate, ibi orbe vniuer-
so conscio & inspectante inter priuilegiatos &
beneficiarios reginæ cœlorum recensebor, sum-
mæque mihi gloriæ ducam, si in perpetuum dica-
tur: Ecce qui Deiparæ suffragio & intercessione
salutem adeptus est, ac nisi illa fuisset, eadem ex-
cidisset. Ac tum lætitiæ mea non tam in propriæ
felicitatis aut beatitudinis bono, quàm in mise-
ricordiis, quas carissimus filius tuus in me in-
tercessione & interuentu tuo effuderit fundabi-
tur, ac dicat quoque esse vnum è *magnu* quæ tibi
& propter te fecit. Magnum siquidem fuit, ante
mundi te foundationem præuisam fuisse: magnū *Quia fe-*
ante temporum ac sæculorum constitutionem e- *cit mihi*
lectam: magnum præfiguratam fuisse in terri- *magna*
torio Eden: magnum fuisse iam inde à protopla- *qui posu-*
storum lapsu prædictam: magnum tot Patriar- *est.*
charum in ore, & Prophetarum in calamo ver-
satam fuisse: magnum à tot sæculis & generatio-
nibus expectatam: magnum haud dubiè fuit, im-
maculata Virgo, conceptio tua immaculata: ma-
gnum, rationis vsus tibi acceleratus, magnum,
præsentatio tua, cùm iam triennium ageres: ma-
gnum, viro aded iusto & sancto Iosepho in cu-
stodiam & tutelam te fuisse datam: magnū, eū &
sponsum & fratrem habuisse: magnum, ab Ange-
lo compellatam fuisse: magnum, imo ter maxi-
mum sine Virginitatis dispendio concepisse: in-
comparabile, esse Dei matrem. Inter has autem
magnitu-

magnitudines, mundi regina, enituit imprimis Ioannis in vtero Elisabethæ sanctificatio, nec è minimis futura mea est, quando eam à filio tuo mihi impetrare dignaberis, eamque ad terminum suum reducere. Quam si adipisci semel contigerit, veniet tempus, veniet etiam æternitas, quæ sæculis omnibus præteritis, præsentibus, ac futuris manifestabo, quod *per te fecit mihi magna qui potes est*. Tu electionem tuam eius tribuis omnipotentia, & nominis eius sanctitati meam ipse vicissim eidem & protectioni tuæ ascribam.

*Et misericordia
eius à progenie in
progenie
timentibus cum.
Fecit potentiam in
brachio suo.*

De hac etiam haud dubie misericordia loqui intelligebaris; dum illam à progenie in progenies diffusam esse addebas, tecum ipsa gaudens misericordiam Dei infinitam esse, æternam, & ad omnes qui eum timent, extendi. Si verò mei solius intuitu, alia quadam particulari opus est, propter extraordinarias meas iniquitates & ingrati tudines, memineris quæso, Virgo, potentia esse opera, quæ non nisi brachij sui virtute efficit. Hoc pacto Israel Aegypto eductus fuit, ita in terram promissionis introductus, ita omnia eius promissa, quoad Verbi incarnationem fuere adimpleta, ita virgo manens concepisti. Annon melius me illorum de numero esse super quos misericordiae suæ dextram extendit, quam de illorum, in quos iustitiae suæ sinistram exseret? Quam porro horrendum est in hanc manum incidere! Deposuit & dejectio Luciferi, sociorum eius ruina, confusio fabrorum turris Babel, Pharaonis submersio, mutatio Nabuchodonosor, Antiochi, aliorumque multorum spiritu & corde superborum, qui depositi sunt & humiliati, flagella re ipsa testantur verum esse quod ipsa canebas, ex-

*Deposuit
potentes
de sede
& exaltavit humiles.*

altan-

altandos econtra scilicet humiles, & imple-
dos bonis esurientes.

Horum de numero sum Virgo sanctissima, iu-
stitiam eius sitire & esurire incipio, hactenus
me mundi filique & fraces satiare non potuere;
omnis siquidem potus eius inquinatus est, qui
quò plus potatus est, eò maiorem sitim excitat.
Sathanas tyrannus quidam est, imò tortor corda
excrutians, quod quotidie re ipsa mundani expe-
riuntur, & ipse non nisi nihilum damno sum ex-
pertus meo. F. c. porro generosa ac potens bella-
trix, Iuditha valentior, & Deborah prudentior;
ut fortis ille armatus imperio dei jaceatur; quod
tam perfide & nequiter inuasit: es namque mons
perfectionis, & filius tuus lapis de eo sine homi-
num manibus regisus: lapis inquam qui statuam
quatuor mundi monarchias representantem de-
fecit, & per humilitatem suam in tantam cres-
cere debebat magnitudinem, eo ut orbis vniuer-
sus replendus sit.

Si ea mea erga bonz coelestia sitis foret, qualis
hominum plerumque erga terrena, quàm me be-
atum crederem! euidens enim signum foret &
argumentum, famem meam quamprimum sati-
andam. Obsecro te, pia mater; hanc ut mihi gra-
tiam obtineas, ut quam fieri potest citissime, fa-
rina Aegypti in me consumpta, gratiæ me manna,
quamdiu in perigrinationis huius deserto ago;
sustineat & alat.

Fidelitas quam Abraham eiusque posteritati ex-
hibuit, exacte & adamussim omnia promissa sua
adimplens, spem mihi suggerit, tecum & per te me, ab

*Esurientes
implens
bonis &
dantes di-
misit in-
anet.*

Damus

illo, velut filiū adoptiuū recipiendū, & spiritū filiationis, quem nobis comparauit, qui que dicere nos cogit, *Abba pater*, reliquo vitæ tempore mihi adhæsurum, donec in hæreditatem patrum meorum me introducat, vbi te cum illis, vt dominam & matrem in immortalitate sæculorum agnoscam. Amen.

MEDITATIO III.

DE NATIVITATE & CIRCVMCISIONE
*S. Ioannis præcursoris Domini nostri
Iesu Christi.*

PVNCTVM I.



Eus Pater cū in filij sui præcurso-
rem Ioānem elegisset, omnes boni-
tatis & misericordiæ suæ thesauros
in eū effudit, talem eum efficiens, vt
dum in lucem ederetur, nullus eo
maior natus vnquam fuerit. Voluit siquidem
primò, vt miraculose conciperetur: parentes e-
nim eius steriles erant. Secundò, vt filius esset
Sanctorum. Tertio, vt filius esset orationū mul-
tarum. Quarto, eius vt conceptio ab eodem nū-
tiaretur Angelo, à quo filij eius conceptio annū-
tiaretur. Quintò, quòd nomen Ioannis; id est gra-
tiz, ipsemet ei imposuerit. Sextò, quod magnum
illum coram Deo, id est in iis quæ Deus magni-
ducit, fore prædixerit. Septimò, vinum & fice-
ram & quidquid inebriare potest, non bibiturū;
sed

DE NATIV.& CIRCVM. S. IOAN. BAPT. 37
sed Nazaræi instar futurum. Octauò, spiritu sancto illum iam inde ab vtero matris replendum. Nonò, Domini illum præcursores fore. Decimò, in spiritu & virtute Eliæ ante illum præcessurum, conuersurumque corda Israelitarum multorum, paraturumque illi plebem perfectam & eruditam ad recipiendam legem nouam quam ipse edoctrus erat.

II.

Gratiz verò, quas Dominus in Ioannem non nisi semestrem matris in vtero effudit, hæ sunt: Primò, post Incarnationem suam primitias illum Sanctorum fecit. Secundò, ipsemet illum sanctificauit. Tertiò, vsum rationis illi & liberum arbitrium accelerauit. Quartò, fidei lumine intellectum eius illustrauit, suam vt præsentiam & Incarnationis mysterium agnosceret. Quintò, frequentibus affectibus voluntatem illius accendit accedentibus gaudiis & fructibus Spiritus sancti. Sextò, liberi illi arbitrij vsum continuauit; nam sine poenitentia Dei dona sunt. Septimò, toto illo trimestri, quo sanctissima eius mater Elisabeth, quò in pietate & piis operibus proficeret, auxilio erat, ita ipse quotidie nouos in contemporaneum suum, cognatum, vicinum, & futurum Baptistam splendores, illustrationes, & gratias instillauit. Octauò, eius intuitu & occasione prophetiz dono donati sunt & Elisabeth mater, & Zacharias pater; illa quidem eo ipso tempore, quo infans in vtero exultans se mouit, hic verò cum in pugillaribus eius nomen exarasset.

C 3

III. Mul-

Multa admiranda & notabilia eius in natiuitate contigerunt. Primum, eo ipso die quo circūcidendus erat, parentes, diuinitus scilicet inspirati & illustrati, ceteris licet cognatis refragantibus, dixerunt, *Ioannes est nomen eius*. Secundū, Zacharias cum ante linguæ vsum amisisset, tū eum recuperauit, & Spiritu sancto & dono prophetico plenus incepit canticū illud, quod quotidie ab Ecclesia repetitur: *Benedictus Dominus Deus Israel*; in quo primum Dei præconia, deinde filij quæ diuinitus acceperat, gratias recenset. Tertium omnium vicinorum & præsentium fuit lætitia, insigni reuerentiæ & admirationi coniuncta. Quartum, rei huius fama, plausus & stupor super omnia montana Iudææ effusus. Quintum & maximum, manus Domini erat cum illo, eumque vt prædictum erat, dextra sua obumbrabat, illi velut sagittam electam absconditam in pharetra sua faciens, id est, in omnibus eum actionibus tam interioribus quam exterioribus præcedurus, & mira per ipsum operaturus, in omnibus eum moturus, & directurus & auxiliaturus.

FRUCTVS I.

Non in solo Ioanne Baptista videmus, filios miraculose & parentum precibus conceptos, ceteris semper eminuisse & singulares fuisse: bernere quippe in veteri quidem testamento id licet in Isaac, Samuele, Salomone; in nouo vero in sancto Nicolao Tolentino, S. Bonauentura, Bernardino Senensi, Francisco de Paula,

& 2

DE NATIV. & CIRCUM. S. IOAN. BAPT. 59
& alijs. Ratio est, quia eò perfectiora Dei sunt o-
pera, quò immediatius agere diuina eius bo-
nitas voluerit: ita aqua in nuptiis Canēfibus mu-
tata in vinum fuit optimum, quò sapidius nemo
vmquam biberat: panes quoque multiplicati tā
dulces & grati palato comedentium fuēre, vt, E-
uangelista testante, illorum diu superfuerit a-
puđ homines memoria: si quando item agris sa-
hilitatem reddebat, melior illa & solidior erat,
quā ea qua ante morbum fruebantur. Nihil
ergo operante Deo cuiquam decessit, & consul-
tum semper cum eo agere & tractare.

II.

Archangelus Gabriel non minori animi ala-
critate ac promptitudine conceptionem, natini-
tatem, & officia Ioannis nuntiauit, quā postea
ad Virginem Deiparam retulit quæ de Dei erant
filio dicenda. Quoniam Angeli & veri serui Dei
omnem suam gloriam in sancta voluntatis eius
adimpletione statuūt, ab omni proprii commo-
di studio nimium quantum alieni. Ita Angelus
Raphael Tobie iuniori ministrabat, ita Angeli
nostri custodes circum nos non minori præce-
ptorum ac prædagogorum obeunt munia prom-
ptitudine, quā si cœlo empyreo non excede-
rent.

III.

Sicut hoc inter Dei & hominis verba discrimē
est, quod hæc purè significatiua sint, illa verò ef-
fectiua; vnde & homo mētiri potest, si quod pro-
fert, cum realitate & rei veritate non concor-
det: quod de Deo dici non potest vtpote qui, si res
nō existat, loquendo eam efficere ac producere
potest, ita & quoad electionem hominum,

C 4

quā

quam Deus facit, & eam quem Reges terrarum, ea est differentia, quod hi iis quos alicui officio præficiunt, perfectiones & dotes requisitas dare nequeant, nisi eas ipsi antè aut habeant infusas, aut acquisitas. Deus verò cum iis quos eligit, eodem modo facere possit & faciat, quo cum S. Ioanne Baptista fecit. Hinc & Ioannem illum appellari voluit, ad denotandum omnes gratiam in eo functiones operaturum; quas eius officium, munus, vocationisque eius adimpletio requirebat, ut scilicet Redemptori mundi viam pararet, & animas inter quas conuersaturus erat, disponeret, & aptas redderet.

IV.

Cum Angelus magnum illum coram Domino futurum dicit, maximam hoc verbo laudem, quæ in rationabilem effundi queat creaturam complexus est: cum alia omnis magnitudo non nisi mera sit illusio, idque triplici ratione. Primo, quod sicut nullum in mundo est Esse, præter id quod Deus dat, ita nullum bonum sit nullaque excellentia, quam non ipse communicet; & hæc est quam ipse nouit, quam ubi ipse nouit existere, tum verè est. hinc iudicium & existimatio eius penitus infallibilis est, quod de hominum opinione dici nequit, qui verà bona nec dant nec cognoscunt. Secundo, quod mundana magnitudo ab hominum mundanorum opinione dependeat, qui in re vel laudanda vel deprimenda numquam conueniunt: quin nec ii ipsi, qui quid laudant vel vituperant, suis in iudiciis constant: ac proinde magnitudo, quæ solam mundi o-

DE NATIV.& CIRCVM.S. IOAN.BAPT. 41
di opinionem pro fundamento habet nulla fir-
ma basi nititur, mobilis arena est, gallinaceus ad
omne flabrum mobilis ac vertibilis. Tertio, sub-
stantias nonnisi per accidentia cognoscunt ho-
mines: nihil porro adeo fallax & impostura sub-
iectum quam accidentium apparentia ac relatio.
Hinc Samueli Deus ait: *Ne respicias vultum, neq[ue]
altitudinem stature: homo enim videt ea que parèt,* 1. Reg. 16.
Dominus autem intuetur cor. In hoc vera sita am-
bitio, vt coram Deo quis magnus esse optet, qui
cum ipsa sit veritas, ad hæc boni nostri & perfe-
ctionis cupidus, displicet illi haud dubie, quando
illusoria quadam ambitione inescati, vento va-
nitateque pascimur.

V.

Sicut esse magnum coram mundo, est abunda-
re rebus quas mūdus magni facit & magnas cre-
dit, vt pote diuitiis, honoribus, dignitatibus, of-
ficiis &c. ita magnum esse coram Deo, est afflue-
re rebus quas Deus magni facit, virtutib[us]. in qua,
humilitate, obedientia, patientia, fide, temperā-
tia, & intima cum diuina eius maiestate vnione,
& verbo vt dicam vitæ sanctimonia. Et hoc pa-
cto tum Ioannes, tum sancti omnes magni coram
Deo fuere.

VI.

Notandum etiam quod cum sanctitati propriū
sit ita perfectè nos dirigere, vt cum Deo, nobis
ipsis & proximo optimè nobis conueniat; Ange-
lus Ioannem à tribus hisce laudet, dicens primò,
magnum illum coram Deo per gratiæ eius dona
C s fore

fore. Secundò, in virtute & Spiritu Eliæ illū ambulaturum, id est ardenti animarum conuertendarum, & ad perfectionem adducendarum desiderio astuaturum. Tertiò, non bibiturum vinum aut siceram, id est, erga se ipsum seuerum ac rigidum, & mortificationis operum studiosum futurum. Hisce tribus illum in rebus imitetur oportet is qui ad perfectionem contendere voluerit

VII.

Cum secundum Ambrosium & Venerabilem Bedam, rationis vsus in Ioanne iam inde à sanctificatione eius in vtero matris continuò permanferit, dicendum haud dubiè, trimestri illum proximè secuto, & toto infantie tēpore assidue animā mentemq; ad Deū contēplando sustulisse, & omnigenarum virtutum interiorum exercitio incubuisse. Quod & alij item piè de Ieremia, S. Iosepho, quin & potiori ratione de Deipara meditantur, multò verò magis (quod & vt fidei articulus credendum) de anima Christi Iesu, quæ à primo creationis suæ & in corpus infusionis, & personalis cum verbo vnionis momento, functiones omnes quam perfectissimas habebat.

VIII.

Magni refert à parentibus filios in amore & timore Dei educari, cum sæpè horum intuitu magnas ipsi Deus gratias elargiatur; vt in Zacharia & Elisabeth cernere est, qui Spiritu sancto repleti in prophetica oracula proruperunt, idque propter gratias Ioanni communicatas.

IX. Ali-

IX.

Aliud est habere Dei manum super se exten-
sam, aliud secum: extenditur siquidem super pec-
catores & iniquos, adest cum piis, id est, sicut di-
uina iustitia peccatores vt plurimū insequitur, i-
ga omnipotens eius bonitas iustis sanctisque a-
dest, perque eos mirabilia & magna efficit, om-
nibus in actionibus illos dirigendo, & in neces-
sitatibus protegendo: quod Isaias *in umbra ma-* *Isai. 49. 2*
nus Dei protegi, & velut sagittam electam in
providentiæ eius pharetra absconditam esse
appellat.

X.

Ignes triumphales & festi, quos vniuersus or-
bis Christianus in natiuitate S. Ioannis exultans
excitat, intelliguntur e verbis illis Angeli se-
quentibus, & multi in natiuitate eius gaudebūt;
ad ostendendum, ipsum esse qui primum Euan-
gelij fulgorem nobis attulit, quique sedentes
in tenebris & umbra mortis, iuxta patris sui
vaticinium, illuminauit, quique agnum Dei no-
bis ostendit. Quin & ignis suo splendore fidem,
& calore charitatem, quibus opera nostra co-
dienda sunt designat.

XI.

APOSTOLORVM, Martyrum, Do-
ctorum, Confessorum, Virginum, aliorum-
que Sanctorum natalem eo celebrat Eccle-
sia die, quo quoad corpus viuere desinunt, &
quoad animam in gloriam coelestem primum
ingrediuntur. Porro vt recte Sanctus Augusti-
nus

nus obseruauit, nonnisi tres secundum carnem natiuitates, in lege gratiæ ab Ecclesia celebrantur, ipsa scilicet Christi Domini XXV. Decembris, & sanctæ Matris eius VIII. Septembris, & S. Ioannis Baptistæ XXV. Iunij: cò quòd iuxta scripturæ testimonium, nullam à peccato originali immunem natiuitatem, præterquàm trium horum, non agnoscamus, quarum prima quidem, naturâ, duæ aliæ speciali Dei priuilegio id habuere.

COLLOQVIVM.

Hoc, vt cetera taceam, inprimis est, inter terræ, & coeli honores & magnitudines discrimen, quod hi charitatem plerumque augeant, illi diminuunt: vnde & sanctorum maximi sunt, qui peccatoribus resipiscentibus benignos se exhibent. Quod igitur auxilium & opem non sperem à te, magne Anachoreta, magne Martyr, magne Doctor, magne Confessor, magne Affinis & Baptista filij Dei? quis vnquam Sanctorum te maiorem ad præminentiam eius relationem & similitudinem ò cœlestis eius paranymphe habuit? stupor me inuadit, tua dum priuilegia intueor & considero, quæ nò possum quin admirer, & laudem eum, qui eadem in te effudit, Iesus cœli terræque decus, Patri suo, quantum ad diuinitatem, est vnicus, & matri quoad humanitatem: tu sæculi tui portentum, parentibus etiam tuis vnicus es. Ille natus è Virgine, tu è matre sterili. Illum Mariæ annuntiavit Angelus, te idem annuntiavit Elisabethæ: ille manifestatus fuit Iosepho, tu Zachariæ: prædixit Angelus Iesu illū appellandum nomine, idem te Ioannem nandū

nandum prænuntiavit: Deipara Iesum sine dolore gestavit, tu in vtero matris exultasti præ gaudio, & lætitia illam repleuisti: Maria per Iesum Spiritu sancto repleta fuit, propter te Elisabetha Spiritus sanctus repleuit: ille sine peccato conceptus, tu maternis clausus visceribus sanctificatus: illo nascente auditi sunt Angeli Cantantes & iubilantes in montibus Idumæ; tua per montana Iudææ annuntiata natiuitas stuporem omnibus mouit: Tria sacra in sanctæ eius natiuitatis die celebrat Ecclesia; tria item olim in beato tuo natali celebrata sunt: Ille natus circa solstitium hyemale, tu non procul ab æstiuale: Iesus in Aegyptum concessit, & potissimam pueritiæ suæ partem ibi traduxit, tu *Alcui-* iam inde à tenera ætate mundum deserens in de- *nus &* sertum concessisti: primaria eius scientia diuina *Amala-* fuit, tua infusa: tricesimum ipse vitæ annum ex- *rim.* spectauit antequam se manifestaret, tu item ad eundem annū obscurus delituisti: ipse à poenitentiæ prædicandi initium fecit, fecisti & tu: neminē ipse tibi prætulit, tu illum omnibus ille manifestauit, qualis esses in deserto, tu qualis ille in vrbibus: dixit ille te Prophetam & plusquā Prophetam esse, tu illum Agnum qui tollat peccata mundi: voluit ille à te baptizari & aquam manibus tuis sibi superfundi, tu Spiritum sanctum super illū descendentem vidisti, & vocem Patris de coelo delapsam audisti: loquebatur ille de te summa cum admiratione, tu indignum reputabas qui solueres corrigiam calceamentorum eius: Ille Herodem vulpis nomine designauit illius denotans vafritiem, tu illius incestum corripuisti: ille scribas sepulcra vocabat dealbata, tu *genimina vi-* peras-

perarum: Apparente Iesu in Ioanne oracula cessarunt, apparente Ioanne prophetia defecere: ille solerat, tu aurora quæ illum præcessit: ille magni consilij Angelus, tu Angelus & Dei nuntius: ille suos habebat Apostolos, tu Patris eius es Apostolus: ille verbum, tu vox: ille Ecclesiæ sponsus, tu paranymphus: ille dominus, tu seruus: ille Agnus, tu illum iudicasti: ille veritas, tu via qua ad eam perueniatur: aduersariam ille habuit synagogam, tu Herodiadem: ille in crucem actus, tu capite imminutus: ille de cruce sua depositus, tu carcere clatus: ille a suorum discipulorum aliquibus sepultus, tu à tuis: anima eius ad Patrum limbum descendit, tua eodem penetrans præcursoris ibidem officium egit: ille tertia post die resurrexit, tu illo moriente resurgens pluribus, vt verisimile sit, apparuisti: ille resuscitatus impatiuitate, subtilitate, agilitate & splendore donatus fuit, aureolis martyris, Doctoris & Virginis: eius excellentiæ & prærogatiuæ matri enarrare sunt ab Angelo dicente, quod ex illa nasceretur, sanctum fore, & verum Dei filium; enarrata ab eodem & tua, quando te magnum coram Deo futurum promisit. si ergo in gratia illi par extitisti, inferre oportet, & gloria illi te parem esse; si gloria, ergo & beneuolentia & amore. Cum verò beneuolentia tua non in vana complacentia, sed in solida dilectione consistat, fieri non potest, quin, si modo volueris, o summe Dei legate, tres mihi primarias, quæ in te mirifice eluxerunt, virtutes obtineas, humilitatem inquam, puritatem & charitatem, quæ me virtutes magnum coram Deo redderent, si

DE NATIV. & CIRCUN. S. IOAN. BAPT. 47
eas tantā comitaretur constantia & fortitudo,
quantam habuisti ipse; ut & sanguinem tuum
profuderis. Quam verò rara veritas illa quam
propter occubuisti! quam autem pauci eam pro-
fiterentur, ubi rei temporalis iactura timetur! quā
paucos magnus noster Dominus fidos seruos ha-
bet! quam pauci, qui non spiritum illum merce-
narium habeāt! Me ipse porro detestor, proprię
consciūs infirmitatis veritus ne horum fortē sim
de numero. Etsi enim nihil in mundo esse cen-
seam, quod nō quod diuinam voluntatem, (si mō-
dō ea mihi notoria esset) adimplerem, dicere;
facere, aut pati velim & desiderem; quis scit ta-
men, annon forsan hęc cogitatio illusio quz dā
sit, ab amore proprio & erga meipsum profecta?
Ecquod inter velleitates nobis communes & v-
sitas, & solidas voluntates, quę ordinarię esse
deberent, discrimen est? Per tuarū merita, in-
ter natōs mulierum maximē, te obtestamur; nō-
strarum ut mutationem & perfectionem obti-
neas, ut quacūque legitima occasione oblata,
cælum terraque videant, esse me fidelem clien-
tem eius & famulum, ad cuius vnius gloriam tu
vixisti, & cuius ad honorem tuendum san-
ctę & constanter vitam tuam
exposuisti.



MEDI-

MEDITATIO IV.

DE IIS QVAE CONTIGERVNT,
*dum Iosephus Deiparam Virginem sponsam
 suam deferere cogi-
 taret.*

PUNCTVM I.



Postquam, trimestri absens
 Virgo, è Iudæa montanis post-
 liminio domum rediisset, S.
 Iosephus vterum eius, huius
 rei planè ignarus, intumuisse
 videns, grauitè indoluit &
 corde afflictus fuit, eam tamè
 traducere & infamè reddere noluit, etsi id face-
 re meritò potuisset, nec apud parentes aut iudice-
 ces deferre; sed duntaxat in animo suo, clancu-
 lo eā deferere statuit, eò quòd esset iustus.

IV.

His in angustiis versanti apparuit de nocte se-
 cundùm quietem Angelus Dei, & ait : *Ioseph fili
 Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuā,
 quod enim in ea natum est de Spiritu sancto, & pa-
 riet autem filium, & vocabis nomen Iesum, ipse e-
 nim saluum faciet populum suum à peccatu eo-
 rum.*

III.

Tum impletum in Iosepho reuera fuit quòd
 Iob legimus, *Cum te consumptum putaueris, orie-
 ris*

ut vt *Lucifer*. ex angustiarum namq; abyſſo, in *Iob. 1. 27* quam hinc coniugis ſuæ ſanctitas, quam numquã non demirabatur; illinc verò vterns illius intumeſcens, qui latere nẽminem poterat, cum coniecerat, ſubito emerſit.

IV.

Sexto ferè poſt menſe ad iter Bethleemiticum ſe præpararunt, edicto Cæſaris Auguſti, quẽque ſua in ciuitate, vnde genus ducebat, profiteri iubentis, parituri.

FRUCTVS I.

SI verum eſt, certo quodam pondere, numero & meſura omnia à diuina prouidentia fieri; ſequitur haud dubiè eam Iosephi ſanctitatẽ fuiſſe, & eã nullus tẽpeſtate illi meritis par aut æqualis eſſet, cum ſolus ipſe in filij Dei nutritium, & verum ſanctiſſimæ matris eius coniugem ſelectus ſit. Et ſanè communis Doctorum ſententia eſt, omnibus illum ſanctis qui præceſſerāt gratiã præſtituiſſe: maiori ſiquidem illum innocentia fuiſſe quàm Abel, maiori pietate quàm Enos, maiori prudentia quàm Noe, maiori obedientia quàm Abrahamã, maiori ſpe quàm Isaac, maiori patientia quàm Iacob, maiori caſtitate quàm filius eius Ioseph, maiori cum Deo familiaritate quàm Moyſes, maiori erga populum amore & affectu quàm Samuel, maiori humilitate & manſuetudine quàm Dauid, quodque ſingulare eſt, illum, iuxta nominis ſui ſignificationem, & Prophetæ vocem, meliorationes & aſcenſiones in corde ſuo feciſſe de virtute in virtutes eundo, donec vide-

D

.ret

ret Deum Deorum in Sion.

II.

Easdem ob causas putarunt nonnulli illum matris in vtero sanctificatum fuisse, vsum rationis illi acceleratum, singulari illum reuelatione à Maria in coniugem delectum, non fuisse tum quidem senem, sed iusta ætate, simili ipsum voto virginitatem suam Deo vouisse; Iesum Christum facie illum retulisse, ad vsque manifestationem & primum prædicationis Verbi annum tricesimum scilicet vitæ eius, vitam extendisse; oculos illi à Christo oclusos, filium & Mariam lugubres in funere eius vestes induisse; vnâ aliis plurimis Domino moriente resuscitatum, cum Maria coniuge interim fuisse illam consolando, donec filius eius carissimus resurgeret, Christi apparentis penè semper socium ac comitem fuisse, vnâ cum corpore denique & anima cum ipso in die ascensionis in coelos sublatum; adeò vt hodie nonnisi tria coelo contineantur corpora ipsum Redemptoris Iesu, sanctissimæ eius matris, & coniugis illius Iosephi.

Lugubres recipit vestes viduara Maria.

Gers. in Ioseph.

Bernardinus senens.

Iustitia in sese virtutes cõtinet omnes

Et si verò horum pleraq; ab Ecclesia credenda non doceantur, certum tamen est illum *iustum* fuisse, ea inquam iustitia quæ omnes complectitur virtutes, habituumque omnium laudabilium complementum denotat; iustitia quæ mediis in tentationibus & aduersis illum in officio retinebat, quæ certitudinem illi virtutis ac culpæ apparentiam ostendebat: vt hinc discam excusare quidquid excusari potest, numquam temerè iudicare, in dubiis & perplexis rebus ad orationem confugere; & in primis nimium sensibus meis in plerisque rerum quas percipiunt, nõ credere, tam

re tam in iis quæ ad mores, quàm quæ ad fidẽ spectant:

III.

Quis Diuinam bonitatem & sapientiam non demiretur, quod mysterium hoc Iosepho reuelare noluerit, quod Zachariæ & Elisabethæ tam expressè reuelatum erat? Anne aliam ob causam, quàm vt Virginem, & sanctum eius cõiugem exerceret & probaret? hunc quidem, vt hoc pacto iudiciũ suum suspenderet, cum cogitationibus suis luctaretur; & sensuum perceptionibus non crederet; illam verò, quod coniugis sui dilectissimi anxietatẽ & perplexitatem vidẽs illam tollere minimè posset, quòd suum in tanti momenti negotio testimoniũ ac relationem vix admittendam crederet. Hæc porrò ita Dominus disponebat, ob magnum, quod ex huiusmodi afflictionibus & humiliationibus animæ accedit luerum: eadem quoque opera duos hosce ad perfectionem perducere satagens, & ad altiora disponere. Quàm verò bona illa est humiliatio & afflictio, quando nos in culpa non sumus, tum verò multò magis, quando oriuntur ex iis, quæ ex se ipsis meritoria sunt & laude digna, vti Virgini hic euenit, ex eo quod in ipsa summè excellens & admiratione dignum erat:

IV.

Vti insigthem Ioseph hac in re prudẽtiam, patientiam & charitatem patefecit: ita sancta eius sponsa profundam humilitatem, admirabilem in Deo confidentiam, & robur simul orationis ostendit. Has ergo virtutes exercebo, vbi falsis me pressum accusationib⁹ aut suspicionibus viderò;

D

dando

dando operam ne irascat, indigner, murmurem, meue excussem, si euidenter res vel ob scandalum tollendum, aut alij malo occurrendum, vel veritatem in magni momenti negotio prodendam, excusanda non videatur. In omnibus verò confidere debeo in illum, qui auctor, protector, & merces est innocentiae, qui ait *liberabit te veritas.*

V.

Cum Angelum Iosepho in somnis loquentem intueor, duo mihi documenta occurrunt: Primū non semper mendacia esse somnia, in primis dū ex adsunt circumstantiae & notae, è quibus clarè eruatur, ea quae videntur aut audiuntur, esse quid somnio maius, vt Pharaonis & Nabuchodonosoris somnia fuere: alterū, numquā diuinam deesse providentiā in prospiciendo suorum afflictionibus, vbi ex ad summum peruenerint.

VI.

Christus Dominus cū iam in mundum nasciturus esset, rationem adinuenit Nazaretho, quod *flos* interpretamur, egrediendi, vt pauculas illas quas materna in domo inter cognatos; & consanguineos habere commoditates, & vbi in cubiculo nasci, aliasque commoditates quae Iohanni Baptistae non defuere, habere potuisset, fugeret. Quam verò ob causam? vt perfectionis Evangelicae fundamentum iaceret, ostenderetque carnis se delicias detestari, paupertatemque diligere, reque ipsa proderet, mundum sibi nascēti, viuenti, & morienti aduersarium fore.

VII.

Ecquod inter adinventiones diuinas & cogitationes hominum discrimen est? inter cogitationes

nēs Regis cœlorum, & Regum terræ! Augusti edictum ē superbia, ambitione, iactantia & cupiditate ortum erat, dum plura & maiora iubet, quàm reipsa expleri poterant, totius scilicet vniuersi descriptionem, quasi illius ipse dominus existisset, cupiens vt singuli se illius esse subditos profiterentur, & tributum penderent. Econtra verò Christus Dominus nonnisi de humilitate, abiectione, patientia, tolerantia, paupertate, & subiectione cogitabat. Quarum vt tempestiuè praxim exerceret, cū adhuc matris vtero cõtineretur, in Bethlehem concedit, importuno tempore Imperatori paret, itinere aspero & difficili, diebus anni breuissimis, tempore lutofo, frigido & pluuio, a sinu gestatus, & comitante vacca, quam Iosephus pedes summa cum molestia ducebat, quæ, si fortè opus esset, matri lac in alimentum præberet, vel vt haberent vnde viuerent, & tributum penderent.

COLLOQVIUM.

Augusti Cæsaris, qui potentissimus orbis monarcha habebatur, & cui ipse velut subditus & cliens parebas, in Bethleem concedendo dignitas, ne vmbra quidem erat, si cum tua comparetur sanctissime ac termaximè Patriarcha Iosephe. non ita cœlum terra præstat, quantum tui ipsi præcellebas, si intueamur obedientiam quā tibi Angelorum simul & hominum Regina, & in ipsa filius eius, mundi monarcha præstabat, cuius ipse nutritius, tutor, & gubernator eras: ipse tamen proficisceris, iter suscipis, molestiam subis, vt illi obedientiam & obsequium deferas, teq;

eius clientem profiteri. Hinc patet, veros honores & magnitudines mundo planè incognita esse, eaque non esse in iis quæ ipse miratur sita, sed per altiora principia ea metienda.

Quis verò dignè riteque perpendat, qua animi humilitate, patientia, interiori resignatione, fiducia in Deum, & à protectione eius dependètia, iter hoc omne ipse confeceris? Quis exprimat, ecquæ animæ tuæ fuerint tum eleuationes, ecquo lumine interiùs irradiaris? Tum verò maxime, quando perplexitatem & angorem in quo agebas Angelus apparens è corde tuo sustulit, & incomparabilis huius mysterij substantiam declarauit. Quarum ut partem quis concipiat, scire antè oporteret, ecquæ extraordinariæ essent, licet ordinariè acciderent, Spiritus sancti cum anima tua communicationes & illustrationes, quænam virtutes tuæ diuinæ, ecquæ dispositiones tuæ interiores?

Si vel colloquia audiremus, quæ noctu & interdiu cum sæculorû magistra, sanctaq; coniuge tuâ miscebas: & imprimis ecquæ eius essent responsa cum tuam ipse anxietatem apud illam accusares: quomodo vicissim ipsa dixerit, quàm sibi graue ac molestum fuerit te huiusmodi in angore constitutum vidisse: quid cum Deo ipsa egerit, ut hæc perplexitate educeret. Annon tû ipsa, repente sanctissime sponse, singillatim, quænam Angelus sibi nunciasset, qualis Verbi conceptio fuerit, qualiter à Spiritu sancto visitata exposuit? quomodo & quam ob causam adeundæ cognatæ ab ipso facultatem petisset, quid sibi ab Elisabetha dictum fuisset, quid trimestri
apud

apud illam egisset, quid in Ioannis natiuitate & circumcissione accidisset, quid opus esse didicisset ad infantem recens natum recipiendum, quæ lintheamina, quæ fasciæ, quæ cunæ illi essent necessaria, quem ipsa vtero gestabat : quomodo nullam in foetu gestando molestiam aut incommodum sentiret, & quantum temporis ad partum restaret. Ex omnibus hisce aliisque sermonibus quæ tenèra nostra & humana intelligentia comprehendere nequit, accedente in primis vera & reali rerum adeo magnarum possessione, an non colligere Ioseph fili Dauid possumustuum in terra conuersationem diuinam magis quam humanam fuisse? Teque & Mariam duos in terra fuisse seraphinos vos mutuo ad sanctum sanctorum, quem penes vos velut pignus habebatis, & quicum continuo agebatis, & à quo purissimam coeli substantiam vos exsugebatis, interim dum terrenam à vobis ipse acciperet colendum & glorificandum prouocantes. Beate sponse, beatiôr Mater, & beatissime fili an-non hoc à vno in gratiam sperem alterius, me vt in vestrà protectionem accipiat, & cor meum, totaliter à terra diuulsam, totaliter totum vobis, & totum vnique vestrum consecratur, ea tamen præsupsita semper affectus mei differentia, iuxta maximam differentiam, quæ in vestris tam eximiis qualitatibus relict.

C O N C E D E Dulcissime fili, in matris tuæ gratiam charitatem; tu verò sanctissimæ Virgo, in filii tui gratiam impetra puritatem, tuque thesaurorum ineffabiliû custos

perfectam mihi obtine obedientiam, qua tum præceptis, tum consiliis & inspirationibus paream eius, qui in te præ reliquis creaturis tanta tamque eximia charismata & gratias effudit.

MEDITATIO V.

DE NATIVITATE DOMINI NO-

stri Iesu Christi in Bethleem

Iuda.

PUNCTVM I.



Vm tam è temporis termino, quàm interna animi exultatione coelitus data, sanctissima Virgo didicisset, beati partus sui tempus iam aduenisse, in quemdam loci, qui pauperum viatorum stabulum erat, angulum concessit, ibique in profundissimam raptam contemplationem filium peperit vnigenitum, eumque velut Deum suum supplex adorauit, & panniculis inuolutum reclinauit in præsepio.

II.

Heb. 1. 6. Fecit tum Pater æternus, quod eum fecisse scribit Apostolus dicens: *Cum introducit primogenitum suum in orbem terræ, dicit & adorent eum omnes Angeli Dei.* Et sanè omnes eum, vbi cumque demum locorum essent, profunda quadam reuerentia, etsi paruum in terra, adorarunt. Emisit deinde de illorum numero vnum (quem Gabrielem fuisse vulgo Doctores autumant) *imagi-*

maginario circumdatum corpore, & amictum lumine velut vestimento, qui pastoribus in vicina Bethleem vigilantibus & super gregem suum excubantibus hanc natiuitatem annuntiaret. Angelus hic insolito splendore illos circumfulgens ait: *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator in ciuitate David: & hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutū, & positū in praeseptio.* Interim dū hic ad Pastores Angelus loquitur, ecce subito innumera celestis militiæ multitudo apparuit benedicens & laudans Deum, & ait: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatæ.*

III.

Angelis digressis dixerunt Pastores adinuicē: *Transeamus vsque Bethleem*, & coram oculis videamus, quod factum Angelus nobis nuntiavit. Ergo festinantes intrarunt speluncā, in qua puerum cum matre inuenerunt; deinde reuerſi sunt, laudantes & glorificantes Deum, visaque & audita passim diuulgantes, vnde non minimus omnes stupor inuasit. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

FRUCTVS I.

Sicut natiuitatis suæ anticipare tempus noluit Dominus, etsi ad yteri materni tenebris & captiuitate egrediendum septimo aut octauo nasci mense potuisset, utpote qui actionum suarum Dominus esset, ac de se liberè disponere posset; ita & eius tempus prorogare noluit, sed præcisè, nouem mensibus iam perfectè completis in lucē

D 5

pro-

prodire voluit, scilicet à XXV. Mart. die, qua conceptus est, computando ad vsque vicesimam quintam Decembris, qua natus & vtero materno prodiit, ardentissimè cursum suum auspicari, & stadium suum passu giganteo decurrere desiderans, à summo coelo, vt Psaltes olim prädixerat, egrediens, & occurrens ad vsque summam eius, nec ymquā cursum sistens. Notadū autē, quod quando caelo suo, materni inquam vteri claustro egrediebatur, pedem in locorū omniū vilissimo & sordidissimo figere non horruerit.

II.

Annō rependere illum, & agnoscere gratitudinis ergò diuersoriū suum oportuit, in quo hactenus diuersatus, & nouem mensium spatio tam bene habitus fuit? Hinc ergo ortū habuere pretiosa illa gratiae dona, quae matri suae communicauit: hinc profundissima illa contemplatio, in quam tum rapta fuit; inde extraordinaria illa quae tum sensit gaudia, loca dolorum & pressurarum, quas ceterae dum pariunt matres pati solent; cum illā cū dolore parere nefas sit, quae sine carnali voluptate cōceperat: nā quāuis reliquo vitae tēpo repēnis & doloribus eā Dominus non exemerit, partum tamen eius à dolore immunem esse voluit. Vnde à pari inferendum est, si communionis, quae conceptionis quamdam imaginem praefert, tempore bene illum recipiamus, centuplo illū donario susceptionem hanc, bonam tractationem & praeparationem, quam illi excipiendo fecimus compensaturum.

III.

Sicut nouem mensibus viatorem egerat, ita se & esse comprehensorem ostendere voluit, idque dupli-

dupliciter, primò nullam matri, dū ab ea gestaretur molestiam afferens, deinde nullam dum nasceretur, & eadem egrederetur, incommo dū dans. Apparuit namque subito & repente ad pedes eius, non secus ac solis radius nubibus eū p̄pit, aut vitrum sine l̄sione, fractura, aut vi vlla pertransit: signacula namque virginutis non minùs inuiolata & integra in ea permansere, quā dum conceptus fuit; quod fieri sine vna corporis gloriosi dotium, quā penetrationem dicunt nō poterat. E quo discimus, nullam nos vñquam in eo suscipiendo aut colendo iacturam facturos.

I V.

Sanctissima mater recens natum adoravit; pedes illi velut Deo suo, manus velut domino, & genas velut filio osculata. Idem fecit & Ioseph, puerum adoravit, illique gratias egit, quod se ad tam eximiam dignitatem euexisset, se in nutricium, tutorem, curatorem, gubernatorem, instructorem, defensorem, verum mātis suæ sponsum, quin & patrem, prout vulgo credebatur, eligendo. Quis exprimat & describat internas responsiones quibus puer ille Deus vtrique intrinsecus respondebat? quis comprehendat, quid inter ipsū ac Deum Patrē eius agebatur? quomodo ad perficiendū obediētię eius opus, & ad pro fratribus suis patiendum se illi offerret? quomodo illum adoraret, benediceret, gratias ageret, & pro singulis nostrū velut pro omnibus & pro omnibus, vt pro vno duntaxat inuocaret.

Scribit Apostolus, quod in diebus carnis suę preces supplicationesque offerret ad Deū cū clamore valido ac lacrymis. Tū verò delicta in patrē suū admissa, animarum ruinam, deplorans, suos

suos Deo patri gemitus, preces & lacrymas tanta obtulit charitate, tamq; perfecto iudicio, quanto cum triginta trium annorum esset, quando in cruce exauditus pro sua, vt idem loquitur Apostolus, fuit reuerentia. His tamen omnibus non obstantibus veri erant omnes gestus eius, opera, vagitus, & pueriles agendi modi non ficti, non simulati, sed reales, quales ceterorum sunt infantium. Et in hoc in primis oeconomiae huius miraculum elucet, quomodo scilicet beatissimus fuerit, & gaudio plenus, ploraret tamē; quomodo immortalis & impassibilis per eiusdem gloriae principia, pauper tamē, tremēs & incōmodis obnoxius; quomodo inter Angelos simul & bestias versaretur; in coelo empyreo & stabulo, ad Patris dexteram, & mammillam matris. Talia scilicet amoris diuini erant stratagemata, tales adinventiones Altissimi.

VI.

Ex aliquorum Doctorum sententia, Angelorum apostatātū peccatum in eo situm fuit, quod futuram verbi humanitatem sibi praeferri nolent: quam boni e contra & morigeri agnouerunt, & supremæ patriæ actus coram ipsa exhibuerunt, lætissimi Virginis filium in caput non modò quantum ad diuinitatem, verum etiam humanitatem, & in quantum homo se habere. Hinc eum omnes non modò dum conciperetur, verum etiam dum nasceretur adorarunt: illorum symphoniam non aula Herodis, aut Augusti, sed humiles, innocentes, simplices, ab omni ambitione, auaritia & cupiditatibus inordinatis alieni Pastores inaudire: illorū vnus & forsā is Gabriel fuit, ipsis apparuit, ea quæ

quæ iam superius relata sunt narrans; huiusmodi namque hominibus Angeli apparere solent.

VII.

Cantant *Gloria in excelsis Deo*; nam ea quæ in terra ipsi defertur, si cum cœlesti comparetur, nulla est; si & irreuerentiâ nostram, distractione, diuagationem, negligentiam; præsumptionem, leuitatem, incôstantiâ intueamur, quibus fit ut non tam illum honoremus, quàm contumeliâ afficiamus. Docemur hic item, omnia ad supremum finem suum, gloriam scilicet Dei, referre.

Pacem verò terræ apprecantur, utpote quæ filiorum Dei character sit, & bonorum quæ habere homines queât maximum, & è qua filij adoptionis agnoscantur; tum verò maximè quando pacem cum Deo per gratiam, cum proximo per charitatem, & in seipsis denique habent, cū pars inferior superiori subordinata est. Apprecantur eâ quoq; nō hominibus boni ingenij, felicitis memoriæ, eximie scientiæ, magnique iudicij, nec diuitibus potius quàm pauperibus, magnis quàm paruis, *sed hominibus bonæ voluntatis*. In quo maximè Dei creatoris sapientia & admirabilis bonitas elucet, qui oēs nos similes & æquales in ea facultate, à qua vera nostra tum temporalis, tum æterna beatitudo dependet, condidit: quod aliis in rebus minimè præstitit, quæ parum aut potius nihil sunt; quoniam vnà cum hoc sæculo pertrāseunt, nosque diuinæ maiestatis oculis gratiores nihilo faciunt, sed causa sunt ut plura illi hoc nomine debeamus, ad maioremque rationē reddendam obligemur: verùm in ea quæ bonos nos aut malos, probos aut improbos, suos amicos aut inimicos, felices aut infelices reddere potest

com-

communem se patrem; & non personarum acceptatorem esse ostendit; cum omnium hominum voluntas æquè latè pateat & eiusdem capacitatis sit; ita scilicet, ut nec Deus ipse quidquam velle possit; quod non & ipsi velle possimus. Cæterum probabile est; illas spirituum coelestium regiones hinc recedentes stabulum Bethleemitem adiisse, ibique puerum natum adorasse, & Mariæ ac Iosepho enarrasse pastoribus se lætum hunc nuntium attulisse.

VIII.

Hoc porro Angelus Pastoribus Idumæis signum dederat; inuenturos illos himilum puerum parvum inublutum & reclinatum in præsepio; ut hinc discamus, Deum maiestatis in imis & humilitatibus potius quàm in summis & pōpis reperiri. Et signa, è quibus agnoscamus, num spiritualiter Christus in nobis natus sit, esse puerile vitæ innocentiam; silentiū in lingua; paupertatē voluntariam, & humilitatem vltionem. Hic porro cum D. Bern. dicendū, aut Deum errare aut mundum; sed quod hic tanti faciat quæ Deus contemnit & despicit.

IX.

Pastores oblata cœlitus reuelatione non neglexerūt; sed cōfestim sine vllō vltiori mādato in Bethleem se obtulerūt; ut hinc discamus quāprimū Diuinis parere inspirationib; nō in iis dūtaxat quæ præcipiūtur, sed & in iis quæ cōsiliū sunt. Probabile porro est, admirabile quemdā illos & benedicti puerili vultu splendore promicātē vidisse, qui mētes ipsorū penetrabat & viua quadā fide illos docebat, cū ipsū quem corā videbāt, Deum simul esse & hominē; mundi Saluatōrē, & promissum iam olim Messiam. Verisimile item est, illos hoc lumine illustratos in terram se prostratos

uisse, puerum adorasse & gratias egisse, quod in mundū venisset, illi supplicātes, suū vt opus p̄ficeret. Credibile quoq; aliqua illos munuscula p̄ paupertate pastoralī, obtulisse. Hinc colligo gratias & charismata diuina integra esse operationē Angelī nobilissimū effectū produxisse, posse me filiū Dei sub sacramēti Eucharistici velamine agnoscere, cū eum Pastores pannis inuolutū in præsepīo agnouerint. Deniq; memor eius, quod in Deuterōn. legitur, *Non apparebit ante Dominū vacuus*, non aliter coram diuina maiestate eius poplitem flectam, quā corde meo illi oblato.

X.

Pastores inde reduces omnibus quos obuios habuere visa & audita rētulerūt. Quatuor porrō hominū diuersa genera latū hunc nūtiū accēpere. Nōnulli siquidē audire quæ dicebātur, & admirabātur, sed ad alia intēti, & rebus suis distrācti, eō se cōferre nō potuere. Alij verō audientes quæ dicebantur, vel fortē etiā casu, stabulū quidē ingressi sūt, sed puerū matremq; minimē agnouere, imō ne hāsere ibi quidem viso tā exiguo rei apparatu. Alij, vtī Pastores, stabulū ingressi & admirati sūt, adorarūt puerū, & visa ad alios diuulgarunt. Alij deniq; cum Deipara propius puero adhāsere in corde suo quæ videbant fidei oculis, cum iis quæ oculis corporeis videbāt cōferentes, quæ ē Prophetarū oraculis didicissent, cū iis quæ corā intuebantur; quæ Dei filius ad Patris faceret dextram, cū iis quæ in sinu matris:

Tot etiā modis hodie in sacro missæ sacrificio audiendo se homines gerunt, cū tñ mysteriū hoc cōtinua sit suppliciorum & passionis Dominicæ commemoratio, nonnulli siquidē loquentē cōfessionēq; sacerdotē audiūt, dicta credunt idemq;

esse sacrificium quod olim in cruce, cruenta licet ratione, oblatum est; non dubitant, esse eundem primum sacrificium, eandem victimam, iuge Danielis sacrificium, quod quotidie ad delictorum ipsorum remissionem immolatur: sed occupationibus domesticis distracti, rebus mundanis immergi, negotiorum mole obruti, omnia præstant, non tamen id quod est officii & præcepti: alios ad sacra abire sinunt, ipsi vix Dominicis festisque diebus intersunt. Quidam verò sæpius sacro intersunt, concionatoris consilio parentes, sed minimè sibi præsentibus sunt, huc illucque respicientes, nec matrè nec filium agnoscetes, & eo egrediuntur modo, quo ingressi sunt, nouo insuper irreuerentiæ peccato grauati. Alij contra Prælati Pastoresque monentibus item sacra adeunt, & bonorum exemplo, mysterij magnitudinem demirantur, nihil minus hic agnoscunt quam olim pastores in præsepio, adorant, offerunt, sanctis resolutionibus & propositis pleni inde recedunt, proximumque eodem inuiant. Tales sunt qui actiuam hoc in mundo vitam agunt, qui ad gregem suum, ad familiam, ad negotia domestica redeunt. Quarti ordine, sed officio primi sunt boni Religiosi ac veræ Religiosæ, & quotquot contemplatiuam in mundo vitam agunt, qui ut plurimum cum Deo filio eiusque matre sanctissima agunt, in templis assidui, sacramentum Eucharisticum frequentant, ubi paruulus Iesus inuenitur, & ab illo per orationes, meditationes, colloquia spiritualia, piorum librorum lectionem, eleuationes mentis, aliaque spiritus exercitia, quibus assiduò Deo sibi que præsentibus sunt, non recedentes. Coniici
facile

DE NATIVITATE DOMINI 65
facile potest quantum hi alios superent & antecellant, & quibus se Deus modis illis, non verò aliis communicet.

COLLOQVIVM.

Quid video in stabulo?
Violam, rosam, lilium.

O Trinitas mirabilis,
Ioseph, Maria, filius!

Igiturne immortalis, mortalis; inuisibilis, visibilis; impassibilis, passibilis; creator creatura factus est? Natuse igitur ille Dei filius, natuse ille Mariæ filius?

Dicite cœlestes habitantia numina sedes

Numina, quæ natum fertis adesse Deum;

Dicite, quis puerum cœlo deduxit ab alto

Dicite, quis matrem iussit adire sinus?

Dicite quis glaciem, quis aquas a frigora bruma,

Quis iubet implacidos sub Ioue ferre notos?

Beatæ Intelligentiæ ac mentes, quibus plena horum mirabiliū notitia data est, quique eadem aliis cōmunicastis, dicite, obsecro, & enarrate nobis, cur tam mira, & noua Deus opera aggrediatur?

Hei mihi mortales, nimirum saxeæ vobis

Pectora, ærant, ipso frigidiora gelu:

Sint hominum, inquit, sint corda silex, sint denique saxum,

Nascentur & in stabulo, condantur & in silice.

Ita se verè res habet, mi dulcissime Iesu, corda nostra vanitate, sordibusq; plena erāt, dura, & in te amando frigida vita nostra sordida à bruto-

E

rum

rum vita parum distabat, animæ ab omnigenis passionibus huc illucque agitabatur, & obuiis quibusque diuersorij, erant loco; quando ipse magnitudinis tuæ inclinans cælos, me sequi currendo decreuisti, utque me ad te pertraheres, mihi similis fieri, mea vestiri veste, me vbicumque demum, locorum latitarem, tam in stabulo quam palatio, quærere; utque semel perfectè scirem, nihil esse quod impediret quo minus ad me descenderes, teque mihi vnires, modò agere te sinerem, voluisti mihi ostendere nec vanitatis meæ foenum, nec miseriæ paleam, nec peruersorum habituum duritiem, nec passionum sordes, nec irascibilis & concupiscibilis meæ partis brutalitatem impedimento tibi esse, quo minus ad me delabereris; ea tantum conditione, hac ut imposterum mihi displicerent.

Quis ô mirabilem Deum, sufficientes pro dignatione hac tibi gratias agat, quis dignè vnamquam talem misericordiam agnoscat nisi tu ipse, qui noster pater simul es & frater, iudex & aduocatus, sacrificus noster & sacrificium, Verbum & beatitudinis nostræ obiectum, denique nostrum TOTVM es in omnibus. Millies tibi hoc nomine mater tua sancta gratias egit, millies & S. Ioseph; sed quid dicam de anima tua & eo cui personaliter illa vnita est? Cor tuum verum est altare, in quo pacificam in gratiarum actionem hostiam; victimam pro peccato, denique & in reciproci amoris testimonium me immolare par est holocaustum.

Vndenam verò fieri dicam, quod mundus tam cito

cito te deferere inciperet, & quotidie etiamnū tam multi te simul & matrem tam indignè domo sua proscribant & eliminant? Millies mori malleti Domine, quàm horum esse de numero. Tu autem incessanter & assiduò cordis mei ianuam oberras; nomine me proprio compellās, tamque dulcibus me inspirationibus ad te alliciens; ut nisi tigride sim durior, amoris tuo cedere debeam. Veni igitur Domine, veni, domum meam subi, quæ tua tamen potius dicenda quàm mea possessionem hæreditatis ad te spectantis adi: si verò per imperfectiones meas aliquando te recedere compellam, reuertere obsecro desiderium collium æternorum, reuertere statim, veni & voca me: vocem quippe tuam ilico agnoscam & audiam; pulsa ad ianuam meam, tibi mox aperiam, teque optimo cordis mei loco ac diuersorio excipiam. Ad votum ibi hospitaberis: te quippe magno cum affectu tractabo; reuerenter colam, tenerè complectar, & fideliter sentiam.

Cæterum anima mea; etsi ad nos venire Deus noster decreuit; suæ quodammodo magnitudinis immemor, non eam tamen nos contemnere oportet; sed eò reuereri magis, quod nostra causâ eam dimittere videatur. Cogita ergo primum, infantem quem cernis, Deum esse maiestatis, cuius sedes cælum est, & terra scabellum pedum eius, quique sedet super Cherubim & Seraphim: memineris esse illum qui Patris est splendor & imago bonitatis eius, per quem creantur omnia, cuiusque virtute sustinetur omnia: erubescere anima videns, cum qui aded

excelsus & potens, sed se demisisse; nos verò iniquitatum onere grauatos in tantum insolescere & vanitate turgescere. Utinam eum diligamus, ut diligere reuera meretur! utinam ita ut oportet nos deiciamus & humiliemus! quàm verum esse comperiremus, seipsum annihilare, esse in ipso exaltari?

Pauper
sum, &
in labo-
ribus à
iuuētū-
te mēta.
Psal. 87.

2. Reg. 18
8.

O summe puer, qui in pręsepium nos inuitas, ut repuerasceremus; quiq; postea, si saluari, & ad vitā ingredi velimus, sicut paruulos fieri debere nos dixisti, nos pueros fac innocētia, humilitate paruos, silentio mutos, & in eharitate teneros. In quatuor his vera sita est deiectio, quę nos coram Deo Patre tuo magnos reddere debet. Et quoniā iam inde à pręsepio vsque ad mortem tuam, velut inseparabiles & indiuiduas socias (ut ipse prędixisti) paupertatem, contemptum, dolores, labores assumpxisti, idq; tanto humilitatis signo, ut hæc ipsa quę voluntaria erant, nonnisi coacta viderentur, & proinde viliora & abiectiora, eligendo vitę genus, quod mundanę vitę repugnaret, tuo ut exemplo errores & fraudes sæculi detegeres, famulosq; tuos in veritatis viam reuocares. O Princeps sapientissime, o tenerrime ligni vermicule, qui octingentos interficis impetu vno: puer fortissime qui tacēdo doces, & operādo taces, me sine strepitu tua sequi doce vituperia & contemptum: fac ut in corde meo affectus omnes mundani emoriantur, nec permittas, adeò ut sim miser, ut te pro me nato; vitam ita instituam, quasi pro me natus non fuisses, itaq; taceam, quasi nihil ipse pro me pręstitisses.

Tuū verò inprimis est, Virgo dignissima, tuū quoque sanctissime eius sponse, potenti vestro auxilio

auxilio, gratiā nobis impetrare, qua in corde nostro mirabilia, quorum ipsi pars & oculati testes fuistis, conferre sciamus, ita quidē, vt voluntates post efficaciter sequantur lumen quod illis intellectus suggererit, reque ipsa ostendamus quid apud te in stabulo fecissemus; quod fiet in obsequio, reuerentia, honore, deuotione, & pio erga venerabile sacramentum Eucharisticum cultu, in quo paruo magnum & quidem sapius & diutius apud nos habemus Iesum, quam olim in stabulo fuit, & inter mortales egit. O Iesu Iosephi honor & Mariæ amor, qui te non diligit, quid quæso diligit? qui te non demiratur, quid tandem miratur.

MEDITATIO VI.

DE CIRCVMCISIONE DOMINI nostri Iesu Christi, deque sanctissimi nominis Iesu impositione.

PUNCTVM I.



ET filius cum Patri in ineffabili Incarnationis suæ actu paruisset, legi item Mosaicæ, & præcepto circumcisionis, etsi nec peccator, nec peccato ob triplicem illam vnionem quam iam supra discussimus, subiectus esset, imo ne hæres quidem culpæ Adami, vtpote qui communi generationis ordine ac via ab eo non descenderet, subiici voluit.

II.

Christi Domini corpus à Spiritu sancto compactum

paſtum & formatum fuit, proinde ſenſibus quæ perfectiſſimè pollebat; hinc dum circumcideretur grauiſſimum in carne ſua dolorem ſenſit, & quidem ceteris infantibus maiorem, qui tamè ſæpenumero intermorièbantur, præſertim dum cultro petrino circumciſio perageretur, quali filium Moyſis Sephora, & filios Iſrael in ipſo terre promiſſæ introitu Ieſue circumcidit.

III.

Veriſimile eſt à Ioeſepho puerum non ſine magna amaritudine cordis illius, & huius obediètiæ quæ ſe legi Moſaicæ ſuppoſuit, circumciſum. Què deinde Mariæ Mater eruentū & lacrymantē recepit, ac tum ſanctiſſimum Ieſu nomen illi, vti Angelus prædixerat, inpoſitum fuit.

FRVCTVS I.

SVpererogatoriæ cuiuſdā obediètiæ opus fuit, tum Ioeſepho, tum Mariæ, tum puero, quod ſe legi tã rigidæ, & poenofæ ſubiècerint, cū tñ ad eam minimè tenerentur: vt ipſe diſcam de iugo quodam ſuauiori, quod eſt lex amoris, & de ſanctorum mandatorum obſeruatiōe nō conqueri,

II.

Nemo melius ſanguinis effluentis, & pelliculæ recisæ pretium dignitatēque perſpectam habebat, quàm iſ ipſe qui cultrum admouit, & ea cuius gremium ſanguine rubricauit. Si quid illius nobis reliquum eſt, vt quod Romæ in loco qui ſancta ſanctorum dicitur, viſitur, credendum ſumma id illorum charitate, diligentia, pietate, & ſingulari inſpiratione aſſeruatum fuiſſe.

III.

Circumciſio, non ſimplex in Domino noſtro Ieſu Chriſto dolor & pœna fuit, vt ceteris in par-
uulis

milis, qui plenum nondum rationis vsum ad agendum, cooperandum & apprehendendum ea quæ patiuntur, habent; præter dolorem fuit etiam sanguinis sui oblatio, & interior quædam actio, quæ trium eximiarum virtutum actiones in se continebat; primam obedientiæ in re ardua, quæque nulla ad se ratione spectabat; per quam insuper ad vniuersam se legem obligabat, prout Apostolus obseruat, alteram humilitatis; quod, cum non esset, neue esse posset peccator, peccatoris tamen caractere voluerit insigniri, & iis accenseri: tertiam patientiæ, cum in animo gauderet oblatam sibi amoris sui tam maturè nobis ostendendi occasionem, & quod videret vitæ suæ horizontem sanguinis effusione rubere, nobisque velut arrhas, quibus se quod reliquum haberet in corpore sanguinis circa vitæ extremum, è vulneribus suis effusurum se sponderet, daret,

Gal. 12

I V.

Tribus Dominus locis sanguinem effudit, & triplicium hominum manu. Primò, in circumcissione, manu ministri ad hoc officium designati: Deinde in horto GETHSEMANI, quando se ipse prouocauit, & doloribus habenas laxauit, qui mistum sudori sanguinem venis elicere. Tertio in Pilati prætorio, & in monte Caluariæ, iniustæ huius iustitiæ executorum opera. Vnde me ad patiendū, & ad sanguinē datā occasione triplici hoc modo effundendū preparare debere disco. Primò me subiiciendo iis, quæ ministri Dei, superiores mei scilicet, vel Confessarii de me statuent. SECUNDO ipsa poenitentiae opera in me exercendo, in & corpore

D 4

me.

meo, vt dicebat Apostolus, mortificationem Iesu Christi portando. Tertiò, patienter superuenientes rerum iacturas, dolores, iniurias, calumnias, & alias afflictiones, quas Satan, aut eius cli-
entes mihi afferrent, tolerando.

V.

1. Cor. 10.
10.

Quando scribit Apostolus omnia in figura Hebraeis contigisse, non ideò duntaxat est, quod lex mosaica Euangelizans quodammodo vmbra & typus foret, verum etià, quòd, vti Philo Iudæus & S. Hieronymus exponunt, litteræ cortex, & exteriùs legalium decretorum ac cæremoniarum schema, nonnisi figura esset medullæ sub cortice latentis, id est sensus moralis, vel tropologici, mystici, & anagogici. Verbi gratia, cùm lex præcipit, non obligandum os boui tritुरanti,

1. Cor. 9.
9.

Nunquid de bobus cura est Deo? rogat Apostolus. Sensu morali vetuit operariorum & seruorù mercenariorum mercedem æquo diutius retineri. Item cum victimam offerri noluit cauda, aut aure truncatam, designare voluit, opus bonum debere ex obedientia fieri, & ad extremum vsque perseverare. Dum plumas auis immolata in locum cinerum abiici iubet, mortem nobis & no-
uissima in memoriam insinuat reuocanda, quando fortè vanitatis aut nimie prosperitatis alis abriperemur, aut extra moderationis ordinem auolaremur. Dum cygnus sibi vetuit offerri, detestari se hypocritas ostendit, virtutum quidem pennas exteriùs albicantes, sed cute nigricantes & introrsum corruptos. Ab altari quoque suis proscripsit omnem auem rapacem, non patitur item eleemosynas è rapto, aut malè parto, oblatas. Itè vetans, ne hoedus in lacte matris suæ coquere-
tur

DE CIRCUMCISIONE DOMINI. 73
tur, docuit ne afflictionē afflicto superaddamus.
Linum simul & lana eidem telæ ne intexeren-
tur, quòd odio habeat dolosos & duplices corde.
Atque ita de aliis plurimis moralitatibus quas
Philo recenset, inter quas etiam, expositore Mo-
se ipso, numeratur circumcisio corporalis, per *Deut. 10.*
quam spiritualis denotabatur: *Circumcidit*, in- *16.*
quit populo suo Deus, *præputium cordis tui*. Quod
cum Iudæi minimè facerent, hinc eos S. Stepha-
nus suo tempore *incircumcisos cordibus & auribus* *Act. 7. 51*
vocitavit.

Ex hac ergo Domini mei circumcissione di-
scam circumcidere à voluntate omne malarum
inclinationum genus; ab intellectu omnem cu-
riositatem, superstitionem, distractionem, diva-
gationem; à memoria omnes vanitatis & stoli-
darum cogitationum imagines; ab oculis, auri-
bus, aliisq; sensuum meorum functionibus quid-
quid animæ splendorem pulchritudinemque læ-
dere & diuinę maiestatis oculis displicere potest
eodem quoque modo circumcidam diuitias, ho-
nores, delicias, & omnem sæculi pompam; in-
mentem reuocans, quinque Domini mei corpo-
re sanguinem instrumentis elicitum esse, cultro,
flagris, spinis, clauis, lancea, vt hinc discam, eius
in gratiam, & propter nomen eius, quinque sen-
sus meos mortificare, & omnem ab iis excessum
& superfluitatem rescindere, cum mei ipse causa
liquorem ad vitam trahendam maximè necessa-
riam effluere passus sit.

VI.

Ex nominis Domino meo, Patre ita iubente &
disposante dati, impositione discam, Iesum esse
nomen Verbi incarnati, CHRISTVM verò co-

E 5

gno-

gnomen. IESVS nomen esse proprium, CHRISTVM, appellatiuum; IESVM nomen personæ agentis, CHRISTVM patientis; IESVM nomen impositum, CHRISTVM electum; IESVS, quoniam in alijs est, CHRISTVS quod fit in seipso; vel, IESVS quoniam saluum faciet populum suum, CHRISTVS, quod fit super coheredes suos constitutus; IESVS, quod diuinitate imbutus, CHRISTVS, quod omnium sit prædestinatorum princeps. IESVS, ob sanguinis sui effusionem, CHRISTVS propter gratiæ suæ communicatiōnem.

VII

Isai. 63. 2

Nominis Iesu excellentia ac dignitas tum ex eiusdem institutore, tum ex significatione erui potest; Datoris dignitas & maiestas tanta est, vt sit Deus ipse, qui, si dicere fas est, in commutationem eius, quod filius suus sit Verbum, quod suam ipse substantialiter essentiam nominat, illi, vti prædixerat, hoc nomen Archangeli ore dedit & reddidit; nomen inquam, quod repræsentat & quod est, & quod facit, eod quod cum ineffabili & inenarrabili nomine IEHOYAH, (quod à substantiuo HAIACH, id est ESSE, deriuatur, quodque parua commutatione, addita scilicet littera serui *scim*, h. e. *Iafach*, quod saluare denotat) coincidat. Ceterum vti ESSE absolute, Deo vnice conuenit; ita quoque *Saluare* nulli nisi Deo quadrare potest. Adeo vt nomen IESVS nobis ob oculos ponat quid in se, quid in nobis, & quid pro nobis

bis fit. In se namque Deus est, atque hoc à Patre mutuatur, Homo est in nobis, hoc porro à nobis habet. Pro nobis satisfacit, atque in hoc saluator est. Vt Deus enim, pati non ~~posset~~ poterat, in quantum homo, non satisfacere: vt saluaret ergo & satisfaceret, esse debuit Iesus, & homo Deus, Hinc singulari quadam reuerentia hoc nomen dum pronuntiatur, prosequimur, & ad illud omne genu flectitur coelestium, terrestrium, & infernorum; quod in ceteris Dei nominibus non ita singillatim fit, quorum tanta non est emphasis, neu adeò expressè quid sit in se, in nobis, & pro nobis repræsentant, vt hoc nomen hominibus maxime amabile, & diabolis terribile.

VIII.

Illi ergo nomen hoc non honorent, vel qui inimici sunt crucis eius, vt infideles; vel qui diuinitatem eius negant & oppugnant, vt Ebionitæ & Valentiniani; vel humanitatis eius veritatem conuellunt, vt Marcionitæ; vel denique qui beneficia, quæ hoc nomine includuntur, non agnoscunt, vt reprobati.

IX.

Magnæ consolationis occasionē emitteremus, si taciti præteriremus, quod quemadmodum veteres Imperatores Asiatici, Africani, Gothici, Germanici, & Britannici nomina & titulos sibi pro Prouinciarum quas subegerant qualitate, & hostium interfectorum multitudine imponebāt, ira e contra Dei filius velit IESVS, tum ob qualitatem salutis quam adfert, quæ ipsa æterna est, tum ob sanguinis, non quidem inimicorū, sed suis ipsius
venis

venis effluentis effusionem, quem proinde illo ipso die coepit effundere quo hoc illi fuit nomen impositum, appellari.

COLLOQVIVM.

Paterinus, qui hoc tibi, dulcissime Iesu coeli terraq; nectar & ambrosia, nomen adeo quidam Angelis admirabile, hominibus amabile, & demonibus formidabile dedit, fuit ipse Pater tuus. Alius praeter ipsum hoc tibi non potuit impingere, uti nec praeter te alius vicissim, beatificè illi essentiae suae nomen pronuntiat. Ab ipso Esse tuum quoad diuinitatem mutuaris, & per ipsum humanitatis tuae Esse habes: ab ipso ergo hereditare debebas nomen, quod te simul & Dei & hominis esse filium declararet. *Cant. l. 3.* O nomen illustre, nomen radiosum, nomen suave, nomen oleum effusum in capita nostra, nomen quod manna, mel & balsamum in vniuersum Ecclesiae corpus distillat: nomen primogeniti Dei, nomen Saluatoris mundi, nomen filij Mariae, nomen alumni Iosephi, nomen quo nullum vmquam fuit dignius, quod sua sibi diuinitate ipse pmeruit, ante quod summa cordis humilitate & reuerentia se prosternit quidquid coeli ambitu continetur. Quis dabit mihi pennas ut ab Oriente in Occidentem, ab Aquilone ad Austrum volitem, & ad omnes terrae nationes nomen hoc deferam! Quin totus lingua sum, quò ipsū assidue & incessanter pronuntiem; totus mens, quò ipsum continuò admirer; totus cor, ut de eo assidue cogitem, & irreuocabiler ipsum diligam. O dulcis Iesu, ô magne Iesu, ô paruule Iesu, quomodo sub his syllabis la,

his latitas? quis hoc nobis velum explicabit, quis hanc arcam Setim adaperiet, quis nos in hoc sanctum sanctorum introducet? Vos quæso Cherubini qui pedes & facies vestras, quasi erubescences, tegitis, quod tam paruo (etsi maximo) affectu & reuerentia erga illum, qui sanctuario hoc continetur, feramini admirationum & raptuum vestrorum, quibus abripimini, dum nominis huius emphasin & efficaciam consideratis reddite participes. Si verò ipsum debite, & ut oportet pronunciare, aut de eo cogitare; aut illud adorare nesciamus, nostram quæso infirmitatem, ignorantiam; & defectum supplete, o beata & semper accensa Intelligentia

Tuque diuina Mater, quæ prima in dolorosa hac circumcissione dixisti, *IESUS* erit nomen eius, protus à coelesti nuntio inaudieras, aliquot in nobis splendoris huius, quo anima tua plena erat, cum primum sacro ore tuo nomen hoc prodibat scintillas accende. Tuque Angele terrestris, homo diuine, & palatii imperialis in quo altissima commoratur Trinitas custos, sancte Ioseph, expone nobis aut experiri concede sancti cordis tui raptus quos quoties, *Accede ad me fili mi Iesu*, dicebas, & ille vicissim respondebat, *Venio ad te Pater mi*, sentiebas. Ut te simul & sponsam tuam per nomen quo audio nihil negare potestis adiure & coniurem, satis est vos orare per nomen & amorem *IESUS*. In hoc igitur nomine, & per hunc amorem vos coelestis sponse, teque diuina sponsa, sancti huius nominis exaltationem, & regni Iesu dilationem, quoad meritorum eius applicationem, sanguinis sui efficaciam, & dulcissimorum eius desideriorum in tot animarum, quæ de illo, & de vobis

vobis nihil dū inaudiēre cōuersionē adimpletionem rogo. Quando mare transimus, & vasta illa terrarum spatia multò patentiora intuemur, quā illa ipsa in quib: nomē Iesu inauditū est; in diuinorum iudiciorum oceano mergimur; & quid aliud facere possumus quā patri cognitionis gratias agere, quod suum nobis filium dederit, & gratiæ vocationis nostræ magnitudinem tum per propriam excellentiam; tum propter doni dignitatem agnoscere; participes tamen, velle reddere, modò liceat illos, qui nostri sunt, & vestri ex parte Patris fratres, & conari vt non secus ac nos adoptentur, & in communis omnium nostrum matris, Ecclesiæ inquam, gremium admittantur? O Maria, per viscera, quæ filium hūc gestarunt, per vterum quo nouem mensibus conclusus fuit, per brachia, quæ toties illum amplexa sunt, per vbera, quæ toties suxit, per dulcem matris nomen, quod cor tuū & aures toties, tetigit, per nomē Iesu quod tāta pietate, reuerētiā & amore labiis ipsa tuis pronūtiasti, exaudi nos, & præsta, vt nominis huius promulgatio diutius non differatur.

Animabus illis quotidie infernus repletur; pro quibus ille effusus fuit sanguis, qui SALVATORIS illi nomen peperit. Quid verò pro iis tam pretiosum opus liquorem effundere; si incassum cadat? Iam à mille sexcentis annis REDEMPTIONIS illarum solutum est pretium, & ipsæ adhuc Principis tenebrarum sunt mancipia. An verò idcirco nostro pulsus hic est orbe, vt in alium, & capaciorem & vberiore nostrum se reciperet? O re intolerabile, satana regnū patere lacius quā Christi.

sti, eius portionem tantò esse meliorem, quantò plus sit aqua salis quam dulcis; plus terræ non auriferæ, quam auriferæ? Hoccinè semper feres mater clementissima? Certum quidem est omnes damnatorum animas ne obitum valere, & filij tui portionem exiguam, si non quantitate, certè qualitate præualere. Sed tamen & qualitati iungi posset quantitas, & nulla perdi anima, quæ non esse de numero saluatorum possit, nec vlla esse, pro qua sanguinem suum IESVS non effuderit, suaque Patri merita obtulerit: nulla, cuius IESVS non sit IESVS, &, si non sit, cuius non statim esse IESVS velit. Dicendumne igitur, mater, imò an non satis & nimis quàm dictum est, hæc omnia illi frustra fore, eò quòd sanguis adeò liberaliter effusus efficaci, & singulari quadà ratione non applicetur? Vel vnā duntaxat eius partem accipe, sufficiet nobis illa, quæ vel de spinarum eius minima defluxit. Quod si & hominum fuerit, sufficiet vel vnica oculorum lacrymula, vnus oris eius halitus, vnus oculi ictus ex omnibus illis quos in te olim coniiciebat, vnica matris compellatio, vnica lactis tui in os eius effluentis guttula, denique solus Incarnationis eius actus. Quorum omnium vel minimum nimis quàm ad tales animas, & post illas etiam infinitos mundos emendos & redimendos est pretium sufficiens.

Peccatū ergo enorme esse malū dicendum est, cum per ipsum solum tantum impediatur bonū, tantorum meritorum diuertatur influxus, cum ipsum intercessionum ac suffragiorum tuorū fractum intercipiat. Qui te, o monstrum detestabile

bile! ô prodigium terribile! ô vnice Dei & hominum inimice, pellet, proſcribet, quis mortem tibi adferet? Sed quidamnon vitæ auctor moriendo ipſum exſtinxerat? Tuné ergo illa es hydra quæ vno recifo capite ſeptem alia emittis? tuné tuis è cinerib⁹ repullulas? Nequaquâ, ſed peruerſa & praua te volûtas progignit, quæ te in mundû cum non ades, reuocat. Ecquæ verò maledictæ huius volûntatis ſanandæ, & impediendæ ne huiusmodi poſthac monſtra concipiat ratio? annon vnica eſt, ſi illi conformis fiat, quæ vitę principiû eſt? Quis hanc porrò conformitatem dabit, niſi gratia, quæ ſola naturæ reparatrix eſt, & ſine qua nemo debitè ritequæ Sanctum I E S V nomé pronuntiet? Videamus ergo, quis gratiæ huius pater, quæ mater, vt ambo nobis in eadem obtinenda propitiando adſint.

1. Cor. 12.

3.

O mater gratiæ, Maria, filia Patris, filij mater, & ſpiritus ſancti ſponſa, ad te magna animi demiffione, humilitate & reuerentia accedimus, petentes, benignè vt interpreteris, ſi dixerimus, vel illuſtriſſimum tibi Matris viuétium, & Martiris gratiæ nomen exuendum, vel opus eſſe, eius effectus vt in tot nationes extendas, quæ vnû dūtaxat ab ore tuum verbum exſpectant; certiſſimè numquam te repulſam apud ſponſum, filium & patrem tuum pati; inprimis ab eo dum petis, quod adeò illi in votis eſt, vt, ſi ex te natus non eſſet, nasceretur, & hanc ſolam ob cauſam te matrem ſuam conſtitueret. Magnis & extremis in malis, magnis & extremis opus eſt remediis. Illius prouidentia, quæ ſua nunquam negat opera liberum illorum arbitrium cogi non patitur: & propter peccatrices animas, quales ſunt illæ
æterna

DE CIRCUMCISIONE DOMINI &
æterna sapientia & immutabilis iustitia mira-
cula fieri non finit. Omnes quidem generatim,
& singuli singillatim sufficientem ad salutem
gratiam habent; quod & certa & indubitata fi-
de credimus. Nemo quippe post tam luculentam
redemptionem perit, nisi culpâ suâ. Sanctas, fa-
teor, inspirationes negligunt, baptismum chari-
tatis, quem nullo non momento Spiritus sanctus
iis offert, contemnunt; bonum gratiæ, quæ sæpe
illorum cordibus offertur & præsentatur, semè
suffocant. Et hæc quoque certissima sunt. Di-
cendum quoq; nihilominus, gratiam quam-
dam proportionatam, congruam, & libero illo-
rum arbitrio adaptatam omnibus hisce malis
posse mederi: dicendum, nostrum climâ etiam,
vt ipsorum, infidele fuisse, malè dispositum, vt
nunc ipsorum, diuinis inspirationibus resistens
fortè amplius quàm ipsorum, tunc, cum Aposto-
li, prima Christianitatis fundaméta iacere, fidei
lumè accèdere, de IESU & MARIA loqui, cru-
cem prædicare, crucifixum annuntiare, & vexil-
lum eius in Europa, Asia, & Africa desigere in-
ciperent. Cur non & hodie idem erit? Denuo
tibi ergo, vnâ cum vniuersa Ecclesia, & eius to-
tius nomine, quæ carissima filij tui sponsa est,
supplicamus, & hanc ob rem animas nostras ef-
fundimus, per quidquid tibi IESVS debet, obse-
crantes, vt errantium harum animarum miseri-
cordia tangaris, & ijs efficacia & proportionata
ad conuersionem media obtineas.

Tum ibi laudabitur IESVS, MARIA inuo-
cabitur, Iosephus agnoscetur. Hoc præsta sancta
mater, hoc diuine Ioseph, in infantis pueritiæ,
adolescētis Iesu memoriâ præsta, in memoriâ

R

quoq;

quoque precum quas simul ad Deum Patrem fudistis, quod simul comedistis, bibistis, dormistis, ingressi & egressi estis, in memoriam quod pariter induti & exuti estis, & exituum & introituum reciprocorum & vestrum vnicuique communium. Tam eximia priuilegia merentur, vt extraordinaria quadāratione pro gloriæ & nominis eius dilatatione & amplificatione deprecemini. Quis scit, an Americæ, Chinæ & tot aliorum tractuum Australium, qui nobis modò incogniti sunt, tibi non reservata sit conuersio? Tuam hic ergo auctoritatem interpone, hic sit vnus de actibus quos in cœlo in tot gratiarum & beneficiorum ab ipso receptorum, recognitionem præstas.

Si tam parua nostra charitas, hæc corde vota extorquet, quid non faciat vasta illa tua charitas, cum qua omnis quæ in terra est, non minùs, quàm ea ipsa terra cum cælorum capacitate, & aquæ gutta cum oceano comparari potest.

Hoc si potes, quod in charitate perfectā sis, potes item quod nihil tibi negetur, quodque in filij tui aula & regia primū sis, quin & singularem ipsa chorū constituas. adeò scilicet magna & eximia tua est excellentia, qua ceteris puris creaturis præstas & antecellis. In hoc porro nostra fixa est fiducia: vis enim, & potes. Si velis & possis, quid vltra quærimus? factum est.

O sanctissima Domini mei Iesu anima, tuas illorum, aut potius illorum preces tuis coniunge, & per hunc qui in te est, charitatis oceanum, de cuius plenitudine omnes accipimus;

DE CIRCVMCISIONE DOMINI 81
 mus, vnà cum & post matrem tuam, ab illo cui
 personaliter vnita es, impetra, vt per vniuer-
 sum terrarum orbem nomen tuum portetur,
 nullaque sit creatura ad tuam condita imagi-
 nem, quin sit quoque ad tuam similitudinem,
 quin tuum nomen, merita, vitam, & mortem,
 quam pro ipsa sustinuisti agnoscat. Nullum
 porro Patri tuo sacrificium est gratius, quàm a-
 nimarum zelus, pro quibus sanguinem ipse tu-
 um effudisti; hanc igitur illi gloriam, hoc tibi
 ipsi da gaudium, ne scilicet Satanas amplius
 desolatis illis & latè patentibus prouinciis do-
 minetur. Doces, & dicere Patri tuo nos iu-
 bes, *Adueniat regnum tuum*; ecquod verò eius
 est regnum, nisi in quo ipse regnes? Cum verò
 data tibi sit omnis in cœlo & in terra potestas,
 illius ergo & tulum nobis regnum adueniat, san-
 ctificetur nomen tuum & sancta voluntas tua
 fiat sicut in cœlo & in terra. Panis quotidianus,
 qui hanc in rem nobis, & operariis quos in de-
 sertam hanc vineam mittes, necessarius est, gra-
 tia tua est, sed extraordinaria, imò miraculosa.
 Hanc ergo da omnibus quos huc prædestinas. Ac
 ne fortè nostra & gentium illarum barbararum
 peccata obstant, vti hætenus obstitere, dimitte
 nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus tua
 gratia, & ex animo omnibus debitoribus no-
 stris; ne permittas, obsecro, in tentationem in-
 cidere eos, quos ad hoc opus deputabis, neu vt
 malignus ipsam subuertat, cùm nefas sit, tuæ bo-
 nitati eius nequitiam, & eius nobis nocendi de-
 siderium, tuæ nostri saluandi voluntati præua-
 lere.

Angelis tuis manda, nobis vt auxilientur, & circum illos excubent, qui propter nominis tui gloriam strenuè laborant.

O beatissimi spiritus, qui quantam animarum, quibus præsidetis stragem communes nostri aduersarij cieant, videtis; Angeli pacis, qui hancce iacturam amarè plangitis; Angeli, aded de hominum salute solliciti: Angeli, fideles nostri duces & pædagogi, ad hoc zelū vestrū excitare, & preces vestras cum animæ Principis vestri, item sanctissimæ eius matris, & diuini eius nutritii precibus coniungite, vt simul vobiscum voti compotes facti, per extraordinariam quamdam gratiam vires nostras coniungamus, & simul ingentem visibilium iuxta ac inuisibilium copiarum exercitum ad expugnandas non dico prouincias, sed antiquonouas & nouantiquas animas consemus: quibus semel imperio regnoq, regis nostri & vestri subactis, nomen eius ita clarescet, & gloria aded exaltabitur, vt tam in coelo quàm terra nonnisi vnum futurum sit ouile & vnus pastor.

Ioan 10.
16.

MEDITATIO VII.

DE MAGORVM ADVENTV ET adoratione.

PVNCTVM I.



Eus Pater cum filiū recens in Bethleem natum vellet non à Iudæis modò, sed & à gentibus agnoscì & adorari, eodem ipso die quo Angelum ad Pastores destinauit, stellam in ori-

DE MAGORVM ADVENTV 25
in oriente creauit, quæ natiuitatem hanc prouit
Balazam prædixerat, præsignaret.

II.

Stellæ huius ductu tres Magi Ierosolymā
venerunt, & ibi eā ex oculis amisere: vnde quæ-
runt, *vbi est qui natus est rex Iudeorum?* Hero-
dis indignationem minimè veriti, qui non pa-
rum cum vniuersa synagoga turbatur: illam dū
consultit, audiit, secundum scripturam, in Bethleē
Iuda illum nasciturum, vtpote cū Michæas id
ita prædixisset. Herodes ad Magos hisce rela-
tis rogat, vt, postquam puerum inuenissent, ad
se visa referrent, vt & ipse veniens puerum ad-
oret.

III.

Magi his auditis Ierusalem egressi, Bethleē
rectā petunt: & vidētes stellā, cuius conspectū iā
urbem ingressi amiserant, gauisi sunt gaudio
magno valdè: hac ducente in Bethleem perue-
niunt, & stella stetit supra locum vbi erat puer.
Ingrediuntur ergo, & in terram prostrati pue-
rumq; adorantes, apertis thesauris obtulerunt
illi aurum, thus & myrrham. Et dum ad Hero-
dem reuersuri essent, admoniti in somnis sunt, ad
Herodem ne redirent; hinc per aliam viam re-
uersi sunt in regionem suam.

FRVCTVS I.

Preæsupposito, ex Philosophorū placitis, non-
nisi tria esse stellarum genera; fixas scilicet,
quæ in octaua sunt sphaera, & Errantes, quæ in
Planetarum cœlo; denique Cometas, qui vulgo

stellæ crinitæ vocantur; notandum, stellam hanc à vulgaribus quintupliciter diuersam fuisse, substantiâ, inquam, situ, motu, claritate, & influxu. Substantiâ quidem, quod fixæ & Errantes aliud non sunt quàm globi sui pars densissima; Cometæ verò nonnisi viscosæ quædam exhalationes, calidæ & siccæ, quæ dum inflammari incipiunt, tamdiu durant, quamdiu ipsa materia, Hæc verò erat aut Angelus, secundum Sethianos, ad imitationem eius qui nubis in modum per diem filios Israel deducebat (simul ut illos ab æstu solis tueretur) & noctu inftar columnæ ignis, ut Phari illis esset loco: vel, quod cum sacra scriptura magis coincidit, verà erat stellæ; nouæ substantiæ à Deo creatæ, quò filium ijs reuelaret gentibus, quæ siderum contemplationi & speculationi totæ incumbabant.

Situ quoque maximè differebat; cùm fixæ in firmamento sint, & suis in orbibus planetæ eo quo sequitur ordine, Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iupiter & Saturnus. Cometæ denique in tertia aëris regione sub sphaera ignis sunt & creantur. Hæc porro in infima aëris regione conspiciebatur.

Quoad motum, Cometæ sequuntur fixam illam aut Errantem quæ inflammationem eorum causatæ sunt. Planetæ nonnisi duos aut tres ad summum motus habent, ab Oriente scilicet in Occidentem super mundi polos, per impressionem & motum primi mobilis; & ab Occidente in Orientem, super polos Zodiaci per propriam formam; & à septentrione in Meridiem, & rursus à Meridie in Septentrionem, qui Trepidat.

pidationis dicitur, qui in firmamento fit; vel is quem nonnulli suis in epiciclis & excentricis habent; at stellæ huius motus progressius erat, qualis motus animalium, flexus, reflexus & circuitus viarum, quos seruare ex Arabia in Iudæam proficiscentes oporteret, sequendo.

Claritas quoque penitus alia erat; neque enim ipsa à Sole obscurabatur, & meridie collucebat.

Illius denique influxus non erat in corpora, sed in spiritus & mētes, eas vt ad veri animarum nostrarum solis perduceret cognitionem.

II.

Stellam hanc viderunt & admirati sunt plerique, & astronomiæ præsertim studiosi: utpote cum vnum è præcipuis mundi miraculis foret, longè magis quàm illa, quæ iam ab annis aliquot in Cassiopeæ visa est signo, circa quam tot præclara se ingenia exercuere. Tamen nonnisi tres hi Magi ad sequendam hanc stellam se accinxere, etsi è traditione & prophetia Balaam multi, ecquid illa portenderet & designaret, perspectum haberent. Alij verò parum hanc curarunt, aut graue eis fuit familiam, facultates, vxores, agros relinquere, & tam longum tamq; difficile iter per populos incognitos & ad locum incertum suscipere, carne & diabolo rem semper difficiliorem fingentibus.

Ita & hodie nemo non fatetur, non sine ratione concionatores de mundi cōtemptu, virtutum pulchritudine, vitij foeditate, gratiæ excellentia; bonis amorem Dei comitari solitis, vitæ

huius breuitate ac vanitate, deq; ad æternam aspiratione loqui : nemo non asserit & confitetur iter hoc insistendum, quinimò beatos ipsum fuscipientes prædicant, laudant, quin & sibi præferunt; non ideo tamen loco se mouent, at voluptate inescati, auaritia ebrij, ambitione inflati, ne pedem, salutis suæ causa, mouere fatagunt, veriti ne commodis suis cedere, & quæ cara habent deferere cogerentur; vel potius quòd tantillam subire molestiam metuant, etsi verè peruersi habitus centuplo maiorem illis adferant, & sanè quotidiana experientia videmus, illos ibi sibi gaudia fingere, vbi nulla sunt, & difficultates ijs in rebus imaginari, in quibus
Iob 6. 16. veram potius lætitiā reperirent. Vnde, quemadmodum Iob ait, fugientes gelu, id est laborem temporalem, à niue, id est punitione diuina, obruuntur, Diuina ultione eos in sordibus volutari, & in iniquitatibus suis computrescere sinente, interim dum gratiæ eius stella alios ad iter salutis conducit,

Nullus hætenus in mundo fuit, aut olim futurus est homo, etiam Antichristus, cui non stellam ad salutem mittat Deus, gratiam inquā, quam vnicuique nostrum concedit, & nemini non offert, quòd velit omnes saluos fieri, vt docet articulus fidei apud Apostolum. Si verò, vt
1. Tim. 2. 4. gratia hæc sufficiens esset, Angelum cœlo mitti oporteret, mitteret haud dubiè; sed naturalem vnicuiq; rationem dedit, (quam Psalmista stellā
Psal. 47. *lumen vultus Domini* vocat) quæ accedente gratiā, quæ nemini, vt diximus, deest, omnes infideles, vbi cumque demum locorum sint, ad claram, id est explicitam Iesu Christi, per quem solum

lūm salutem nancisci possumus, cognitionem perduceret. Aded vti si quis perdatur & damnetur, non id stellæ defectui, sed quod eam, Magorum exemplo sequi detrectarit, sit imputandum.

IV.

Pauci sunt, qui in virtutis, id est Dei panibus nutriendis firmi sint & constantes, quando Reges & Principes, quorum partes sequimur, aliud & in contrarium propendent. Ceterum suam in hoc Magi magnanimitatem ostenderunt, quod in urbe metropoli ipsaque regia fictè simulateque non egerint, sed publicè alium se præter Herodē, regem querere confessi sint. Dum autem diuina prouidentia natalem à synagoga Mefsiz locum illis permisit indicari, illorum ipsa recompensare constantiam voluit, utque hinc disceremus, Deum etiam impiis ad bonorum cœpta proseguenda, vti, fideique veritatem non à sola morum bonitate dependere, iuxta id Malachiz vaticinium: *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirunt ex ore eius: quia Angelus Domini exercitus est.* Mal. 2. 7.

V.

Malorum societas & commercium sæpenu-mero in causa est vt stellæ conspectum, ipsam inquam pietatem, deuotionem, timorem Dei, conscientiz teneritudinem, puritatem, & virtutis æstimationem amittamus: è contra verò in malo nos obdurat, peccato familiares reddit, virtutisque id instar haberi facit & collocat, syndereseos loco libertinitatem inducit, hæresin honestamento condecorat, & paulatim atheismum introducit. Vt verò hæc recuperetur

stella, Herodes, & quidquid illi adhærescit, deferendus.

VI.

Turbatus est Herodes suam ob ambitionem; Iudæi verò indeturbabantur, vnde lætandi exultandique occasionem elicere debebant, nisi adulantium Herodi, quam à Rege cœlesti, qui promissus ipsis erat, dependere maluissent. Hinc quàm sit noxium amicitia potentibus & impiis iungi videmus, qui facile aut odio, aut ira, vindicta, ambitione, & similibus turbantur. Sed si quis pace frui velit, Deo ut semper adhæreat, aut sibi Deus adhæreat, det operam.

VII.

Si stella illos non stitisset, immobilis super locum in quo erat puer manendo, aut Magi Bethleem non essent ingressi, aut palatium quoddam aut primariam vrbs domum petiissent, sed interiori lumine illustrati, agnouerunt ilico, Regis huius splendorem ac maiestatem non in populi sæculi huius consistere, adeò, ut iudicium suum statim stellæ indicio submiserint. Puer ergo Bethleemiticus iam tum de mundo triumphare incipiebat, terræ sapientium intellectum captiuans in obsequium fidei. In hoc verò Magi hi Gentium confiterarum primitiæ fuere, hinc dies hæc, quæ Ianuarij sexta est, à Græcis *Epiphania*, idest apparitio dicitur; hinc & à Patribus nonnullis antiquis vocatur, *In sancta lumina*. hinc denique non minori celebritate & solemnitate colebatur quàm ipsa solemnitas paschalis; quin & ipse Iulianus apostata, ne Gentilium conuersorum diem hunc velut verè suum festum coleretur & celebrantium, indignationem incurre-

ree

*Ammiā.
Marcell.
lib. 21.*

DE MAGORVM ADVENTV
et, ipsam sollempnizabat & obseruabat,

VIII.

Quis horum verborum mysterium non ponderet, *Inuenerunt puerum cum matre eius*, quæ & ad Pastores dicta sunt? vt hinc pateat vix vñquam sine matre Iesum, nec sine Iesu matrem inueniri: quicumque enim Iesu amicus est, statim & matri fit amicus; quique matris eius est studiosus, facile & filij amorem acquirit. Cum ergo inuicem coniuncti sint, ambos amare volo & colere: vnus vt amor in alterius me amor & perfectione confirmet & perficiat.

IX.

Cum stellæ huius aspectus tam benignum in animam simul & corpus Magorum influxum habuerit, quid impedit quo minùs illos e pueri facie quendam diuini luminis radium promicantem vidisse credamus, qui corda illorum penetraret, simulque indicaret, quem videbant Deum simul & hominem, Regem ac Messiam promissum, mundi denique creatorem ac Redemptorem esse?

X.

Quatuor Abraham habuit filios, Ismaelem ex Agar, Isaac e Sara, Madian & Iectan e Cætura: solus Isaac heres fuit, ceteris legata data, & iuxta Hebræorum traditionem, duobus postremis spoliolum de Chodorlahomor eiusq; sociis relatorum pars cecidit, inter quæ erat aurum, thus & myrrha, quæ tum in thesaurum, tum in tam illustri patris sui victoriæ monumentum ac victoriam asseruarunt, ac deinde in terras, quas de suo & filiorum suorum nomine appellarunt Sabeam inquam & Madian itidem transulere.

hac

2^a ad. 71.

Gloss. 2.

hæc à Madian, illa à Saba filio Ephra fratris Madiæ cognominata. Superuenit postea Prophetia Balaam de stella quæ Regem Regum protenderet: adeo ut Madian & Iectan posterius, thesaurum hunc semper in Messie natiuitatem reseruare decreuerint: quod tres hi Reges, illorum stemmate progeniti præstitere, & tria à Dauide prædicta fecere. Primò namque se in terram prostrauere, deinde latræ cultum, adorarunt, tertio thesauros aperuere, & sua illi dona in obsequij dilationem, aurum velut Regi supremo, thus velut Deo, myrrham velut homini mortali obtulere. Quod verò longè pretiosius erat, dona illa exteriora interioribus illustrarunt, seipsos vnà cum charitatis auro, deuotionis thure, mortificationis myrrha illi offerentes. Piè quoque credendum est, illum qui iam inde à primo conceptionis instanti sapientiæ & scientiæ Patris thesauros apud se habebat, humanitate se vinci minimè passum esse, iisque vicissim viuæ fidei aurum, solidæ spei thus, & pietatis in amore eius perseverantiæ myrrham contulisse. Ad tam felicitis commercij imitationem memoriam illi nostram, intellectum & voluntatem, verba, intentiones, omnia deniq; opera nostra offeramus: si verò Religionum professi simus, obedientiæ, paupertatis, & castitatis vota renouemus, orantes, ut charitatem vicissim nobis, humilitatem, puritatem sui ipsius Iosephi, & colendissimæ matris suæ intuitu, elargiatur.

XI.

Reges alia via reuersi sunt in regionem suam, dū malunt obedire Deo quem adorarunt, quàm hominibus, eligentes audire vocem & verbum Domini

Domini quàm homini, cuius peruersa molimina ignorabant, præstitam datamque fidem seruare. Inde colligimus nihil adedò esse securum, quàm Dei vocem audire, & ab illo se finire conducì: Item nullum esse malum promissa frangere ac violare, dum honori ea Dei & bonis moribus enidenter repugnant; si verò dubia res & anceps sit, consulendum esse Angelum, prudentem inquam confessarium, aut superiorem.

XII.

Fide non minus viua opus erat ad credendum & adorandum DEVM in stabulo, vbi præsepe illi loco cunarum, stramen loco cervicalis, aranearum telæ loco aulæorum, ventus loco ignis, bos & asinus seruorum & comitum erant loco; quàm ad eum hodie in templis reuerendum, in ciborio adorandum, & in paruo hostiæ ambitu credendum. Vnde sequitur, omnes eos, qui hodie frequentare angustissimum Sacramentum, & sacris interesse detrectant, cum stabulum ingredi, & in eo Dei filium adorare recusaturos fuisse.

COLLOQVIVM

EN ad te cum tribus hisce Dynastis orientalibus venio, ô sol qui de stella ortus es, tria tibi oblaturus ternaria, quæ propter tria alia incomparabilia ternaria vt admittas obsecro. Primum est ipsum quod in vna sola Deitate adoro, cuius tu secunda persona es; alterum in mysterio Incarnationis tuæ in quo

in quo admirabilissimam & suauissimam trium substantiarum quæ in te sunt, diuinæ inquam, spiritalis & materialis, combinationem inuenio: tertium est ipsum ternarium stabuli, Magis illud subeuntibus, tu ipsa scilicet Sancta mater tua, & eius coniux Iosephus. Personarum tuarum trinitati offero, memoriam, intellectum, & voluntatem: ternario incarnationis, cogitationes, verba & opera mea: Tertio denique tria mea vota, obedientiæ inquam, paupertatis & castitatis. Obedientiæ quidem in memoriam tuam, castitatis sub Virginis matris tuæ protectione; paupertatis ad exemplum pauperculi sed sanctissimi nutriti tui. Quin verò protestor, me, si quid aliud in meam habere potestate, illud sine ulla exceptione, nullam in holocausto, gratiæ tuæ auxilio, umquam rapinam committendo, datum.

At quoniam Domine tibi dantibus semper das & qui tibi munera offerunt, iis ipsis ditantur; & quoniam duplex est gratia, aliquid tibi donare & posse & velle; sicut & duplici tibi nomine obligamur, si quando nobis inspiras, tibi quidquam ut offeramus, & id ipse admittere dignaris; tibi supplicandi Redemptor meus, fiduciam sumo ut concedere digneris, memoria ut mea, quam meam deinceps dicere nolo, dumtaxat eorum quæ tibi grata sunt recorderetur, & beneficiorum tuorum recordatione repleatur, deleantur verò in ea omnes vanitatis idæ, sicut in domo, quæ in templum erigitur tibi que consecratur, destrui deleri que solet quidquid profanum est.

Intel-

Intellectu quoque quem mihi concedere dignatus es, cum ipse fidei sit sedes & illuminationum tuarum subiectum, aliter vti non debeo, nec ipsum prophanare; hunc ergo Domine conserva, neue permittas villo vt errore, illusione & superstitione polluaturs; omnem ab eo effuga distractionem & superfluam omnem diuagationem, vt cum totus fuerit tuus, semper coram te in odorem suauitatis fumiget. Voluntas, quæ inter animæ facultates est, quod aurum inter metalla, non amplius mea esset, nisi duplex incurrere crimen & peculatus & sacrilegij vellem. In hac ergo etiam quod totis modis totque nominibus tuum est, tuere: si vero interdum tacitas & tacite surreptas in me esse voluntates contingat, ne mihi eas ascribe Domine, iis enim ita amodo sicuti ex tunc, & semper renuntio.

Antequam in mundo essem, aliquisne mihi voluntatis actus poterat ascribi? Iam vero sum, & esse volo, quasi nondum aut quasi non amplius existerem. frustra voluntatem haberem, si illa in mea non esset potestate, vt de illa prout vellem disponerem: si autem illa de aliis disponere rebus posset, cur non de seipsa? Ecce verò, semel adhuc repetam, itaque destinam, hæc est vltima supremæ meæ voluntatis dispositio, quod aliud scilicet non velim nisi quæ tu vis vt tua voluntas mea sit, mea tua; ego tuus sim, & tu meus: tu per vniuersam clementiam, bonitatem, charitatem, misericordiam.

misericordiam meus; ego per creationem, redemptionem, iustificationem, vocationem, oblationem, & per quidquid ad naturam, gratiam & gloriam spectat tuus; & hanc ob causam non aliud in posterum mihi cogitandum, dicendum, aut faciendum, quam propter te, si modò verum, eum qui Esse dedidit, dare quoque quæ ad Esse referuntur: & te te ipsum donante mihi; ut & dedisti humanitatis tuæ cogitationes, verba, & opera, decus & splendorem addere iis quæ tibi ea vnita sunt vnione, de qua ipse Deo patri tuo dixisti: *Rogo te Pater ut omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint:* Opera enim, verba & cogitationes meæ in quantum meæ non magis apud Deum patrem tuum apparebunt, quam aquæ guttula vino plurimo infusa, vel ipsa ferri nigredo & durities, dum fornace id educitur. Ita fiat Deus meus, ita in perpetuum sit

Ioan. 17.
21.

Omnis quam in mundo sperare poteram proprietas, ad animæ, corporis & fortunæ bonæ referebatur. Ceterum per gratiam tuam nullum mihi posthac in illa ius est; tu de iis velut de tuis dispone, hoc vnum tantum caue, ne gloriæ tuæ aduersarius Satanas zizania in agro qui tuus est, quemq; tu cõseuisti, superseminet; & si fortè persuadere mihi velit duram esse obedientiam, tuam meam facilem reddet, tecumque spero nihil mihi difficile, nihil impossibile visum iri. Si corpus aduersetur, preces me ac benigni matris tuæ sanctissimæ influxus, & merita tuebuntur, victoriamq; concedet, si me necessitas premit, aut meam mundus humilitatē explodat, incõparabilis mihi futura est gloria, ita ut ipse olim habitus es si

DE PRAESENTATIONE DOMINI 77
es, si nō aliter mecū agit, quā tecum olim egit.
Quid mihi ergo contingere queat? quid metuā?
quid formidem? Timeant illi, tremant & horre-
ant, qui sui sunt, ac seipsos quærunt & possident
qui quæ perdant habent: at non ille qui non
magis suus est, quā quod numquam fuit, &
cuius proprietas, possessio, vñusfructus, iura, no-
mina, & actiones tibi vñi soli, & nulli alteri
debentur.

MEDITATIO VIII.

DE PRAESENTATIONE DOMINI
in Templo.

PURIFICATIONE DEIPARAE,
& occurſu Simeonis.

PUNCTVM I.



Ege Moſis ſtatuerat Deus, vt mul- Deut. 12.
lier omniſ quæ ſuſcepto viri ſe-
mine maſculum peperiſſet, qua-
draginta diebus velut immunda
domo ſe contineret, & hiſ pera-
ctis templum adiret purificanda, offerretque
pro peccato agnum & turturem: ſi verò pau-
percula erat par turturum, aut duos pullos co-
lubarum, ſacerdotem orans, vt pro ſe apud
Dominum deprecaretur. Huic præcepto Deipa-
ra paruit, & duos Deo obtulit turtures.

II.

Idem Dominus iuſſit, vt in eiſ ſtragis, qua
nocte media, Angeli exterminatoris manu, o.

G

maes

omnes Aegypti primogenitos necarat; memoriā, & ob seruatos Israëlitis primogenitos, & ob patres illorum de domo seruitutis eductos, omnes sibi primogeniti in futuris generationibus offerrentur. Hanc ergo legem vt Deipara adimplerēt, filium in templum detulit: & quod eadem lege præciperetur, vt primogeniti ita Deo oblatis, aut quinque siclis, (qui regalibus nostræ mōnetæ respondent) redimerentur, aut omnib⁹ vitæ diebus templo ministrarent; ipsa filium redemit, quem per soluto dicto pretio illi sacerdos reddidit.

III.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israël, & spiritus sanctus erat in eo: & responsum acceperat à Spiritu sancto. nō visutum se mortem nisi prius videret Christum Domini. Inspiratum quoque illi fuit, eodem vt tempore templum adiret, quo Dominus matris suæ sanctissimæ vlnis gestatus ipsum subibat: mox eum ipse extraordinario quodam lumine, quod tum cælitus illi communicabatur, illustratus agnouit: eum ergo in vlnas accepit, & benedixit Deum dicens: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebi tuæ Israël.* Deinde conuersus ad Virginem ait: *Ecce positus est hic in ruina & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur: & tuam ipsius animā pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.*

IV. Ba-

Eadem tempestate erat in Ierusalem vidua senex nomine Anna, quæ coniuge iam vita functo, quicum septennio duntaxat vixerat, ieiuniis & precibus assidue vacabat, noctu & interdiu Domino seruiens: hæc eadem hora qua Dominus Iesus presentabatur, in templum acta, nimirum à Spiritu sancto superuenit, & confestim laudare ac benedicere Deum, & admiranda de pueri hoc apud omnes redemptionem Israelis expectantes loqui coepit. Maria porro conseruabat omnia hæc conferens in corde suo.

FRUCTVS I.

Quadragesima purificationis suæ diebus sex eximias Deipara virtutes exercuit. Primò perfectissimam recollectionem interiorem, solum filii sui magnitudine & dignitate contemplanda, eoq; sedulo ac diligenter educando occupata. Secundo, singularem cordis puritatem & munditiem, quod cum ipsa purissima foret, purificari etiam magis voluerit, legem purificationis integrè seruans, quæ ad alias sibi dispares spectabat. Tertio, generosam quamdam obedientiam, cum enim nominatim quodammodo à lege exempta & excepta esset, quæ seipsa interpretatur, dicens, *Mulier quæ suscepto semine conceperit*; quasi dixisset (illam excipio, quæ virgo manens concipiet) huic ipsa tamen parere & subiici voluit, uti paulò ante filius legi circumcisionis. Quarto, profundam humilitatem, dum velut impura & immunda haberi vult. Quinto, insignem erga paupertatem, quæ humilitatis soror est, affectum; quod, cum probabile sit habuisse illa

vnde agniculum compararet, modò verum sit (vci verosimile est) illam iam tum Magorum donis vsam; legi tamen non aduersando (victimam enim & oblatum ad conditionem suam habitualement commensurabat non accidentariam) pauperibus se accensendo, pauperiorum sacrificium obtulerit, par scilicet turturum, aut duos pullos columbarum. Sextò eximiam quamdam deuotionem & reuerentiam, dum sacerdoti sua dona offerens, illum orat, Deum sibi vt orando propitium redderet, quæ tamen sola digna erat quæ pro omnibus intercederet. Sex hæ actiones sex velut folia liliorum fuere, in quorum medio aureæ diuersorum affectuum charitate & sapientia cœlesti inflammatorum notæ rutilabant. Hinc verè dixisse sponsus eius in canticis comperitur, *sicut lilium inter spinas, sic dilectæ meæ inter filias*:

Cont. 2. 2

II.

Qui Adami posteri & heredes sunt, culpam simul & excusationem ab eo heredarunt: qui Iesu Christo succedunt, innocentiam simul & sui ipsorum accusacionem ab eo retulere. Magna sanè calamitas ac miserrimum, pauperem esse & superbum, iuuenem & pigrum, senem & libidini vacare. Omnes peccatores sumus, & innocentes videri volumus, bonorum spiritualium inopes & dici ab hominibus opulenti ac locupletes cupimus; temptationibus superamur, & generosi nomen captamus. Debitum saltem & culpam agnoscamus, & tum cum Publicano sperare misericordiam poterimus ab eo, qui, cū ipsa sit innocentia, peccator tamen videri & pro peccatoribus mori dignatus est.

Dum

II. PRAESENTATIONE DOMINI 107

Dum suum Beipara filium Deo Patri obtulit, illum tum suo, tum totius generis humani nomine obtulit. Et quoniam duo potissimum in quolibet sacrificio respicit Deus, affectum videlicet sacrificantis, qui velut forma sacrificij est, & victimam quæ eius quodammodo materia; hinc hoc ipsum odore suauitatis omnia legis naturæ & Mosaicæ sacrificia, tum ob offerentis dignitatem, tum verò vel maximè ob sacrificij oblati; sanctimoniam superauit. Angustissimū Missæ sacrificium simile est, imò idem, in manib⁹ cuiuscumq; demum sacerdotis, in seipso videlicet consideratum; at dispar eius est ob diuersam ipsum ad altare offerentium, & eorum pro quibus effertur, intentionem, attentionem & pietatem, applicatio.

IV.

Verbum, in quantum Deus, vnicus Patris est filius, & in quantum homo, noster primogenit⁹, quem omnes veteris testamenti primogeniti illi oblati, designabant. In ipso ergo omnis nostra fiducia sit, vti suam fratres & cognati minores in eum coniiciunt, qui familiæ princeps & caput.

V.

Hoc die implētum fuit illud Apostoli: *Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam Deo in odorem suauitatis.* Quis autem exponat quæ benedictus hic paruulus se charitate, humilitate, promptitudine Deo Patri suo obtulerit? quæ sanè victima pretiosior & excellentior est Abelicā, gratior Noiticā, sanctior Abrahamiticā, & excellentior omnibus illis quæ lege Mosaicā præscribebantur. Ecquod hinc

*Ephes. 5.2
Phil. 4.23*

item Deus Pater gaudium hauserit? In præsentationis huius vnionem omnes illi cogitationes, verba, & opera mea, quidquid sum, & quidquid denique ero, sacrificabo, & deferam. Inq; gaudij huius, quod semper illi præsens est, memoriam, orabo, me vt recipere aut potius capere dignetur, cum meipsum donare nequeam.

VI.

Seipsum Dei filius nō modò pro omnibus hominib⁹ obtulit, sed singillatim p meipso, p sentē me sua in memoria & corde habens. Vnde colligam, nefas esse salutem me meam negligere, cum tantopere ea Deo curæ fuerit; neu proximum contemnere, quem ita Deus honorauit, & de quo hoc ipsum quod de me sentire debeo. Oporteret quoque memoriam, quam de nobis inuicem habemus, in hac charitatis fornace, ne in dno extrema incideremus, purgari.

VII.

Quando Deo acceptas ferimus gratias, quas ab eius bonitate accepimus, eas ipse nobis semper cum foenore reddit: sicut dum filium proprium Mariæ & Iosepho post purificationem reddidit. Et quemadmodum redemptionis pretium respectu rei redemptæ nihil erat, ita quod à parte nostra est in dono reciproco, quod nostri ipsorum vicissim illi offerimus, nihil prorsus est, cum eo quod à Deo recipimus, comparatum.

VIII.

Pretium quo Dominus redemptus est, fuit ipsum quo reliqui redimebantur, quinque scilicet sicti, quibus quinque & viginti asses nostrates respondent: vt hinc manifestum fiat, ad Deum
com-

DE PRAESENTATIONE DOMINI 103
comparandum sufficere, si nos ipsos donemus.
Quo nos prosequitur amor, in causa est, ut ma-
iori pretio aestimari nolit, & satis illi sit id quod
nos sumus, nobis ut det quod ipse est.

IX.

Ipsa conceptionis suae instanti Dei filius Pa-
tri se obtulit, hodierna verò oblatio nonnisi
praeteritae & superioris est confirmatio: ut hinc
discam, vota mihi feruenter esse, & frequenter
apud illum renouanda, donationem superiorem
ratificando, eique quidquid est liberi arbitrii
mei, tum circa praeterita, praesentia, tum futura
addendo. Ceterum notandum est, Iesu Christi
amorem esse ad novos inueniendos titulos, qui-
bus quae semel in nos contulit, ratificet indu-
strum,

X.

Sicli quinque quibus emi & redimi Iesus po-
test, quinque sensuum sunt mortificatio, & quin-
que virtutum ad gratiam nos disponentium ac-
tus, primò scilicet vitae fidei, secundò timoris
Dei, tertio doloris peccatorum, quarto solidae in
misericordia diuina confidentiae, quinto in-
tegrae Deo obtemperandi sanctaeque eius volun-
tatis in omnibus accomplendae, propositi.

XI.

Dei filius redimi vult, ut hominum sit seruus
& mancipium, adeò ut & pro iis mortem appe-
tat: itaque seipsum venum exponit, ut hac ven-
ditione annullet & irritet eam, qua nos ipsos
peccando vendidimus, seque reseruaret vendi-
tioni qua triginta denariis venderetur, quae i-
g. hominiosissimae morti illum aliquando oppri-
merabit & tradet.

XII.

Vir & foemina, Zacharias scilicet & Elisabeth, spiritu prophetico donati sunt, ut Christum Dominum antequam nasceretur, mundo manifestarent. Rursus vir & foemina eodem spiritu donati sunt, ut eum iam natum patefacerent, S. Simeon videlicet & Anna Prophetissa; quos diuinæ bonitati præparare, & ad hunc effectum, per admirabiles quas Euangelistæ referunt virtutes disponere placuit. Simeon siquidem *in-*
flus dicitur fuisse & *timoratus*, quod verbum plus denotat quam *timens*, & ad minima etiam errata extendit. Erat adhuc in legis obseruantia exactus & sedulus, minimè de illa exoptulans, summo cum desiderio Saluatoris aduentum expectans, & orationis cum primis studiosus; quæ virtutes maximè sunt, spiritum sanctum apud se detinere cupientibus, necessariæ.

XIII.

Exod. 33.
20.
Ioan. 14.
23.

Qui dixit olim: *non me videbit homo, & viuet*, dixit item: *Beati mundo corde, quoniam Deum videbunt*; & alibi: *Si quis diligit me, mandata mea seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*, & alio loco: *Ego illi manifestabo meipsum*. Ut hos textus conciliemus, dicendum est, ut Deum quis videat, morte corporali mori eum oportere; ut verò speciali eum gratia & manifestatione interiori perspiciat, peccato passionibus, & amoris proprio moriendum esse.

XIV.

Mundus multa spondet, sed pauca præstat: Deus verò in promittendo tardus, sed in promissis præ-

DE PRÆSENTATIONE DOMINI IN
præstandis liberalis, quoniam plura dat quàm spon-
det, modo is, in quem donum confertur, fi-
delis est. Promiserat siquidem duntaxat Simeoni
ostensurum se illi Saluatorem mundi, & ecce
præstat, ut & eum vlnis & brachiis complectat-
ur, gestet, constringat, osculetur, & maximo
cum affectu disfluauierur. Omnia igitur, ut A-
postolus ait, superabundantius agit, quàm nos
ab ipso petamus, & comprehendere valeamus.

XV.

Sanctissima Virgine templum cum carissimo
filio subeunte, variaz omnis generis & conditio-
nis personæ præsentés aderant, & solus inter vi-
ros Simeon, inter mulieres Anna eum agnouere;
ceteri hunc à ceteris pueris non distinxerunt, cū
exteriùs velint vnus de turba videretur: Non se-
cus etiam hodie, inter tot homines templa in-
gredientes, quàm paucissimi cœlesti luce illu-
strantur, & Iesu Christi præsentiam in Ven. Eu-
charistiæ Sacramento agnoscunt, illumque eo
quo oportet modo reuerentur & adorant: pau-
ciores quoque illum intra cor admittunt; dono-
rumque eius participant; quod tamen illis mi-
nimè denegaretur, si melius præparati & dispo-
siti forent.

XVI.

Postquam Dominum Simeon iā vidisset, nihil
amplius hoc in mundo desiderauit, iam paratus
& dispositus, quin & cupidus egredi, si quando
dimittere Deo illū placeret: ita qui viuā quadā
fide & charitate ardenti illum sapiunt, & rerum
æternarum dulcedinem gustant, temporalium
mox radio afficiuntur, vita illis crux est, & mo-
ri lucrum. Quidquid in terra conspiciunt, illos

G

cruciat

cruciat, & maximæ dignitates, diuitiæ, voluptates, ipsis nonnisi *stercora & afflictio spiritus sunt*, ut duo viri magni olim de iisdem censuere.

XVII.

Quam diligit animæ Deus semper amaritudine quadam voluptates temperat. Sanctissima Virgo gaudio perfundebatur auditis visisq; tot mirabilibus, quæ de filio eius narrabantur, & ecce gladio eius viscera & animam traicienda prædicitur; & iam tum sancta eius anima passionis filij sui fel & amaritudinem prægustare incipiebat. Ita nos medii inter infernum, vbi nonnisi calamitas & tormentum, & cælum, vbi summa beatitudo, versamur. Vnde discemus vitam nostram gaudiis, & doloribus permixtam & temperatam fore.

XVIII.

Iesus Christus, iuxta Simeonis vaticinium, aliis quidem in resurrectionem, aliis in lapidem fuit offensionis, idq; pro variis singulorū dispositionib. etsi propter omnium venisset salutē. Idē & in sanctissimo Eucharistiæ Sacramēto fieri certū est, quod electis quidē lapis fundamētalis est, reprobis verò petra scandali. Illis quidem vitæ signū, his mortis signaculū, atq; hæc nobis differentia ē contradictionib. & oppositionibus, quibus sanctū eius verbū quotidie cōuellitur, liquido & ad oculum patet.

XIX.

Sex nobis Euāgelista virtutes commemorat, propter quas sancta hæc vidua digna fuit, quæ Christo Domino obuiam, diuinitus scilicet inspirata prodiret, primò castitatem, secundò cōtinuā orationē, tertio ieiunium, quartò legis obseruan-

DE PRAESENTATIONE DOMINI 107
feruantiam, quintò affectum & deuotionē erga
ea quæ ad cultū diuinū spectant, sextò tot anno-
rū in iisdē perseverantiā. Ita vt plurimū eos di-
sponit Deus, quorū vtī opera, & quibus se particu-
laratim communicare velit.

XX.

Notandum hic diuinæ prouidentię arcānum,
nimirum, Magos Ierusalē pertrāsētes synago-
gā cōcitasse, Herodi formidinē incussisse; verba
tamē Simeonis & Annæ à nemine notata fuisse,
vt ad Regē perferrentur: satis. n. ea erāt, quæ eos
proderent, & vitā pueri discrimini exponerent.
Vnde colligā Dei opera nūquā se inuicē destrue-
re, nec mundū esse metuendū, nec quidquid ac-
cidere aduersi posse, dum animarum nostrarum
creatoris inspirationibus auscultamus.

COLLOQVIUM.

Sole splēdēte lumē maius, niue quid cādidū,
sauro obryzo & sublimatissimo aliquod subli-
mius & purius afferri potest, purificari poteras
incomparabilis matrū Virgo, & incomparabi-
lis Virginum mater. Templū tamē adis, teq; ad
arā sistis velut vna de immundarū & inquinatarū
Euziliarum numero: nam lilia quæ te circundāt
rosis intertexta, sunt lilia conuallium. Quis
ō charitas, puritas, humilitas, mihi gratiam cōce-
dit, vos vt imitari queam? Nos iniquitatibus o-
nusti, qui carbonibus nigriores, nocte obscurio-
res, coeno sordidiores sumus, semper tamen in-
nocentes videri volumus, mala nostra tegimus,
errata excusamus, & pij sanctique dici volumus:
ne patiāre amplius hunc inuersum rerum or-
dinem **VIRGO** sanctissima ac sapien-
tissima, precibusq; tuis obtine, vt sancto
quo-

quodam meipsum odio prosequar, quo impellente velut seuerus quidam iudex sedulo me examinem, perfecte me cognoscam, integrè me in poenitentiae tribunali accusem: tribunali inquam, in quo filij tui meritis, patrisque eius misericordia, debita nostra dimittuntur mox vt eadem confitemur; vulnera namque non tam citò patefacta quam curata. Ad exactam porro & perfectam hanc confessionem pertingere nemo potest, nisi per humilitatem; hanc verò omnium virtutum fundamentum per tuæ humilitatis merita tu mihi impetra; atque vt ipsa paupercula videri voluisti oblato donario pauperum, fac vt affectu sim pauper; atque vt filij tui prouidentia aurum & argentum intra terræ viscera recondidit, quo ab oculis nostris remotæ forent, pedibusque nostris subiicerentur, ita & eadem à corde cogitationibusque meis proscribantur.

Tuæ, o coeli terræque Imperatrix, diuitiæ interiores erant, paupertasque exterior erat: contra verò cheu! in nobis fit. nos quippe interius pauperes sumus, forinsecus diuites; tu pauperatē patefecisti, nos diuitias prodimus: tu tuā dignitatem abscondisti, nos malitiam & iniquitates regimus, & miseriam dissimulamus. O Virgo quæ *Eue* nomen in *Aue* conuertisti, complexiones itidem quas à morientium matre hereditate accepimus, in eas quæ tibi propriæ sunt, & exempli nobis loco esse debent, o mater viuētium, commuta.

Essemus modò vt columbæ, quas in sacrificium obtulisti, essemus fellis expertes, Spiritum societatis amaremus, simplicitatis candorem haberemus, intra sacra filij tui, quæ in humani-

tate

tate sua accepit vulnerum, foramina nidificare-
mus, & aduersus turgidum ambitionis impetum
ac turbinem calculis nos oneraremus humilita-
tis. Haberemus modò fidelitatem turturum, si-
mul & eorum consuetudinem, vt durante sæculi
huius viduitate in aridis mortuisque crucis ra-
mis confidentes gerneremus: tum verò illi offer-
ri tuaque manu in sacrificiũ vnà cum filio qui v-
nigenitus & primogenitus erat Patris in quantũ
Deus, tuus verò in quantum homo præsentari
possemus. Quanta verò illum charitate, deu-
otione, feruore, & gratiarum actione ei obtuli-
sti? Quã verò Patri gratũ & voluptum ob obla-
tionis dignitatem, tum ob præsentantis e-
minentiam id fuit. Quoniam verò mei causa om-
nia fiebant, admittè me sanctissima mater, me-
que vnà cum carissimo filio tuo aræ ea condi-
tionẽ impone, vt deinceps mihi moriar, & soli il-
li tibi que viuam.

Quinque ad meã vanã conuersatione meã re-
dimendum habeo siclos, multò quidem pretio-
siores quàm sclus sanctuarij. Ipsa inquam diui-
na mater; & æterne Pater quinque communis
filij vestri vulnera. Pater in filij huius gratiam,
atque matris eius intuitu edictò hodie me tuum
esse & in perpetuum futurum pronuntia, vt nec
mundus, nec carò, nec Satanas communes no-
stri aduersarij quidquam in me suum vindicare
aut accipere possint. Tu tuam iurisdictionem &
dominium magno pretio redemisti, ne permit-
tas obsecro id à me amplius alienari.

Quoniam verò dulcissime Domine, perpetuo
nobiscum in augustissimo Eucharistiæ sacramẽ-
to versaris, hanc mihi misericordiam per amo-
rem

rem quo actus ibi te ipsum sistis, & per charitatē qua Deum Patrem ac matrem tuam prosequeris, præsta ut te ibi instar Simeonis agnoscam, expectem, quæram, & inueniam, & sanctæ huius viduæ dotes & charismata afferam, charitatem inquam, puritatem, feruorem, patientiam, abstinētiā & perseverantiā. Non oculis corporeis, non vno in templo, non semel dumtaxat te ibi patefacis ac manifestas; sed oculis fidei quæ animæ pupilla est, nimis quam certior quæ oculi corporei, sed in templis nostris, sed in tot altaribus ac locis quot hostiæ sunt consecratæ, sed unicuique nostrum, sed toties quoties ad Angelorum mensam accedimus. Ibi te non modò intra brachia stringimus, sed ore, visceribus, & cordis penetralibus recipimus. O charitas, ô bonitas, ô ineffabilis dignatio! quā fieri potest, ut post talem communicationem ac communionem alij & propter alium viuere possimus, quā illi & propter illum, qui tot modis nos possidet, & cum quo tam arctò necessitudinis vinculo coniuncti sumus.

Te ergo Deus meus per Annæ & Simeonis preces, per sanctæ matris tuæ intercessionem, per Iosephi merita obsecro, ut præstes, ita tuus ut sim charitate, uti sum conditione naturæ.

Amen.

MEDITATIO IX.

DE FUGA DOMINI IN AEGYPTVM

deque Innocentium frage.

PUNCTVM I.



Angelus Domini apparuit in somnis Iosepho & ait: *Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi, futurum est enim vt Herodes querat puerum ad perdendum eum.* Notandum hic primò, hoc Iosephum dum dormiret, mandatum accepisse. Secundò, iussisse Angelum feminem præter puerum & matrem secum acciperet. Tertio, vt in Aegyptum barbaram regionem, & Hebræis inimicam concederent. Quarto, ibi ancipites & incerti commorarentur, nesciētes quādiu ibi commemorari oporteret. Quintò, vt tēpestiuē crucē & persecutiones puer subiret.

II.

Hiscē auditis Ioseph, ilico strato se corripuit, & accepto puero vnā cum matre concessit in Aegyptum. Hic obseruanda primò mentis eius submissio. Secundò prompta eius sine contradictione obediētia. Tertio, infractus eius in re adeo ardua ac difficili animus & generositas. Quarto, quomodo habitam coelitus reuelationē sanctæ coniugi suæ declararit. Quintò, ecquod illorum fuit in Dei voluntate cōplenda gaudiū. Sextò, quanta in puerum, cuius gratiā hanc fugā in-bant, fiducia.

III.

Mansēre autē in Aegypto, donec Herodes Rex vinere desineret, sexēnio scil. aut paulò diutius paup-

2. Pet. 2.

7.

pauperē de labore manuum & è lucello, quod ē Magorū donis colligere potuere vitam trahētes. Notandum hic primò, magna hic illos cum mentis tranquillitate vixisse. Secundò, non idcirco Herodis mortem optasse. Tertiò longioris morē minimè pertāsos fuisse. Quartò, purè & integrè à diuina prouidentia dependisse. Quintò, non minus animò indoluisset, visò tot passim ab Aegyptiis scelera committi, quàm Loth, quem Apostolus scribit quotidie prauis Sodomitarum operibus oppressum fuisse.

IV.

Herodes metuens, ne recens natus filius regno se exueret, vidensque frustra se Magorum reditum expectare, necari omnes iussit paruulos à bimatu & infra; cui stragi quinquennium circiter superuixit, vt digna scelus hoc, si modò voluisset, poenitentia expiaret. Eo defuncto idē Angelus iterum Iosepho apparens ait: *Surge & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim qui querebant animam pueri.* Iosephus iussis eius parens in Israelidem rediit, & veritus ne quod in Iudēa periculum incurreret, in somnis admonitus fuit vt Nazarethum concederet, vt adimpleretur quod prædictum erat à Prophetis quoniam *Christus Nazareus vocabitur.* Notanda hic primò Herodis cæcitas & ambitio. Secundò, Domini nostri Iesu Christi dolor, visā tot innocentium nece. Tertiò, quantum paruulis hisce bonum accesserit, ob quod hanc sanguinis effusionem permiserit Deus. Quartò, reuocatio ab exilio, quæ penè eisdem contigit verbis quibus indicta fuga. Quintò, quantus ciuium apud quos commo-

rati

rati in Aegypto erant, fuerit illis discedentibus dolor. Sextò, quomodo in omnibus difficultatibus suis ad orationem Iosephus recurrerit. quæ in sequentibus etiam latius deducuntur.

FRUCTVS I.

Herodes, Iudæi, & diabolus in Domino exagitando conspirantes diuersa id intentione fecere: Herodes velut tyrannus, quod regno excidere vereretur; Iudæi, vt adulatores, Principi suo terreno cõplacere studebant: diabolus deniq; timens ne prodigiosus hic puer prædam, quam iam possidebat, sibi extorqueret. Non secus etiam aduersus Ecclesiã conspirant hæretici, etsi enim inter se dissideant, & vulpiũ samsonicarum instar in aliud singillatim ferantur, in Ecclesiæ tamen messe depopulanda coniũcti sunt & conueniunt. Sed sicut Deus Pater hæc eorũ in malitia filij sui obedientiam, voluntati suæ iam inde ab incunabilis ad mortem vsq; subiectam eò magis patefecit, ita & Ecclesiã pulchriorem, suauiore, purioremq; persecutionibus reddit.

II.

Tartareus ille Ceraſtes, cum è Dei ipsius ore caput suum per semen mulieris conterendum didicisset, omni qua potuit ratione, illud ipsum iam inde ab initio impedire contendit. Hanc ob causam iustissimos quosque, aut eos, quibus promissum sciebat ipsorum è stirpe Messiam nasciturũ, nunquã non exagitauit. In lege naturæ Cainum impulit, vt fratrem suũ Abelem, qui primus iustorum, è medio tolleretur; tot deinde in orbem

Gen. 4. 9.

17.

H

peccata

peccata & abominaciones inuexit, cum ante ut
Gen. 26. exterminandum quàm redimendum spes esset.
 24. Inde secutum deluuium: post quod, audito Abra-
 he dixisse Deum, in semine ipsius oēs mundi na-
 tiones benedicendas, Esau aduersus Iacobum, &
 omnes Iosephi filios in vnum Iosephum concita-
 uit. Cum verò Iacobi posteritas nimium quantū
 in Aegypto excreuisset, edictum ferri iubet, quo
 obstetrices ad omnes masculos enecandos ob-
 stringerentur. Quoniā verò post duce Mose Ae-
 gypto egrediebantur, Pharaonē impulit qui eos
 prosequeretur; in deserto ipsosmet ad murmura
 & contradictiones coëgit, ut ab ignitis serpenti-
 bus deuorarentur, & duo duntaxat Aegypto egres-
 sorum in terram promissam ingressi sint. Hanc
 ingressis varia suscitauit bella, ad idolorum cul-
 tum eos pertraxit, ut vindicem Dei in ipsos manū
 pronocaret. Dauid exinde promissum accepit,
 suo ē semine nasciturum qui Israël & Iudæ
 dominaretur. Hinc sub Atalia atrocem persecu-
 tionem & motum suscitatur, quo septuaginta duo
 ē regia stirpe sublatis sunt, vno duntaxat Ioas ere-
 pto. Cum nec hoc molimen ex voto successisset,
 aliud sub Antiocho excogitat; at cum Machabæi
 superiores essent, Danielis hebdomades com-
 pletæ, & sceptrum ē domo Iuda ablatum, Hero-
 dem Idumæum concitat, ut omnes paruulos bi-
 ennio ante magorum aduentum natos, ne scilicet
 Christus elaberetur, & quod spectabat, ex voto
 succederet, neci tradi iuberet. Hinc apparet
Ioan. 3. ergo, illum esse furem & homicidam à princi-
 44.
Apoc. 12. pio, ut post de illo Redemptor ait: itaque draco
 4. semper apertis faucibus filio, mox ut eum muli-
 er quam Ioannes vidit, paritura esset, inhiauit.

III. Perse-

III.

Persecutionem Herodis facillè Dominus euadere poterat, vel illum vita spoliando, aut se inuisibilem reddendo: sola tamen fuga sibi consuluit, quo suam imbecillitatem & infirmitatem patefecit. In Magorum quoque regionem concedere potuisset, quibus quàm gratissimus fuisset: in Aegyptum tamen ad externos & aduersarios transire maluit: suo ut exemplo doceret, nefàs esse regum vitæ insidiari, & eorum potiùs declinandam potentiam nos exagitantium, quàm aduersus ipsos insurgendū. Itè ut hinc disceremus, satius esse sepe numero tempori cedere, quam cum tempestate & procella luctari: & rebus desperatis, Dei auxilio & prouidentiae solito amplius confidere, ac nobis persuadere, quæ carni dura sunt & inimica, spiritui & menti sæpè magis ea prodesse & conducere.

IV.

Olim in Aegyptios animaduertit Deus, cum peccatis se ad iracundiã prouocassent, omnibus illorum primogenitis nocte vna sublati: iam verò vice versa suum iis destinat vnigenitum. Olim in brachio extento & manu victrice suum Aegypto populum eduxit; iam subit eadem filius eius debilis & infirmus. Nubes candida & leuis quam prædixit Isaias, sanctissima eius est mater; idola & simulacra quæ concutit, ipsa sunt oracula, quæ exinde obmutuere; quorum vnum ut responderet coactum, ait:

*Me puer Hebraus diuos Deus ipse gubernans
Cedere sedes iubet, tristemque redire sub arcum,*

H

Ergo

Ergo de hinc aristacitus discedite nostris.

Vnde colligam, Deum si animam meam ingredi dignatus fuerit, superbix, auaritix, præsumptionis, vanitatis, voluptatis idola ilico deicienda, & diabolicis oraculis, quibus toties credidimus, passionibus inquam nostris, & vitiosis affectibus, quamprimum silentium imponendum.

V.

Angelus Iosepho apparet, dicens ut puerum & matrem eius in Aegyptum duceret; rursus ut eosdem reduceret, tum quod beatæ huius familiaris ipse caput esset, tum ut hinc disceremus, superioribus præsertim, suam Deum voluntatem patefacere: proinde nostrum esse illis obedire, non modò iniuncta exequendo, verum etiam iudicium voluntatemque iis subiiciendo, quidquid iniungunt, modò evidens nullum peccatū includatur, approbando; idque propter Deum, cui in persona superioris obedimus, sine vllō ad qualitates dotesue eorum, doctrinam inquā, probitatem, sanctitatem, aliasque intuitu. Cum nō homini, quòd insigni aliqua sit coelitus dote donatus, obediamus, at dūtaxat quod eius suppleat locum, qui olim dixit: *Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit.* Adcò ut non minus nobilis eximiaque Virginis sit obedientia, quod Iosepho paruerit, quàm quod hic Deo.

*Luc. 10.
26.*

VI.

Non invidit Maria quod Iosepho potiùs quàm sibi Angelus apparuerit, illius se ancillam eoque inferiorem se credens. Ita cauendum mihi est, ne ob interna quæ aliis communicata sunt charismata & dona coelestia, indigner aut iis inuideam

deam: nisi relicta Mariâ matre Iesu aliam imitari Mariam voluero lepra percussam quod murmurando dixerit: *Num per solum Moysen locutus est Dominus?* Hanc Deiparæ humilitatem & obedientiâ ab alio dirigi conduciq; se patientis imitabor, ab alio regi conduciq; me permittēs, nec egrè ferens si quis pluris me fiat, & magis colatur; quin imo nimis quâ beatū me credendo, quod voluntatem Dei, qualicumque demum via, & quomodocumque eam ipse mihi patefacere voluerit, intelligam & perspectam habeam: non secus atque Angeli, qui Domini sui voluntatem non minori feruore in terrâ quàm in coelo adimplent.

VII.

Hæc loquendi ratio: *Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi*, grauis est, succincta, imperiosa, plena circumstantiis, quæ sancti huius viri ad quem dirigitur, obedientiam patefaciât. *Gen. 12.* Ita olim & Abrahæ Deus locutus est: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi. & alibi: Tolle filium tuum vniogenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis.* *Gen. 22.*

Notandum autē de nocte, quando nimirum omnia animalia silent & quiescunt, Iosepho Angelū apparuisse. Vt hinc discamus semper ad laborē prōpti esse consolationib. nostris & cōmodis, quodcumque Deo visum alia in re nostra vti opera, cedere parati. Vt itē hinc videamus, ecquod sit sanctorum & aliorum hominum discrimen: hi enim etiam vigilantes vix de Deo cogitant, illi etiam dormientes & in somnis

peccato resistunt, ab Angelis visitantur, Deique discunt voluntatem.

VIII.

Triplex in mundo tentatio est: aliæ superantur negligendo, aliæ pugnando & iis obluendo, aliæ denique fugiendo. Tentationes siquidē ad blasphemiam, ad desperationem, ad scrupulū, & importunas cogitationes, non nisi contemnendo & aliō cogitationem diuertendo, non secus ac sonitus campanarum atque canum latratus non audire cupiendo superantur; alioquin animæ insinuantur magis eā exagitāt. Tētaiones vero ad superbiam, inuidiam, auaritiam, acediam, gulam, per contrarios humilitatis, charitatis, liberalitatis, sedulitatis & abstinentiæ actus supplantantur. At quæ iram & concupiscentiam exacuunt, ut Scythæ & Parthi præliari solent, fugiendo inquam frangi debent & elidi: quod irascibilis & concupiscibilis nostrā facultas, primi Parentis nostri transgressione ita luxatæ & sauciata fuerint, ut nimis debiles sint, quæ cum obiecto à quo tentantur, corā & cominus depugnēt. Atque hoc denotauit illa vox Arsenium filiorū Theodosij Imp. Præceptorem compellens: *Fuge Arseni, fuge.* Ceterū optima & minori cum difficultate & obstaculo fugiendi, ratio est, Iosephi exemplo, derelinquere omnia sine vlla tergiversatione aut iudiciis, & pro omnibus & super omnia Iesum cum sanctissima matre eius possidere. Et sanè cetera non nisi mera sunt vanitas & afflictio spiritus.

IX.

Maiori sanè in discrimine versatus in Iudæa, quàm in Aegypto Ioseph cum familia sua fuisset
versa-

versaremur & nos, multis in locis, in quibus tamen nos tutiores & securiores fore arbitramur. Quàm porro verum est, perfectam animæ securitatem non à loco aut solitudine, sed à Dei protectione proficisci, utpote per cuius gratiam & voluntatem in ardentissimo etiam conflictu securi & tuti sumus, quasi careamus, in media etiam pace propria voluntate causante, perimus & mergimur.

X

Ex hisce verbis: *esto ibi usque dum dicam tibi*, cæcam disco obediētiam sub directione & providentia Dei, cui displicet, si quando tempus illi rerum quas dispositurus est, præscribimus, & sancta Iudith aiebat, quales inprimis sunt persecutiones, onera, afflictiones, & quidquid ad *Iud. 8. 12.* crucem eius spectat. Quid nobis conveniat, multo nobis ipse melius novit, vult, & potest: quidquamne igitur certius, quàm omnem eorum quæ ad nos spectant, in ipsum curam conicere, cum illi & Angelis eius eæ curæ sint? Subinde ramentum diuina eius bonitas rationes & motiua dispositionis suæ reuelat & declarat, ut ita fidem, Spem & obediētiam nostrā soletur, quando præsertim firmos nos & fideles novit, uti Iosephū, cui nō aliam fugæ eius ait causam esse quàm futuram Herodis persecutionem.

XI.

Tot olim mirabilia patrarat Deus, ut Samariā & Bethuliā obsessas ab hostibus liberaret; plura quoque & naturæ ordinē superantia, quo populum suū a Pharaonis iugo & seruitute vindicaret, tot circa Danielē & tres pueros miracula, quo à leonū & flammarū impetu eos tueretur: & modò ad

filiū tuendum aliud fieri non iubet quàm vt ipse velut imbecillis in Aegyptum fugiat. Vt hinc primò discam, non faciliè ad miracula confugere. Secundò, non indignari, si quando ea non contingunt. Tertiò, ordinariis vti mediis, quæ diuina eius prouidentia mihi suggerit. Quartò, pericula cautè prudenterque declinare. Quintò, agnoscere filij sui nos inopia Deum ditare velle. Sextò, plurimos sanctorum plura & maiora patrasse miracula, quàm ipsemet Saluator. Septimò, maluisse Deum Patrem vt præteritis, præsentia & futura miracula filij sui meritis fiant, quàm semper propter ipsum miracula facere. Octauò, Incarnationis eius oeconomia magnum & continuum illud miraculum fuisse, in quo immortalis mortalis, impassibilis passibilis, & semper beatissimus ad mortem vsque tristis conspiciebatur,

XII.

Verosimile est Dominum in Aegypto commorantem & sanctam eius matrem & Iosephū plurimos ad vitam meliorem conuertisse, sin minus, quid mirum Dei seruos tam exiguum tum vita exemplari, tum concionibus suis fructū facere?

Ceterum dum per deserta Aegyptum peteret Dominus, suæ passim illis benedictionis odorem asperxit, vt exinde Thebais, & omnis Iudæ, Palæstineq; solitudo religiosæ, eremitis, & anachoretis repleta fuerit, Inter quos emicuere S. Paulus, Antonius, Macarius, Hilarion, Onufrius, Pachonius. Creditur quoque hortus ille, è quo ingens hodie balsami colligitur copia, fontem habuisse in quo magno paruuli panniculos Dei para ablueri solita erat.

XIII. Ambi-

DE FUGA IN AEGYPTVM 21
XIII.

Ambitionis cæcitas elucescit in eo quòd Herodes non agnosceret, quòd si puer, quem ad necem quærebat, non esset Deus, minimè eum Messiam promissum esse; si verò Deus, mille ei ex eius manibus elabendi rationes suppetere, etsi non nisi pari cum Elia potentia fuisset, aduersus quem Achab Rex præualere minimè potuit. Hinc apparet, vbi dominatur passio, nullum ibi esse rationi locum, & vbi ambitio regnat, crudelitatem, suspicionem, inquietudinem, præcipationem, odium ac furorem ibi reperiri.

XIV.

Nimis quàm paruum caput erat paruuli recens nati ad coronam spineam gestandam; nimis membra eius tenuia, vt conuellerentur; nimis debiles humeri, ad crucem portandam: hisce se referuabat, non gladio; quò, iuxta Psalmographum, copiosior nostra foret redemptio, suæque charitatis extases nobis magis patefaceret.

Postquam uxorem suam Mariamnem & filios Herodes sustulisset, post longa renum & intestinorum tormina, post oculos capite prominentes, post membra omnia collisa & luxata, rabie & furore mentis actus, suo ventriculum ferro petijt, cum antè Salomæ forori mandasset, vt, quò Iudæam vniuersam ad lacrymandum velut in morte sua, inuitam compelleret, viros primarios & nobilitatis decus, in Hippodromum conuocatos, & conclusos, à militibus confodi iuberet; à qua tamen illa crudelitate abhorruit. Ita ergo scelestus & regnum, & famam, & vitam, & corpus & animam simul perdidit, & modò cum

H 5 damna-

Sap. 5. 8. damnatis exclamat: Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia. quid contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra, & nos in malignitate nostra consumpti sumus. spes impij tanquam lanugo est, qua à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, qua à procella dispergitur: & tanquam fumus qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitii vnius diei pratercantiu.

COLLOQVIUM.

VT me coràm Deo Patre tuo in tuto collocares, dulcissime Iesu, à facie Herodis ipse fugere voluisti: vt hinc ostenderes, numquam te liberum hominum cogere arbitrium, & tyranno libertatem sui tuo damno concedere. item, vt discamus, te cum omni re pro natura sua agere, cum liberis liberè, cum contingentibus accidentariè, cum necessarijs necessariò; suum naturæ cursum in denaturato hoc Idumæo permisisti: vt simul etiam patescat, maximos non esse peccatores eos, qui citius alijs poenas luunt, vitam concedis illi, qui ad mortem te persequitur: Denique vt doceres, aliam superesse vitam in qua suam probi mercedem, & pro delictis improbi supplicia recipiunt, matrem & coniugem eius hoc in mundo profugos esse & exagitari finis; Herodem verò futuri sæculi supplicij reseruas. Quàm sunt, ò sancte puer, sæculorum magister, actiones tuæ exemplares, & poenæ tuæ & tolerantia documentis refertæ? Quis verò deinceps de Patris tui prouidentia conqueri aut murmurare audeat, cum te ipse adeò illi subieceris? Quis non patienter Domini sui aduen-

cum

DE FUGA IN AEGYPTVM 129
 tum exspectet, & non libenter intra limites fixos se, tam quoad totum vitæ huius tempus, quàm quoad eius partes & membra contineat? Millies suavius est à te dependere quàm à nobis ipsis. et quæ enim inter tuam charitatem & solidam & fictam philantiam, qua erga nos ipsos ferimur? Quæ inter tuam sapientiam & potentiam & nostram comparatio? Illi sentiant quid sit seipsum velle dirigere, qui seipsos dirigere volunt; illi seipsos inueniant, qui seipsos quaerunt: illi cæcitatem experiantur & animæ præcipitium, qui eam per seipsos regere cupiunt. Vnicum mihi gaudium erit à te dependere: cordis mei erit iubilus, omnia à te exspectare: atque vt oculi seruorum & ancillarum ad nutum dominorum dependent, & eum solum inuentur; ita animæ meæ oculus ad te dirigetur: & si modò mecum esse & me tecum volueris, nihil penitus timebit cor meum: In AEGYPTUM concedam, ex AEGYPTO redibo, per ferum & ignem ruam, modò de tua sim beneuolentia securus, quæ tuam specialem præsentiam semper coniunctam habet. O animæ meæ amor, quàm quietus & contentus viuiam, quando à me diuelli & abstrahi non poteris? Quàm viuiam beatus, quando nihil me à te poterit diuellere & separare. Utinam semel & verè, & non minori effectu quàm affectu verba illa Apostoli, quem *vas Electionis* ipse nominasti, usurpare possim: *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?* AR. 9. 11.
Rom. 8.

Certum

Certus sum enim, quia neq, mors, neq, vita, neque Angeli, neq, Principatus, neq, virtutes neq, presentia, neq, futura, neq, fortitudo, neq, altitudo, neque profundum, neq, creatura alia poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Tunc quippe haud dubiè tu in me, & ego in te viuerem.

O mater incomparabilis, cui Iudæa, Galilæa, Nazareth, & vniuersus simul orbis collatus nihil plane erat, quòd tecum & in vlnis tuis omne haberes, erat ipse totus tibi, & tu tota ei, vnicus vtrimque, & sine vlla exceptione; hanc porro mihi gratiam obtine, vt inter mortales agitationes, & continuas vitæ huius miserabilis vicissitudinis, in hoc sim immobilis, & immutabilis, vt de ad me non pertinentibus nihil, laborem, omnisque mea sollicitudo sit filio tuo placere, seruire, eumque diligere. Cùm enim tot nominibus eius sim, curam haud dubiè habebit eius, quod suum est, quando, quomodo, & quoties voluerit, nulla vt ratione coarctetur nisi solo suo beneplacito. Quis mihi, eheu! præstet, vt omnes posthac animæ meæ reflexiones ad illum dirigantur, illi soli timeam displicere, & illi soli desiderem placere.

Quando, ô beate Ioseph, qui mox vt ab Angelo iussus es, strato surgens omnia deseruisti nullo recularum quas derelinquebas tactus affectu, nulla itineris difficultate deterritus, nulloque auxilij suppetiarumq; peregrino in solo defectu à proposito retardatus; denique deferens omnia, vt omnia tuereris; quando inquam, ô sanctissime Patriarcha te imitabor, quando Iesum possidenti nullum mihi posthac cum scelestis

Iesto hoc mundo erit commercium, nullum cum
 anxiis cogitationibus meis tam de præteritis
 quàm futuro negotium? Quando rerum mihi
 casus & euentus, vti tibi, indifferens erit, & læ-
 titia tristitiaque mea nequaquam à rerū succes-
 su, sed à solo cuncta videntis, omnia replentis,
 omnibus præsentis nutu ac beneplacito depen-
 debunt. Tum scilicet cogitationes meæ illo
 occuparentur; tum illum in animo præsentem
 haberem, vti ipsum coram intuebaris, & exte-
 rius habebas: cum ipso vigilarem, cum ipso
 dormirem, illi loquerer & coram illo nihil ni-
 si in ipso, cum ipso, & propter ipsum facerem:
 vita mea cum vita ipsius abscondita foret, vti
 tua cum ipsius (sine vlla comparatione tamen)
 & ipsius cum tua erat. Et licet somnus oculos
 occupasset, cor tamen in ipso vigilaret illi vici-
 num; & sicut intima vnio tua exteriores obse-
 quij quod illi sanctissimæq; eius matri præsta-
 bas, functiones non impendebat, ita occupatio-
 nes meæ à præsentia eius me non abstraherent,
 & numquam illum ex oculis amitterem; atque
 ad aspectus huius regulam omnes motus, inten-
 tiones, & animæ affectus dirigerem & modera-
 rer. Optanda fors! ô status desiderabilis! ô
 terq; quaterq; beata animæ constitutio! hanc tu
 mihi impetra nutritie eius, qui vniuersum orbem
 nutrit & pascit, tutor eius qui naturam tuetur &
 gratiam, curator omnes curantis creaturas: hæc
 à te per omnia extraordinariæ gratiæ tibi colla-
 tæ priuilegia & iura à te contendo & efflagito.
 Quæ si tuo interuentu semel obtinuero, alumno
 me tuo omnibus vitæ diebus, pro donis & gra-
 tijs quas tibi contulit, grates acturum, irreuoca-
 bili

bili stipulatione spondeo: laudabo illum propter ea quæ in te effudit, meditabor quid illi ipse esses, quid ipse vicissim tibi: auxiliatorem aduocabo Angelum tuum custodem, & quotquot coningi tuæ affuere; quin & meum, & omnes beatorum Spirituum ordines, ut simul omnes in Christo, & per Iesum Christum, Deo Patri pro mirabilibus, quæ in te operari dignatus est, pro gratiis quas tibi communicauit, pro occulta, mutuaque cordis tui & illius communicatione & correspondentia, pro mutuis colloquijs vestris, pro reciproco commercio vestro, pro instructionibus quibus teneram humanitatem eius informabas, proque illis quas ipse ab eius diuinitate vicissim recipiebas; denique pro omnibus ad felicissimam œconomiam tuam spectantibus gratias agamus. Per merita ergo tua & orationes in tam optabili me statu constitue, ut semel in terra facere incipiam, quod in æternum sum tecum, & intercessione tua in cœlis facturus.

MEDITATIO X.

DE REDITV EX AEGY-

pto.

PVNCTVM I.

Defuncto Herode cum septennium circiter, ut probabiliter asseritur, Dominus in Aegypto esset commoratus, Angelus rursus Iosepho apparuit dicens: *Surge & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri.*

II. Io.

II.

Ioseph pro more Angelicis parens monitis, ad iter se accinxit; Palaestinam verò ingressus audito Archelaum Patris in regnum successisse, perplexus & anxius rem Domino commendavit. hinc inter dormiendum admonitus fuit ut in Nazareth concederet; itaq; adimpletum fuit, quod prædictum fuerat à Prophetis, *quoniam Christus Nazareus vocabitur.*

III.

Notandum hic, quàm vehementem illi senserint Aegyptij dolorem, apud quos sancta hæc familia commorabatur, quando Vale illis in abitu dixit, siue ad veram Dei fidem conuersi, siue placida & sancta illorum conuersatione ad ipsos amandum inuitari.

IV.

Reditus hic multò fuit grauior & difficilior quàm olim fuga, Dominus quippe iam erat gravior, & Deipara commodè illum gestare minimè poterat; quin & ipse ad iter conficiendum fatis annorum non habebat.

FRUCTVS I.

Iesum Christum in fugam compulit Herodes, compellit & peccatum, sed multò magis: numquam quippe Domini nostri humanitatem vitæ huius incommoda ita afflixere, ut eius diuinitatem etiam minimum quod in mundo admittitur peccatum mortale lædit. Qui ergo retinere apud se Dominum voluerit, peccatum fugiat; qui eum à sepellere, peccandi finem non faciat.

II.

Non tanto Dominus in patriam suam gaudio & plausu rediit, quâto ad animâ poenitētē iubilo.

Acr

Aër terræ concauo visceribusque coarctatus
vrbes disijcit, montes concutit: ignis per forna-
cū fornices proserpit, nulloque obstaculo re-
tentus pyramidis in modum ad vsque Lunæ or-
bem ascendere contendit: Ceterum non tanta
elementa hæc violentia ad locum naturæ suæ e-
lementariæ pprium feruntur, quantò Dominus
ad illos, qui illum, prout dixit, id est ex toto cor-
de, ex tota anima, ex tota mente, & denique ex
totis viribus inquirunt.

III.

Illi verò ex Aegypto in Nazareth reuertun-
tur, qui relictis peccati tenebris, & passionum
suarum idolis, animæ suæ agrum excolunt, vt
bonorum desideriorum frondes, sanctorum af-
fectuum flores, & bonorum operum fructus
proferat.

IV.

Nazareth tria denotat, *sanctificatam, custodi-
tam & floridam*. Requiescere item vult Deus in
anima per gratiam sanctificata, per timorem cu-
stodita, virtutibus denique florida.

V.

Gen. 19. Angelus Lotho apparens ait: *Surge, tolle u-*
15. xorem, & duas filias, quas habes: qui Agar ap-
Gen. 21. paruit, dixit: *Surge tolle puerum, & tene manum*
18. illius: qui Iacobo in Mesopotamia clamat: *Surge*
Gen. 31. 13 *& egredere de terra hac:* qui se Eliæ communi-
3. Reg. 19. cauit, ait: *Surge comede, grandis enim tibi restat*
5. 6. 7. via. Qui Petrum in carcere excitauit, vt in Actis
Act. 12. refertur, his eum verbis compellauit: *Surge ve-*
5. 7. lociter, id est, festinans surge, *& sequere me.* Item
qui hic Iosepho apparuit, dixit: *surge, accipe pue-*
rum & matrem eius, & vade in terram Israel.

Quid

Quid sibi omnes hæc loquendi rationes volunt? significant primò nobis, quamdiu vitæ huius ærumnosæ durat peregrinatio, semper incedendum esse, semper festinandum, magnisq; passibus ad perfectionem contendendum, sicut & ad mortem citato gressu ferimur. Secundò docemur, vitam humanam nonnisi diei vnus, cursum & iter esse. Tertio, vt hinc eruamus, qui in Dei obsequio cultuque non proficit, deficere. Quartò docentur omnes, qui resipiscere volunt, dominum omnem moram perosum esse, & odissetarda molimina Spiritus sancti gratiam. Quintò, vt quis tentationibus resistat, promptè ijs alacriterque resistere debere, nam alioquin ex musca fit elephas, è pygmæo colossus. Sextò, in ijs quæ iram concitant, obiectum & occasiones esse declinandas & fugam capeflendam. Septimò, tempus breue esse, & proinde festinandum. Denique è peccati somno nobis surgendum, celeriq; gressu per diuinorum mandatorum viam incedendum.

VI.

Tot in somnis Adamo, Pharaoni, Nabuchodonosori, Simeoni, Iudæ Machabæo, & imprimis Iosepho nostro, & quidem quartò reuelatæ veritates, euidenter patefaciunt, somnia non semper esse mendacia. Vt verò quis eadem cognoscat, debet, cui hæc obuenerint, eodem tempore clarè & certò intelligere, quæ audit & videt, longè esse aliud quàm somnium: sed vbi hæc euidentia defuerit, vanum est ac superstitiosum ijs velle credere aut niti.

Et si Iosephus extraordinaria quadam ratione ab Angelis dirigeretur, & filium Dei, sanctissimamq; matrem eius apud se haberet; nihil tamen sublime præsumit, nihil temerè aut fortuito aggreditur, vanè non confidit periculo se exponens; sed prudentia vititur iudicioque coelitus sibi infuso, de Herodis successore inquit, periculum veretur, os Domini consulit, à quo intelligit ut in Nazareth concederet. Hinc discimus, non ad eò gratiæ nos debere inniti, quin & eidem per liberum arbitrium cooperemur, idque virtute eiusdem gratiæ: & post visitationes, & consolationes Dei, raptus mentis, extases, aliaque dona gratuita, metuiere nos oportere, ac tum nobis ipsis diffidere, tum illusiones diabolicas vereri: denique hæc duo simul iungere, ita scilicet in gratia diuina confidere, eaque niti, quasi nihil à nobis ipsis speraremus aut expectaremus; à nostra verò parte ita laborare & sedulo eniti ac contendere, ac si aliunde nullum sperandum aut expectandum auxilium esset.

VIII.

Ad orationem confugiebat Ioseph, & suis in difficultatibus eum Deus exaudiebat, & illustrabat: idem & ipse in meis præstabo, confisus Deum cuncta & ad maiorem gloriam suam, & maius animæ bonum dispositurum.

IX.

Herodes dum Dominum ad necem persequitur, ante ipse mortuus, nec voti sui factus est corpus; quin & duplici extinctus est morte, animæ simul & corporis. Id ipsum & seruos Dei exagitantibus, vindictam spirantibus, & Ecclesiæ hostibus non raro contingit.

X. No-

X.

Notandum, vtrāq; in apparitione suo Virginem nomine Angelum non appellasse, neu dixisse Iosepho: Accipe vxorem & puerum, sed: *Accipe puerum & matrem eius*. Vt hinc discamus, gloriosissimum & dignissimum potentissimæ huius reginæ nomen esse, *Mater Dei*. Cum ergo Angelus & Euāgelista hoc eam nomine compellēt; ipsum & nobis faciendum incumbit, magno nomen hoc, post Dei nomina primum & supremū; honore, reuerentia & affectu prosequendo.

XI.

Vbi sanctissima Virgo, post suum ex Aegypto reditum in domum suam (quæ Laureti modò conspicitur) reuertit; eoq; in cubiculo, in quo ab Angelo nuntium accepit; & in quo sanctissimum illum puerum, quem corā se videbat concepit; versari coepit, an non verosimile est, nouo illam inusitatoq; vnā cum sancto Iosepho coniuge suo gaudio perfusam? In hac deinde domuncula vt plurimum conimorati sunt, in hac ambo post pretiosas animas Deo reddidēre; ibi oculos Iosepho morienti clausit Iesus, in hac Virgine exspirante non sine miraculo omnes quotquot superstitēs erant Apostoli conuenēre, in hac deinde sacra diuināq; celebrarunt mysteria, hæc postea in Italiam translata est.

XII.

Facilius longè fuit Iesum etiā ab vberibus matris pendulum in Aegyptum conducere, quam iam septennem inde educere. Gestabat illum Maria dum eo proficisceretur, redeunte portabat Iosephus; & si quando iumēto descēdere oportēbat, ipse brachio vno diuinum hunc

puerum sustentabat, altero coniugem suam adiuuabat; ipse diuersorium procurabat, ipse de necessarijs prospiciebat. Maria verò curabat ea quæ immediatius ad filium suum spectabant, qui non voto aut professione, sed ob suam in Nazareth habitationem *Nazareus* fuit vocitatus, vti iam olim à Prophetis fuerat prædictum. Cum verò Nazareth florem aut floridum significet, quis explicet, quàm varijs virtutibus, diuinis consolationibus, illustrationibus & influxibus tres illæ animæ, Iesu, Mariæ ac Iosephi effloruerint? quæ talistamque admirabilis tot annorum conuersationis, iam inde à septimo ad tricesimum vsque Redemptoris annum, fuerint appendices & dependentiæ? quo tempore iuxta probabilissimam opinionem sanctissimus eius nutritus, gubernator, tutor & curator, de sæculo hoc migravit, & sanctis animabus limbo de-tentis aduentum eius nuntiauit, quem ipse educasset & nutritus, & mundi redemptionem in proximo iam esse. Facilius hæc inter meditandum concipiuntur, quàm linguâ calamoq; exprimantur.

COLLOQVIVM.

Septem primariæ fugæ tuæ causæ fuere, dulcissime angelicarum & humanarum ruinarum restaurator Iesu, septem quoque fuere reditûs. Primò, in Aegyptum concessisti, quòd nondum hora venisset à Patre tuo designata. Secundò, vt maioribus te supplicijs reseruares. Tertio, vt humilitatem nobis præires, doceresq; quibus circumstantijs & modis tempore persecutio-

entionis nostræ vestiri fuga debeat. Quarto, tua ut mundus præsentia diutius frueretur. Quinto, ut longius tibi nostri erudiendi tempus suppeteret. Sexto, tuam ut missionem miraculis probares & confirmares. Septimo, ut verè te hominem esse demonstrares, & effectus gratiæ naturam numquam destruere.

AEgypto porro egressus es, Primo, ut voluntati patris tui te conformares, qui per Angelum eam tibi significarat. Secundo, ut matri & Iosepho coniugi eius, cui hoc iniunctum erat negotium, pareres. Tertiò, ut ostenderes idololatriæ, quæ tum in Agypto vigeat, te quàm maximè aduersari. Quarto, quia cum pueritiam tuam alienigenis & exteris communicasses, æquum erat, ut adolescentiam & ætatem maturiorem amicis ciuibusq, tuis communicares. Quinto, ut legi obedire posses, & Mosaicis præceptis parere. Sexto, ut maturè te ac tempestivè patefaceres. Septimo, ut diuinæ nos providentiæ cooperari, & occasiones quas ad diuinum cultum tuum proprias nobis suggeris, arripere doceres.

Quàm porro certum est, omnia certo te pondere, numero ac mensura facere! quàm verum omnes actiones tuas esse velut totidem instructiones! Statuam ergo non aliter ire aut redire, nihil aggredi aut relinquere, nihil penitus dicere aut facere, nisi antè à te motus, nisi in quantum tibi inspirare placuerit, & purè ad honorem & gloriam tuam. Si me fugere vis, vitamque agere quæ sit tua, solitariam inquam & contemplatiuam, ecce me Deus meus, paratum relinquere omnia, vocatæ ut auscultem. Si me in

procelloso mundi huius mari nauigare & fluctuare velis, quò cum sæculi huius fluctibus & tempestatibus lucter; non refugio laborem voluntati tuæ vsquequaq; parere, tam in prosperis quàm aduersis, tam in sanitate quàm morbis, tam in copia, quàm inopia, tam in honore quàm infamia, tam in consolatione quàm desolatione dispositus, in vtrumque æquè paratus, modò tibi placuerit, & misericordia tua donante tandem gratiæ tuæ portu in gloriæ tuæ & supremæ beatitudinis portum inuehar.

MEDITATIO XI.

QVOMODO DOMINVS AETATIS

Anno duodecimo in templo inter Doctores inuentus sit.

P V N C T V M I.

Duodecennis Iesus cùm vnà cum parentibus in templum ascendisset, illis Nazarethum redeuntibus, Hierosolymis parentibus mansit inscijs; & Dei Patris sui zelo actus, iam tum aliquod gratiæ suæ, qua repletus erat, specimen edere voluit; legis Doctoribus sese manifestando, idq; pro ætatis moduto & decenti conuenientia, vultu præferens modestiam, in verbis grauitatem, in gestibus discretionem; Doctoribus eum ad disputationem admittentibus, & verba ore eius prodeuntia demirantibus. Verosimile verò est, cùm ita stuporem omnibus & admirationem sui mouisset, non defuisse ei apud illos qui

qui cum antè audissent, & in domo Patris sui potissima diei parte agentem conspexissent, diuersorium.

II.

Virgo & Iosephus cum diei itinere Hierosolymis iam abessent, matre credente illum in Iosephi comitatu agere, Iosepho illum apud matrem esse, (eò quòd separati disiunctique, ille inter viros, hæc cum mulieribus incederent) in diuersorio tãdem illum abesse cognouère. Cùm verò illum inter cognatos & notos frustra quassissent, rediære Hierosolymam, ybi cùm illum die integro irritò conatu quassissent, tertio demum illum inter Doctores confidentem reperere audientem & interrogantem; quam illi rem summopere admirati sunt.

III.

Dixit autem illi Virgo ex postulatione quadã benigna & suaui: *fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus & ego dolentes quarebamus te.* cui deinde puer: *quid est quoddam me quarebatu, nesciebatu quoddam in his qua patris mei sunt, oportet me esse?* Quæ ab assistentibus verba minimè intellecta fuère; quib⁹ dictis sine vlla tergiversatione vnà cum parentibus Nazarethum redijt.

FRUCTVS I.

IN veteri Testamento præcepit Deus, vt filij *Exod. 12.* Israel quotannis agni Paschalis celebrarent *17. & 34.* sollempnia, & ter in anno ad templum ascenderent. *24.* Primò gratias acturi, quòd ab Angelo exterminatore in Aegypto patres illorum præseruati essent, & è domo seruitutis educti. Secundo in *2. Paral.* legis Mosi quinquagesimo post transitu maris rubri *8. 13.* die datæ memoriã. Tertio, in ei⁹ beneficij, quo

quadraginta annis diuina ipsos prouidentia in deserto pauerat, & sub tentorijs conseruarat, recordationem. Hancque ob causam institutæ sollennitates, Paschalis, Pentecostes, & scenopegiæ, quæ alio nomine Azymorum, hebdomadarum, & Tabernaculorum dicuntur. Hac de causa Iosephus quotannis Hierosolyma ascendebat: Deipara verò spiritu deuotionis acta eodem properabat: nam masculos duntaxat lex obligabat. Puer verò Iesus ipsos sequebatur, tum ne ipsos defereret, tum ut Deum Patrem suum in templo glorificaret. Utinam dum templum petimus, sanctitatem imitari possemus illam, qua Iesus, Maria & Ioseph Hierosolymitanum adibant! magna quippe reuerentia ipsum subibant, feruorem præ se ferebant dum in eodem versarentur, & sibi in orando præsentēs erant, Et si enim solitum hoc & ordinarium iter esset, non tamen uti nos, ex consuetudine illud instituebant, sed singulis vicibus nouum spiritum & sensum interiorem adferebant, quasi numquam antè se templo præsentassent. Quam facilè, si quis non aduertat, à rebus supernaturalibus degeneratur, & insensibiliter sensim ad naturales deflectitur, ut postea per habitum acquisitum & comparatum duntaxat fiat, quod per infusum fieri coeptum! Ut enim aqua calefacta facilè ad pristinum redit frigus, mox ut ab igne remouetur, ita quoque in primos tepores relabimur, mox ut spiritum deuotionis euaporare & euanescere finimus.

II

In templo libenter Iesus commoratur; Primò, ut ostenderet esse se templum diuinitatis. Secundò,

cundò, quòd ipsum veri patris sui domus esset. Tertio, quòd locus in quo aliquando singulari quadam ratione se esset manifestaturus. Quarto, quòd Samuele non esset inferior, de quo scriptum legimus, quòd *erat minister in conspectu Domini*, 1. Reg. 2. *ante faciem Heli sacerdotis*, ex quo semel à parentibus in S. lo Deo esset oblatu & dedicatu. II. c. 3. l. Quintò, ætatis anno duodecimo id fecit, quo nimirum perfectò rationis usu donari pueri incipiunt; vt ostenderet, quanti hominem iam inde ab adolescentia iugum Domini portasse referat. Thron. 3. 27.

III,

Puer Iesus humilitatem in eo prodidit, quòd cum omnium esset Magister & doctor, ipse tamè inter eos velut discipulus comparuerit, interrogans & audiens, quasi aliquid discere debuisset. Discretionis verò indicium fecit, dum propositis quæstionibus respondit, eius vt prudentiam singuli obstupescerent; zelum patefecit, dum & gloriæ Dei & animarum saluti studuit, quibus ad oculum ostendit redemptionem illarum instare. Modestiam declarauit, nihil dicens, nihil ué faciens, quo se ipsum ostentaret, aut quòd arrogantiam iactantiamque præferret: nos factò ipso docēs, quomodo conseruare & vnū cū altero conferre nos oporteat, idque sine vlla ostentatione & contentione, quin & nunquam ad còcertandum, vel vt nos potiores victoresque ostendamus disputare; sed duntaxat vt suum veritas habeat locum, rationes nostras & argumēta cū humilitate, discretionē, modestia & diuinæ gloriæ zelo proponēdo. Quid verò fiet illis, qui scire se iactāt & ostentāt quæ reuera nesciunt,

I s.

cum

cum ipse Redemptor Iesus etiam nescire se dissimularit, quæ reuera sciuit?

IV.

Sapientissimus doctissimusque Iesus hoc euenire parentibus permisit, ut virtutes illorum exerceat; Primò, patientiam, quòd minimè turbarentur, neue animæ pacem tranquillitatemque amitterent, hac in amissione, licet acerbissima, diuinæ se voluntati conformando. Secundò, humilitatem, quòd seipsos aut negligentiam, aut imprudentiam, aut indignitatis, quibus diutius talis puer concrederetur, accusarent. Tertio, diligentiam, dum illum sedulo anxieque inter consanguineos, affines & notos inquirunt, & omnes eius inueniendi modos adhibent. Quàm verò amara & molesta illa fuit nox, quam sine Iesu suo traduxere Maria & Ioseph? Quis eorum dolor, quæ suspiria, quæ illorum in diuina prouidentia fiducia! quæ humiliationes! quæ inde comoda elicuere? & quàm verè dictum omnia diligentibus Deum cooperari in bonum?

V.

Si Iesus à Maria & Iosepho, nulla ipsorum culpa, ipsisque insciis se subduxit, annon est quod metuum, ne à me clanculò post tot peccata, defectus, & ingrattudines meas se subducatur?

VI.

Notandum imprimis, sæpè Dominum ab anima ob peccata nonnulla, ut vix tamen ipsa id percipiat, recedere.

Primum est ignorantia culpabilis, quando scilicet ignoramus quæ scire deberemus & possemus, & instructionis defectu omittimus imperata, aut vetita committimus. Huiusmodi sunt hæreti-

ci iu-

ei iudices, magistratus, & aduocati omnes, qui vel iura ignorant, vel in factum remque ipsam sufficienter non inquirunt: Medici, qui ægros aut discrimini exponunt, aut ils nocent, idque scientiæ experientiæque sufficientis defectu: Confessarii, Doctores, Episcopi, & Præsules, qui officij sui partes ignorant, munijs tamen suis se ingerunt, in quorum exercitio, solum cui se euidenter in materia graui exponunt, periculum peccati mortalis illis culpam arcescit.

Secundum est noxia & culpabilis de peccatis alienis participatio: tales sunt qui verbis incōsideratis, & quorū deinde non meminere, aliquod malum cōsuluere: tales quoq; qui asētādo adulādoq; magnates suis in peccatis fouēt: tales qui Dei offensā risu iocoq; excipiūt, tū vt impijs applaudant, tum vt urbani scitiq; habeantur, vel denique praua quādam consuetudine: tales qui lucri iniqui sunt participes: tales qui ad vindictam hortantur, & quod admittunt malum nō aduertunt, eò quòd ab alio id committatur: tales qui domesticos officij sui commonefacere negligunt, usque mandare vt Dei Ecclesiæque præceptis obtemperent: tales qui de peccatis numquam commissis se iactant, putantq; proinde eorum sereos non esse, cum magno diuinæ gloriæ præiudicio mentiantur, aliosque ad malum suis verbis pelliciant: tales qui fraternam correctionē negligunt, maxime tribus circūstantiis concurrentib. dū scil. peccatū letale est, notoriū, & emendationis spes in correpto affulget: tales deniq; illæ oēs quæ amari frequētariq; gaudēt ab iis, qui sinistra intētione ipsas adeant, si huius illæ minimè sint cōscia: multò verò magis si exte-
rius

rius ipsa gestu, affectatione cooperetur amasiosque sua in intétione fouent: quod sanè nō minus est, quàm lignum igni adicere, etsi alioquin illa vel cum vitæ periculo peccato cōsentire nollét.

Tertium est peccatum habituale, quod cūm quodammodo in secundam naturam transierit, hinc qui ipsum committit, vix percipit: tales sunt plerumque iurantes, blasphemi, vsurarij, detractores, simoniaci, mercatores in pretio excedentes, sacerdotes malæ vitæ, sacramenta tamen assiduè administrantes: tales qui alienas actiones sinistri è maleq; interpretantur: Religiosi qui consuetudine quadam vota sua infringentes nullum amplius sensum habent.

Quantum in illusionibus diabolicis consistit. Satan quippe in Angelum lucis se transfigurat, falsis principiis animam replet, illi persuadens quidpiam peccatum esse, quod reuera non sit, vel quod reuera est, minimè esse. Hac illusione noxia fascinantur infideles, athei, Iudæi, hæretici, schismatici, quique religionis nomen impietati ascribunt, & blasphemias velut reformationem interpretantur. In similiter dissimili illusione versantur scrupulosi, formantes sibi quippe conscientiam erroneam, & contra eam quidpiam cōmittentes, sæpenuerò peccant in iis quæ reuera in seipsis nullam continent culpam: tales etiam omnes, qui ex amore proprio sua faciunt eo prætextu quòd Religiosi aut Ecclesiastici sunt: tales qui suo se regunt cerebro, nihilque approbant penitus nisi quod ipsi fecerint: tales quoque quorum in mentibus mirabiles quasdam extases diabolus confingit: tales deniq; qui bonis idcirco se addicunt, operibus, vt quamdam sanctitatis o-

tis opinionem famamque aucupentur.

Quintum est sacrilegium in confessione commissum, quando nimirum quis præ verecordia peccata in eadem celat, vel essentialia eorumdē tacet circumstantias peccati speciem mutantes; vel (quod penē in idem recidit) quando præparare sed debitē negligit, & præparationis defectu letale aliquod delictum aperire omittit; vel dum peccata quasi historicē sine vlla poenitentia sacerdoti narrat, vel ad eadem redeundi propositum habet; vel proximas vrgentissimasque eorundem occasiones non rescindit, vel dum conditionaliter se accusat de iis, quæ absolutē commissa nouit; vel dum sacerdoti confitetur qui absoluedi potestate caret, non debitē in eius potestatem antē inquirendo. His aliisq; de causis ab anima se Deus, nemine aduertente, subducit, & sæpē hoc in errore quis toto vitæ tempore perseuerat, vsque dum nox mortis superueniat. Unde meritō sapiens aiebat: *Est via stulti recta in oculis eius, sed ducit ad mortē.* Et hæc absentia terribilis est & formidabilis; post hanc siquidem sequitur æterna, quæ exclamare Dauidem cogit: *Ab occultis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo,* & alibi: *Ignorantias meas ne memineris Domine,* præsertim crassiores.

Prov. 12.
15.

Psal 18.
23.
Psal. 24.

7.

Fieri item potest, ut nescio quam ob superbiam & occultam vanam gloriam, substantialis deuotio euanescat, Dei que præsentia, quæ animæ imprimis salutaris, ab ea elongetur: quæ agnoscere absentia tempore prosperitatis non potest, quod vana gloria sapida reddat ea quæ non nisi apparentia sunt bona, donec aduersitatis & humiliationis nocte superingruente, Dei sui absentiam

tiam, & veræ virtutis defectum anima, qui eam vilē, abiectam & pusillanimum reddit, percipiat.

Interdum quoque singulari quadam Dei providentia devotionem nobis subtrahi videmus; ut humilitatem nostram exerceat, spiritum metenarium nobis auferat, solidas virtutes excitet, hostrisque nos sumptibus (ut dicitur) Deo servire faciat. Simul etiam ut vanam à nobis complacentiam tollat, quando nimirum ad oculum tangimus & experimur; quid in nobis ipsis sumus & possimus. Denique sæpè, ut meritum nobis accrescat: atque hoc in sensu Dominus à Maria & Iosepho se clanculo subduxit.

VII.

Tres absentia Dominica dies significant, anima Deum & devotionis gratiam amittente, non tam citò eam recuperari: in quo iustitia, providentia & bonitas Domini nostri elucescit: iustitia inquam, ingratitudinem nostram, irreuerentiam, & negligentiam dum castigat: providentia ut deinceps melius dona accepta & charismata dispensemus & administremus; bonitas denique, ut per dilationem, gratiarum quas post communicat abundantiam augeat; simul & debitum principale, & quod soluendum adhuc restabat, animæ humiliatæ, sese agnoscenti, ac melius sese gerere proponenti, quodammodo solvens.

VIII.

In templo Iesus reperitur, non verò in domibus aut compitis Hierosolymitanis. Ita nostris in templis in Ven. Eucharistia Sacramento præsens adest, ite in eorum corde qui vitium ei sunt templum. Sanctissima verò eius mater quæ inter Doctores eum reperit, vana quadam gloriola non se extu-

lit

lit, quod filium scilicet haberet, qui tanti ab omnibus fieret: at Deo ob illū repertū, gratias egit, eiusque responsum suū in commodū conuertit. Vnde discimus nostra téperare gaudia, eaq; spiritualia reddere, memores Christum nobis, iuxta Apostolum, præsentē adesse, id est non modò actiones nostras exteriores, sed motus etiam internos intueri & inspicere.

IX.

Hæc verba: *fili quid fecisti nobis sic?* suavis quædā, humilis & charitatē plena sunt expostulatio: suavis, dum eum filium nuncupat; humilis, nullā asperam indignationē, neu turgidam reprehensionē præferēs: charitate plena, dum coniugis sui dolorē simul inuoluit, in plurali locuta. Vnde discimus, dum aliquam conquerendi apud Deum expostulandique occasionem habemus, expostulationem similibus circūstantiis quæ reuerentiā simul & fiduciā inuoluāt, conuestire. Ita Dominus medijs in dolorū suorum fluctibus constitutus exclamat: *Deus meus, Deus meus, &c.* & Iob: *Quare posuisti me contrarium tibi? & factus sum* Iob. 7. *mihimetipsi gravis: cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Cur faciem* Iob. 53. 24 *tuam abscondis, & arbitraris me inimicū tuum? & Psaltes: Quare faciem tuam auertis, obliuisceris* Psal. 43. *inopia nostra & tribulationis nostra?* 24.

X.

Dum filio Virgo ait: *Pater tuus & ego*, humilitatem simul & prudentiā suā patefecit. hinc namque incōparabilis virginitatis suę gloriā celabat; illinc verò cōmuni vulgi opinioni se accōmodabat, alioquin vt adultera lapidib. obruta fuisset. Quoniam verò in his quædam est æquiuocatio & dist.

dissimulatio, lyti & in omni filij sui actione, dum nempe Doctores interrogat, & percontatur ea quæ illis melius ipse nouerat; notâdę hic regulæ, quæ vsui esse possunt, si simile quid facere velimus, ne quid hinc dicamus, quod vero aduerfetur, nihil verò illinc faciamus, quod bonæ fidei contrarietur.

Prima, nunquam mentiri, quamcumque demum ob causam.

Secunda, in iudicio, si quando iuridicè interrogamur, iuxta Iudicis intentionem, quidquid demum inde euenturum sit, respondere.

Tertia, in tribunali poenitentię numquam variare, vel dissimulare, sed semper ad sacerdotis Dei personam repræsentantis intentionē respondere.

Quarta, in conuersatione ciuili, communibus colloquiis, commercio, negotiatione, stipulationibus, contractibus, venditionibus, emptionibus, cōmutationibus, & omni contractuū genere, bona semper fide ac sincerè sine vlla subintellectione mētali, sine æquiucis, duplici sensu homonymis & aliis mētis artificijs, agere & loqui.

Quinta, nunquam æquiucè loqui, quādo non coactè loquimur.

Sexta, quando loqui aut respondere cogimur, & tamen nullum compellens ad hoc ius potestatemque habeat, tunc ad eius intentionem & mentem respondere tenemur.

Septima, quando magni momenti res est, & magnum inde damnum secuturum, aut bonum ingens impediendum esset, si ad mentem interrogantis respōderemus, qui tamē aliunde ad cogendum nos loqui potestatem non habeat, hoc

in

in casu aliam habere possumus intrinsecus intelligentiam, quàm interrogans aut audientes: aliud quippe est mentiri, aliud veritatem tacere, modò tamen verbis ea prolatis conueniat, vt hoc pacto mendacium declinemus. Ita potro facere actus quidam est prudentiæ, interdum quoque charitatis.

Hoc modo Abraham Saram suam esse dixit *Gl. 12. 3.*
 sororem, & Isaaco ait, Deum de victima prospic- *Gen. 22.*
 turum. Ita Iacob patri Isaac Esau se esse respon- *8.*
 dit: ita Rachel Patri Labano se muliebri in proflu- *Gen. 27.*
 uio esse persuasit: ita mulieres Israeliticæ ab Ae- *19.*
 gyptiis vasa & supellectilem mutuata sunt: ita *Genes. 31*
 Samuel Dei iussu (quod sanè notatu dignū) Sau- *35.*
 li venisse se ait ad offerendum victimas, secus *Exod. 12.*
 quàm animo agitare loquens: ita Angelus Ra- *35.*
 phael esse se Azariam magni Ananiæ filium au- *1. Reg. 16.*
 dacter dicere non veritus est. *2.*
Tob. 5. 15

Quod verò hac in materia memorabilius, ipse Dei filius multa dixit & fecit, quæ adstantiū menti intelligentiæq; alia videbantur. Hinc toto infantia tempore simulauit ignorantiam, et si iam inde à primo conceptionis instanti, scientiæ & sapientiæ Patris thesauros in se cōtineret. Maria quoq; & Ioseph amicaiebant, communem hunc suum vtriusque filium esse. Interrogauit ipse Doctores: simulauit se ignorare ficulneam fucus non habere. item nolle se indigentia conuiuarum in nuptiis Canæ Galilææ prospicere: ita ait ignorare se, quando dies esset iudicij futurus: ita negauit suum esse, dare dextram aut sinistram in regno Patris sui: ita templum destruendum & tertia se die id reedificaturum ait: ita negauit se ad diē festū profecturū, cum tamen ad sollemnitatē

K

ascen-

ascenderit: ita vetuit discipulos gestare baculū,
 aut crumenam aut duas habere tunicas & calcea-
 menta. ita epuloni apud inferos medias inter
 flammās constituto oculos ligamque affinxit,
 ita Iudæ imperauit vt faceret, quæ facere decre-
 uisset: ita tribus Apostolis in horto Gethsami
 ait, *Dormite iam & requiescite* Addi his aliæ in-
 numerae fictiones possent, quibus ipse tunc in vi-
 ta, dum merus viator ac velut vnus è nobis, imo
 & in circumcissione & baptismo peccator vide-
 retur: tum etiam post resurrectionem vsus est,
 modò hortulani piscatoris, viatoris ac pere-
 grini figura apparens, modò cibum postulans,
 & varias à sua differentes formas assumens,
 quibus se mulieribus, Apostolis, discipulisq;
 suis spectandum & agnoscendum daret.

XI.

Verba hæc, *dolentes quarebamus te*, me quære-
 re docent Deum cum dolore qui ex amore pro-
 cedat, qualis erat hic, & verum amorem effe-
 ctus sequentes causari: primò, lacrymas propter
 amari absentiam. Secundò, puritatis intentionē,
 Tertio affectus sinceritatem, qua illum solum
 propter se sine vllò proprii commodi intuitu
 quæram. Quarto diligentiam ad media omnia
 indaganda, & quascumque eius inueniendi vias
 excogitandi, Quintò perseuerantiam, donec a-
 mato fruar, & hoc Psalmographus dicebat: *Que-
 rite faciem eius semper* & planius etiam Isaïas: *Si
 queritis Dñm, querite bene.* id est sedulò & impi-
 gre. Talis quippe Dominus quæri & inuestigari me-
 retur: hoc verò faciendo illum reperiri ait siqui-
 dem per Ieremiam: *Queritis me & inuenietis, cū
 quaesieritis me in toto corde vestro.*

XII. Do-

XII.

Domini responsum, quo matri respondit, mirabile sanè est, & graue: nam dicens: *nesciebatis*, reuocabat eis in memoriam id quod ipse erat: dicens, *oportet me esse*, ostendit, à diuina suas actiones, non humana voluntatè moueri ac diriggi, ac facere se oportere, quidquid ipsa fieri decreuisset. Dū addit, *in iis quæ patris mei sunt*, declarat nobis potius, quàm illis, omne suum studium esse & fore, patris gloriam promouere, alio se non conuertendo: quod verbum non minus actione ipsi gratum erat. Ita sæpe deinde cibum ait esse, facere voluntatem Patris sui celestis: & missum se, non vt suam sed eius à quo missus erat voluntatem faceret. Domini mei exemplo contendam daboque operam, nulla vt actionum mearum mundo cedat, in nulla proprium quæstum, sensualem voluptatem, aut amorem proprium spectem: sed vt in Deum cunctæ referantur & propter Deum fiant, erubescens, plura mundi causâ, & propter dignitates terrenas, cogitari, dici ac fieri, quàm ipse eius ergò, qui mihi totum laborem.

XIII.

Credibile est, illis Nazarethum redeuntibus Iesum in via aperuisse, vbinam triduo illo fuisset, diuersatus esset, quomodo habitus, quidquæ patris sui causâ fecisset, & quamobrem se subduxisset. Notandum quoque quod Lucas annotauit, sanctissimam matrem conseruasse & collegisse omnia hæc in corde suo. Hinc discam in mente interius, ea quæ mihi inspirare dignabitur Deus colligere, & bona omnia propo-

ta coaceruare, vt ea pòst recorder, digeram, & ex illis medullam educam. Continget mihi alioquin, quod nonnemo Prophetarum ait, vt multa comedens, nihilominus debilis & infirmus sim, & diuitias diuitiis superaccumulàs, facultatibus facultates addens, perpetua in egestate viuam, quod eas in sacculum pertusum coniciam. Si verò Virgo ita deinceps filium custodiuìt, nunquam vt eum pòst deseruerit, imo ne quidem ad mortem properantem; ita & ipse operà dabo, numquam vt ex oculis Deum amittam, sed semper præsensem habeam, sicut reuera in me & in omnibus actionibus meis, plusquam ego ipse, per essentiam, præsentiā, & potentiam adest.

COLLOQVIVM.

Non sine mysterio, dulcissime Iesu, puer mature, perfecte in scientia vir, mansuetudine Agne, discretione Pastor, tanta dixisti & fecisti, vt nos à carne & sanguine ablaçtares. Habere Matrem ea quidem sanctitate & humilitate, ea in affectibus suis puritate, cuius vnius conuersatio ac præsentiā tibi omnium Angelorum & hominum simul familiaritate gratior erat; eam tamen adeò desolatam relinquere, vt futuram absentiam tuam illi non præsignificares, cui ipsa tamen libenter annuisset, imò cooperata fuisset.

Ecquæ alia rei huiusce causā est, quàm vt nos doceres, paternitatis Patris tui respectu, nec te, nec etiā nos Patrē aut Matrē in terra habere? & vbi de eius honore agitur, nullam parentū
geni.

genitorumque rationem, nullam ceterorum cō-
sanguineorum, amicorum, affinium, nullam
etiā corporis respectu animę, ad quā nullū parē-
tibus ius est, habendam esse? Hinc & ipse, ô æ-
ternę sapientię os, Moſis olim ore dixisti:

Qui dixerit patri suo & matri suę, nescio vos; & Deut. 32.
9.

*fratribus suis, ignoro vos: hi custodierunt eloqui-
um tuum, & pactum tuum seruauerunt.* tuque ipse
veritatis oraculum pōst dixisti: Qui patrem aut
matrem plus te amaret, non esse te dignum. Matt. 10.
30.

Rursus, mortuorum esse sepelire mortuos suos. Luc. 9. 60

Gregis tui Pastor & princeps, tuusque in terra
constitutus vicarius, tuo etiam iussu scripsit,
velle te nos mortificatos quidem carne, viui-
ficatos autem spiritu. Eius collega, & vas tuum
electionis scribit se à te vocatum non acquie-
uisse carni & sanguini. Et dilectissimus discipu-
lus tuus absolute & generaliter ait, in eorū, quib.
dedisti potestatem filios Dei Patris tui fieri, volū-
tatē carnem & sanguinē potestatem aut ius non
habere; quod haud dubie à te didicit, tum præ-
sertim, quando à parentib. te quæri nuntianti re-
spondisti: *Qua est Mater mea, qui sunt fratres
mei?* Et in Apostolos manum extendens, hanc om-
nibus sæculis memorabilem sententiam pro-
nunciasti: *Ecce mater mea, ecce fratres mei: qui-
cumque enim fecerit voluntatem Patris mei
qui in cœlis est, ille meus frater & soror & ma-
ter est.* Quæ cum ita sint, dulcissime Do-
mine, per omnia te Patris, Fratris, Domini, Spōsi,
quæ in nos habes iura, obsecro, omnē vt à corde
meo affectum superfluum, & inclinationem
malam illumines: fac nihil vt in me caro
& sanguis possint, &, vt te in Aegyptum
fugi-

Matt. 10.

30.

Luc. 9. 60

1. Pet. 3.

12.

Gal. 1. 16.

Ioan. 1. 13

Matt. 12.

48.

Matt. 12.

50.

fugiente, oracula doemonum obmutuere, ita inimici tentationes suggestionesq; mihi nō praeualeant. verisimile est Domine, te, velut solem misericordiae infidelibus Aegyptiis & Synagogae Doctoribus radios tuos afflasse: mentem etiam meam & omnia interiora mea lumine tuo, ô animae iubar, illustra. In eacathedram tuam constitue diuine Catechista, in ea confide & prout tibi placuerit & commodum fuerit, praeside, ac praesta, vt omnes sensus mei verbo tuo auscultent, idque matris tuae sanctissimae exemplo, quae ne apicem aut syllabam perire sinebat eorum, quae sacrosancto ore tuo prorumpebant. Durius etiam increpare videbare, sciens quantae esset virtutis, ecquem inde ipsa fructum perceptura. Quis mihi det, quaeso, idem vt praestem tentationum procella ingruente, vel cum ob delicta me mea castigare volueris, vel crucis tuae pro misericordia tua reddere participem!

Psal. 118
117.

Vtile nobis haud dubiè est & bonū humiliari, corripì & deprimi. Interiora mea imperfectionibus pluribus ac maioribus repleta sunt quam exteriora; quàm igitur salutare & bonum mihi, interdum à te reprehendi & castigari. Diuina Mater tua, primarium illud opus manuum tuarum reprehensione opus non habebat: ab omni namque eam culpa praeseruâras: Ego miser in peccatis conceptus, natus, educatus, coagulatus sum, & nulla est in carne mea, iam inde à capite ad extremum vsque pedum sanitas: Quodque verò maximè deplorandum

dum, miseria hæc quotidie fit deterior & crescit. Misericordiam igitur tuam ostende Domine, auxilium pauperculæ creaturæ præsta, & ei quæso compatere. Dixisti regnum Dei Patris tui in nobis esse. Quis ipsum in me esse *Luc. 17. 21.* queat, si me dextrâ tuâ non sustineas ac subleues, aut passionum sceptrum imperiumque meis non inferas: Apostolorum tuorum aliquis ait, tēplum tuum sanctū esse, & nos hoc ipsum esse. *1. Cor. 3. 17.* Tuus haud dubiè sum, fortè & templū, sed profecto non sum sanctus, neu quidquam quod proximè ad sanctitatē accedat. Hoc ergo summe architecte & Pontifex templū construe & sanctifica: fac ut qui te quæsituri sunt Domine, in eo te cum sanctissima matre tua & Iosepho reperiant. Dixisti aliquando sanctæ Methildi non esse in orbe locum, vnâ Eucharistiâ exceptâ, in quo ageres particularius & priuatius, quàm in corde SANCTAE GERTRUDIS. Quàm Domine animarum purarum hospes suauissime, beatus forem, si vel parum ad eximias sanctissimæ matris tuæ, nutritij tui, aut illius sanctæ Sponsæ tuæ perfectiones qualitatesque laudabiles accederem? Per eas quas ipsis contulisti gratias, per eum quo illi te persecuti sunt, & prosequuntur, & in æternum prosequentur, amorem, tibi supplico, à me ut auferas quidquid oculis tuis displicet, eiusque loco, quidquid in me desideras, inferas.

Qui illo absentiaæ tuæ triduo te collegere, hospitalitatis suæ mercedem ac præmiū quàm vberimè sine dubio recepere: atque hoc aliquando visuros & scituros nos speramus, cum reliquis

Luc. 10.
10.

ad humanitatem tuam spectantibus , quæ modò nobis incognita sunt. Tantum quæso mihi præsta , liberalissime Iesu, cùm intimiùs te quæ illi admittere & recipere in Venerabili Eucharistia dignus fio : singillatim verò da , vt cùm te ex oculis amifero non cessem , nec ante quiescam , quàm tibi præsens adsim : vt mea absente te amaritudo stimuli mihi ad currendum & ad te accurrendum exstimulantis sit loco. Hoc te Domine per dolores , quos sanctissima mater tua & charissimus eius Sponsus absentia tuæ tempore sensere , obtestor. Ipsi te assidue , continuò , incessanter quæritabant ; per illorum porro mihi merita concede , vt te illorum exemplo quærens , te etiam vt ipsi inueniam. Dixisti , & quidem sine vlla exceptione dixisti dulcissime Iesu : *Omnis qui querit inuenit* : Sed loquebaris proculdubio de iis qui te quærent vt oportet : Concede ergo , ita vt te quæram vt te inueniam , ita vultum tuum requiram , vt ad eum pertingam.

Pudet me & displicet quàm maximè videre sæculares maiori ardore , contentione , vigilia & perseverantia mundanos ambire honores , diuitias , & dignitates , quàm ipse faciem tuam & diuinæ gratiæ beatitudinem quæram , & indagem. Vsq̃uequo DOMINE malum hoc? Vsq̃uequo , ô beatitudo , tam deplorabilis miseria ! Dixit matri tuæ Angelus , inuenisse illam apud te gratiam : inuenissetne illam non ante quæsitâ ? efficaciterne illâ quæsisset , si segniter & inerte cam

eam, yti nos, quæssisset? Ioseph. significat *acrescens*, habuissetne ipse omnium virtutum incrementum, si ardentem eas non expetisset, constanter quæssisset, & sedulo conseruasset? Tua in humanitate illisne obedisses, nisi ipsi diuinitati tuæ vicissim obedissent? O flos Nazareth, propter illos & teipsum, hanc mihi gratiam elargire, vt in omnibus te quæram, & omnia in te, nihil extra te, & omnia in te, numquam te ex oculis meis amittam, & postquam gratiæ tuæ templum fuerim, in gloriæ templum aliquando merear introduci. Amen.

MEDITATIO XII.

DE VITA DOMINI NOSTRI IESU

*Christi ab anno etate duodecimo ad vsq,
tricesimum.*

PUNCTVM I.



Iesus proficiebat, ait D. Lucas, *sapiētia, etate, & gratiā apud Deum & homines.* Circa hunc locum notabo, singula huius sententiæ verba suo in sensu & significatione intelligenda. Nam ætate Dominus proculdubio apud Deum & homines proficiebat. Gratia verò quomodo proficeret, distinguendum est; si enim de exteriori, quæque gratis data dicitur, agamus, qualis est animas at-

K 5

trahet

Ioan. 3.
24.

trahere, bonum omnibus exemplum dare, gratum se & affabilem reddere omnibus, nomen comparare, miracula patrare, docere, ostendere quales simus; in hac coram Deo & hominibus crescebat, id est verè & realiter. Sed de gratia infusa dici hoc nequit, quæ in nobis formale iustificationis principium est: hæc enim illi data est eo ipso momento, quo anima eius creata, & verbo personaliter vnita fuit, idque sine mensura, vt Ioannes ait, simul, & in termino, id est, gloriæ vnita, quâ eadem anima iam inde à tempore formationis suæ fruebatur. Si tamen per gratiam primarios eius effectus, id est merita, intelligamus, etiam hoc in sensu coram Deo & hominibus crescebat: Singulis quippe diebus nostram salutem, nominis sui gloriam & exaltationem, & corporis sui glorificationem merebatur. Sapientiam porro, quæ eius item scientiam comprehendit, quadruplicem habebat, primò diuinam, quæ idem quid est cum eius essentia; & in hac proficere non poterat. Secundo beatificam, quæ gloriam sequitur & comitatur; & in hac quoque accessorium suum sequebatur principale, neque in hac proficiebat. Tertio infusam, quæ illi vnâ cum gratia data fuit in omni plenitudine & capitaliter, vt potè qui Angelorum n simul & hominum caput esset. hæc quoque in eo extrema fuit. Quarto experimentalem & acquisitam, & in hac quotidie *coram Deo & hominibus proficiebat.*

II.

Ex omnibus quæ Dominus ab anno ætatis duodecimo ad vsq; tricesimum fecit, aliud certò non habemus quam quod quatuor illis verbis
Lucas

Lucas comprehendit. *Et erat subditus illis*, loquens de Maria & Iosepho. Circa quæ quinque notanda sunt. Primò quis obediat, secundò quibus. Tertiò quibus in rebus; quartò quomodo, quinto quam ob causam.

Primò qui obedit is est qui ambulat super pennas ventorum, qui tribus digitis molem terræ vniuersæ appendit, qui posuit mari terminum suum, coram quo suam Seraphini faciem velant, seque indignos æstimant, qui ipsum intueantur: qui in secundo suo aduentu, terræ bases & fundamenta solida concutiet.

Quibus obedit, eius sunt creaturæ & subditi, & licet aliquam ad illos relationem haberet, quoad humanitatem tamen patre carebat, & quoad diuinitatem matre: verbo vt dicam, creator parebat creaturis, subditis Dominus, & vassallis suis Rex.

Ea in quibus subditus erat, sunt ea quæ in pauperuli fabri domo quotidie peraguntur, sicut parentibus pauperculis paruuli seruire solent, vti sunt lignum terrare, fragmina colligere, domum euertere, matri rhombum aut fusam afferre, securim aut dolabram patri, ignem accendere, mensam sternere, vitra abluere, ipsis alia in re occupatis, & Iosepho morienti oculos claudere, & vnâ cum matre luctum induere.

Modus erat, quod faceret omnia singulaque quam exactissimè, in nullo vt officio deesset suo, si modò in suis id viribus situm esset, idque profunda quadam humilitate, gaudio & mentis iubilo, insigni promptitudine, pura gloriæ diuinæ intentione, ardenti eius placendi desiderio, denique

denique omni ea perfectione quam integra requirat obedientia, eaque sanctitate, ut non minus Deo Patri suo placeret, Iosepho in fabricando aratro opem manumque præstans (ex sancti Iustini sententia) quam mortuos ad vitam reuocans: uti & sanctissima mater eius non minus suam prodebat sanctitatem pensa trahendo, quam filio suo seruiendo & ministrando.

Finis eius obedientiæ erat primò, ut eò magis Deum Patrem suum honoraret, cuius causa omnibus his se rebus subiiciebat. Secundò, ut demonis omniumque Angelorum apostatarum Deo se subijcere nolentium, hoc pacto superbiam retunderet, Deo hominibus se subijciente. Tertiò, humilitatem nobis commendaret, simul & obedientiam tum erga Deum, tum erga homines, propter Deum. Quartò filijs exemplo præiret, quo erga parentes se gerere debeant modo. Quintò, ut hinc manifestum fieret, Deum non tam exteriora seruitia & obsequia, quæ illi impendimus, quam affectum interiorein, & principium è quo illa promanant respicere, Sextò, ut hinc colligam, vitæ spiritualis excellentiam non tam in eo sitam, quòd opera magnifica & speciosa, qualia sunt concionari, docere, gubernare, exerceamus, quam quòd quæ à Deo nobis iniuncta sunt, etsi vilia ea sint & abiecta, maximaque charitate, & purè ad diuinæ eius maiestatis gloriam exequamur.

III.

Notabo & excutiam illa loca, quæ insignem quamdam admirationem includunt; primò illum Marci, apud quem Iudæi de mundi creatore dicebant: *Nonne hic est faber, filius Maria?*
Vnde

Vnde apparet, Dominum fabrilem etiam, defuncto Iosepho, advsq; manifestationis suæ tempus, artem exercuisse: idque ex eo colligitur, quod nonnisi *de matre eius loquantur*, quod aliàs non faciebant, quando viuentem Iosepho eius illum, ex contemptu, filium appellabant.

Alter est apud Ioannem, cum de ipso dicerent: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Ioan. 7. 15
Vnde sequitur insigni illum eatenus silentio vsum, non concionatum, non docuisse, synagogas non frequentando, cum doctis non conferendo, disputationibus non assisendo.

Tertius rursus apud Marcum est, & ceteris notabilior, quando Iesum consanguinei & amici vincire & tenere velut insanum & mentis impotem voluere, dicentes: *quoniam in furorem* Mar. 3. 21
versus est, vel in phrenesin incidit. Videntes, quo ille ardore & contentione animarum saluti incumberet: & quia illum ut ignarum habebant, fieri non posse credebant, talia verba & opera posse ab homine, quem fabrilem exercuisse hactenus viderant, proficisci.

E primò firmum & constans eliciam propositum honores mundanos conculcandi; coeli terræque regem carrucarij fabri artem exercere vident, & opificis modo indui, tot annis labore manuum victitando, opera sua venalia exponendo eadem emere volentibus, & pretium petentibus respondendo, eadem vendendo pecuniam acceptam numerando: adeò ut diuites & potentiores ciues non àliter eum haberent aut tractarent, quàm hodie cum operarijs & mechanicis agitur, nullà eius personæ, nullà sedium, scamnorum aut scabellorum, quæ concinnabat
ratione

ratione habita, quæ tamen si hodie superessent velut pretiosissimas & carissimas reliquias veneremur.

Secundum velut eximium silentij exemplum suspiciam, hincque discam tacere, Dei dona celare, manifestationem illorum non accelerare, donec id Deo placuerit; ea verò manifestando non aliud spectare, quàm ipse Dei filius spectauit, Patris inquam sui gloriam.

Notabo item, neminem vniquam vehementiori siti animarum salutem conuersioneque desiderasse, quàm ipse Dominus: verumtamen hæc ipsam sitim ac desiderium tot annis conclusum in se continuisse; cum tamen duodécimo ætatis anno, quo erga eas zelo ferretur, ostendisset; vt hinc discamus, animarum zelum humilitate, mortificationeque stipari debere, & silendum antè, quàm loquamur, cum mysterio non careat, triginta annis illum siluisse, vt tribus duntaxat prædicaret, qui non nisi decima tricesimi pars sunt.

E tertio discam, beatum me fore si aliquid propter iustitiam patiar, si superstitiosus, stolidus, & insanus habear, à Deo tamen non desciscā, inq; eius seruitio firmiter & constanter perseuerem.

ERVCTVS I.

ID inter Adæ coelestis & terrestis filios discrimen est, quòd hi iam inde à natiuitate ad malum propendeant, & vt ætate crescunt ita & malitia crescant & superbiam eorum semper ascendat, vt Psalmista iam olim ait: illi verò e contra iam inde ab infantia legis & iugum gestent, quotidie in perfectione crescant, & vt ætate ita & virtute proficiant.

*Pf 73. 23.
Thren. 3.
27.*

II. Vo-

II.

Voluit Spiritus sanctus continuum hunc Iesu Christi profectum nobis significare, vt discamus semper nos in via Dei proficere debere, ne fortè deficiamus & retrocedamus, vti accidere solet aduerso nauigantibus flumine, qui si quieti maneant, retroferuntur. nostra porò infirmitas quid aliud est quàm vehemens quidam torrens, qui inundationum suarum impetu nostransuersum abripit.

III.

Qui feruenter incipiunt, & aded non crescūt, vt quotidie etiam deficiant, inque spiritualibus virtutum exercitijs segnescant, & quò initio ardebant feruorem tepescere sinant; hi etsi iusti sint, in magno sui perdendi versantur periculo, exemplo Episcopi illius, cuius vitæ probitatem Dominus quidem laudabat, sed tamen in eo quod reprehenderet habebat, quòd à prima charitate refrixisset; hinc his eum verbis compellauit, quæ examinanda mihi & ponderanda sunt, *Memor eslo vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.*

Apo. 2.

IV.

Idem Dominus alibi nobis in hanc rem vxorē Loth in exemplum dedit, quæ quòd retrospexisset, Sodomis fugiendo, in statuam salis conuersa est. Et apud eundem Euangelistam hanc pronuntiat sententiam, *Nemo ponens manum ad aratrum & respiciens retro, aptus est regnò cælorum,* sed tartaro supplicijsq; infernalibus.

Luc. 17.

32.

V. Puer

V.

Puer Iesus crescebat & proficiebat apud Deum & homines, ut duo extrema vitiosa nos fugere doceret; vnum, in quod impingunt qui feruore quodam indiscreto abripiuntur, qui quidquid homines dicunt & sentiant de ipsis, nihil curant; alterum, hypocritarum in vnum hoc incumbendum ut coram hominibus crescant & videantur, facientes quidquid sanctitatis ipsis afferre nomen potest, de vero cordis profectu, de quo

Psal. 83. 6 Psalmista loquitur, nihil laborantes. Conemur

Rom. 12. 17. & curemus ergo facere bona, ut ait Apostolus, coram Deo & hominibus, & hinc intentionem

2. Cor. 8. 21. puram & mundam coram Deo habere, illinc verò vnumquemque ædificare studeamus, ut idem

Rom. 14. ait Apostolus.

19.

VI.

Actus, qui à sapientia filij Dei procedebant, quosq; nos imitari par est, erant diuinorum meditatio & contemplatio, in conuersatione discretio, in rebus gerendis prudentia, ipsarum iuxta pondus, meritumque æstimatio, magni faciendo æterna, parui temporalia. Qui à gratia procedebant, erant ardentissimus erga Deum amor, vehemens diuinæ gloriæ zelus, continua salutis animarum sitis, extremus de delictis in Deum commissis, deque hominum perditione dolor, continua oratio, quæ duplicem hunc habebat scopum. Effectus gratiæ, gratum eum & amabilem hominibus reddentis, erant rara quædam modestia, humilitas, patientia, mansuetudo, & submissio. Ut enim Esaias antè prædixerat, eius vitæ ratio non erat tristis, non aultera, non

non-turbulenta: neminem offendebat, neminiq;
tadio erat. In his sedulo me ipsum examinare
oportet, ac videre num Dominum meum imiter
ac sequar.

VII.

Non adeo mirabile erat solem ad Iosue ius-
sum sterisse, & Isa:æ ad vocem eius umbram ad
decem lineas retrocessisse, quàm Dei filium ad
Iosephi & Mariæ vocationem euntem venien-
temque videre. Quis non ergo sibi dicat, quin
ô terræ vermicule te homini Dei causa subijcis,
cum tui causa homini se subiecerit Deus?

VIII.

Dum puerum Iesum, adolescentem Iesum, &
virum Iesum domum euerrentem video, lectu-
lum excutientem, ligna findentem, ad focum
fragmina deferentem, ad forum venalitium e-
untem, vnâ cum matre, vel sine illa redeuntem;
antipendio opificis manuarij accinctum, in offi-
cina trabem vnâ cum nutritio ferrantem, frustra
colligentem, axem dolantem, aliaque fabri li-
gnarij aut carrucarij obeuntem opera, primò è
remedij humilitatis huius magnitudine intelli-
go, quantus sit vanitatis nostræ morbus. Secun-
dò, non minori nobis exemplo, non minori ar-
gumento opus fuisse ad nobis persuadendum,
hominis excellentiam nequaquam in exteriori-
bus; sed in interioribus duntaxat consistere; nec
per diuitias, honores, dignitates, illustriaque
munia, sed per sola animæ ornamenta, decora &
diuitias illustres aut magnos coram Deo nos fie-
ri. Tertio hinc video, conditionem mediocrem
esse tutiorem, & inferiores esse vt plurimum
humiliores, ac proinde Deo gratiores, nec im-

L

merito

merito Deiparam suo in canticò dicere, Deum humilitatem suam respexisse. Quartò, hinc discò, omnem creaturæ honorè in sola Creatoris voluntate facienda consistere, & Raphaelem non illibentius Tobiz iuniori in terra obsecutum esse, quàm in cœlo inter primarios Principes constituisse, & dum sapiens nos exhortatur, ut in omnibus operibus nostris excellamus, ad hanc nos ab eo ambitionem excitari. Deniq; hinc agnosco, satius multò esse cum Iesu in officina dolabram manu versante conuersari, quàm cum Herode diademate vestiri.

IX.

Gen. 3. 19. Adamo dictum fuit: *in sudore vultus tui vesceris pane tuo*: huic se legi subijcere voluit sæculorum reparator. Hanc quoque ob causam de labore manuum suarum viuere voluit Apostolus Paulus, & hunc in finem allègauit prouerbium, quòd Dominus semper in corde, in manu, & ore habebat: *Beatius esse dare quàm accipere*. Vnde discam libenter operari, & ea præsertim quæ ad humilitatem comparandam aptiora esse intelligam.

X.

2. Mach. 5. Iesu Christi mens, interim dum manus operabantur, in Deum ferebatur, & exterius opus interiore attentionem intentionemquæ nequaquam impedièbat. Hoc me in illo par est imitari, instar Israelitarum scilicet & Machabeorum, corde orantium, interim dum manibus cum hoste decertarent, operari, cum certissimum sit, interiore attentionem operis exterioris animam esse.

COL

Quemadmodum Sol non crescit, etsi in horizonte longius prouehatur ad meridiem properans, & maiorem terræ hominibusque ardentem influxumque afflet: ita nec dulcissime Iesu, animæ meæ splendor & iubar, essentialiter crescebas in gratia & glòria, etsi paulatim & temporis progressu efficacius & manifestius mundo te declarares. Beata, imò beatissima ab eo ipso erat momento animâ tuâ, quo in nobile corpus tuum infusa fuit, quod verbi, cui personaliter vnita erat, visionē frueretur: atque ut gloriâ tuam nonnisi post triumphantem & gloriosam resurrectionem tuam manifestare voluisti, ita quoque minimè conuenire censebas, sapientiam tuam aliter proderè, quàm prout corpus tuum crescebat, & ipse post pueritiam adolisceres, post adolēcentiam ad maturam ætatem peruenires. Non ideo minus tibi ac mihi merebaris, tibi quidē nominis exaltationem & corporis glorificationem; mihi verò iustificationem, peccatorum remissionem, augmentum gratiæ, bonâ tam temporalia quàm sempiterna, denique, verbo, gloriâ. Benedicta ergo millies & amplius tua sit misericordia, benedicta tua perfectio, benedicta sapientia: Utinam verò condignastibi reddere gratiarum actiones possim, & pro eo quod ipse tibi es, & quod mihi: permagnum quippe est, te non solum nihil fecisse nihilue dixisse quod non in meam vtilitatem cesserit & doctrinam, verum etiam nihil in te habuisse quod non sit meum. Felicitatem siquidem meam tuæ coniungis, & tuam meæ: imò si- *1000. 17.*
cut ipse es in patre tuo, & Pater in te, ita & *21.*

nos

nos in te in perfecta vnione consummatos esse voluisti quam ipse vnitatē vocare dignatus es. Et quoniam nihil vnitatis huius bonum impedi-
 dire poterat, quā mundanarum vanitarum malum, hinc insuper voluntatem meam expurgare, & intellectum admirabili conditionis tuæ exēplo illustrare dignatus es, cum scilicet abie-
 ctissimam quamdam selegisti, cum tamen illu-
 strissima esses stirpe progenitus. Magna quidem
 humilitas fuit te in stabulo nasci, in præsepio
 collocari, bouem inter & asinū iacere, eò verò
 magis quòd id non fortuito casuq; accideret, sed
 proprię voluntatis electione, & decreto æternò:
 similis, aut potius maior, fuit abiectio, quando
 iam in ætatis plenitudine nutritij tui artem &
 opificium continuare visus es, fabrilia opera in
 officina tractando. Quā me Domine vulne-
 rat & ferit hoc verbum: *Nōne hic est faber Ma-
 ria filius?* Quid? tenes Regem regum, Dominum
 dominantium ita maiestatem tuam abiectisse?
 itane mundi architectum, quique mille alios et-
 iam multò perfectiores in æternis ideis suis con-
 tinet, ferram, securim, & asciam manibus tra-
 ctasse, & carrucarij partes obisse, vt de manuum
 suarum operibus victitaret? Quid? cum ne qui
 aurum & argentum in terræ condidit visceri-
 bus, manum extendere ad mercedem operum
 suorum accipiendam; & obolos denarioque in
 sacculo antependij sui quærere, vt oblatam ma-
 ioris valoris quā instrumentum venditum,
 pecuniam ac nummos commutaret? Qui te non
 amat Deus meus, quid quæso amat? Qui te non
 admiratur, quid demum admirabitur? Adorat te
 anima mea sedentem super Cherubim, sed non

eo amoris sensu, quo te amat in officina insidentem tripodi quem tuis ipse adaptasti manibus. Quantum hoc remedio opus habebamus, ut verè cognoscamus, in quo hominis sita magnitudo, idque per æstimationem, quam ipse eius facis? Antea in diuitijs, honoribus, eximijs dignitatibus, & nobilitatis titulis excellentiam fictam credebamus: at cui liceat modò hoc pacto mentiri? quis non videat, veram magnitudinem domesticam & propriam possidenti, & homini intimam esse debere, non verò ab exterioribus, quæ nec eius, nec in ipso sunt, neue esse possunt, sumendam? Quam verò tua sapientia est admirabilis? quo cum pondere & numero facis omnia? Benedictus sis ergo in æternum dulcissime amor meus, & super omnia nomen tuum exaltatum. omnis te creatura rationalis adoret & seruiat, anima mea coram te se effundat & lique scat, ob tot quibus tibi obligati sumus nomina: & id imprimis, quòd nihil ore docueris, quod non etiam opere exhibueris. Tu Deus es, hinc altius ascendere non potes. Nos verò è nobis ipsis nihil sumus, & in quantum peccatores, etiam minùs quàm nihilum, ac proinde profundius descendere, & magis nos deijcere non possumus: & ecce, ad nos exaltandum, tuam ipse conditionem diminuis, & nostrę in omnibus accedis, vnico peccato excepto: ut ipsum fugiendo tuę accedam, & ad te tandem pertingam: ne verò ad hanc exaltationem aspirando, in vanitatem deflectam potiùs quàm veritatem, ipse factò & verbo, in quo sita, ad quam aspirare me oporteat, excellentia, me docuisti. Ne permittas igitur Deus meus, Domine ac Pater mi, eam ut

L 8

in alio

in alio sitam credam , quàm eò quòd oculis tuis
 placet , omnia mihi sint velut nihil , tuque mihi
 sis omnia. Apage sis honor, diuitiæ, & vanitates
 sæculi : Vah omnibus quæ tibi displicent, gloria
 & honor te corde sincero quærenti. Meum acci-
 pe, Deus cordis mei , itaque ipsum posside, nul-
 lus vt præter te ipsum velut proprium posside-
 at, eiusq; vsumfructum habeat. Hoc te per san-
 ctæ conuersationis tuæ merita rogo , ac suppli-
 co, vt verba , cogitationes & actiones meas tuis
 ita coniungas, vt non amplius in me, sed in te
 viuere videar, & vt Apostolus tuus ait, vita mea
 in Deo Patre tuo abscondita sit, per te filium
 eius dilectissimum, cui laus, honor & glo-
 ria in sæculorum immortali-
 tate. Amen.



ME-

MEDITATIONES
DE PASSIONE
DOMINI NOSTRI IESV
CHRISTI

Auctore

R. P. PETRO COTONIO

Societatis I E S V.

MEDITATIO I.

DE AGNI PASCHALIS MANDV-
catione, deque pedum lotione.

PVNCTVM I.



VM essent dies. azymorum,
quibus Agnus Paschalis quo-
tannis immolandus erat, A-
postolorum suorum duos,
Petrum scilicet & Ioannem,
Dominus è Bethania Hiero-
solymam mittit dicens : In-
gredientibus vobis ciuitatem occurrit homo la-
genam aquæ baiulans, hunc sequimini, & do-
mus quam ingreditur domino dicite : *Tempus
meum prope est, apud te facio pascha meum cum
discipulis.* hic ostendet vobis coenaculum grande
stratum, in eo præparabitis quidquid ad epulum
paschale requiritur. II.

Pridie parasceues, circa vesperam, Dominus
discipulis suis comitantibus Bethaniâ egressus,
Hierosolymæ designatam in domum venit, mē-
sæq; cum ipsis absidens ait : *Desiderio desideravi
hoc pascha māducare vobiscum, antequam moriar.*

L 4

In cu-

In cuius manducatione omnes legis ceremonias quam exactissime obseruauit, assum nimirum igne agnum comedit, membratim dissolutum nõ fracto osse vel minimo, additis lactucis agrestibus, festinanter cum omnibus domesticis stando, & baculum manibus tenendo. Exsurgens deinde è mensa posuit extrema vestimenta, ac linteo se præcingens, aquam in peluim effudit, discipulorumque suorum lauare pedes, & linteo quo præcinctus erat, eisdem tergere coepit.

III.

S. Petrus, quem præ alijs lauare cupiebat, uisa Domini sui & magistri humilitate, extra se veluti raptus exclamat: *Domine tu mihi lauas pedes!* Cui Dominus: *Quod facio nescis modò, scies autem postea.* Respondet Petrus: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Tum Christus: *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Quo audito assensit Petrus dicens: *non tantum pedes meos, sed & manus & caput.* Quo peracto subintulit Christus: *Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus: & vos mundi estis sed non omnes.* Sciebat enim quis eum esset traditurus. Hic dictis factisque, vestimenta Dominus, posito linteo, resumpsit, mensæ assedit, Apostolos ad exemplum quo ipsis præiuerat, inuitauit, & ad mutuam eos est charitatem cohortatus.

FRVCTVS I.

Missus ad domum domus, apud quem pascha suum agere Dominus decreuerat, nuntius, eius fuit efficacæ, vt ille mox à Spiritu sancto tactus, sine contradictione vlla, optimum & elegantissimum domus suæ locum ei cesserit, omniaque illi necessaria suppeditarit.

Hic

Hic notabo quàm efficacia sint Dei verba, si-
quando præcipientis in modum loqui voluerit:
hinc illum obtestabor, vt quando ad communio-
nem accessurus sum, animæ meæ nuntiare di-
gnetur ac dicere: *Tempus meum prope est, apud te
facio pascha meum*. Si enim bonum hoc & lætum
mihi nuntiare nuntium voluerit, nō modò opti-
mum domus meæ illi locum offeram, sed eum i-
pse totum occupabit, vt; sicut alias dixerat, ibi
mansionem cum Deo Patre suo faciet; quod sa-
nè longè maius, quàm si cum discipulis suis ibi
ageret,

II.

Verbum hoc: *Desiderio desideravi*, refert illud
alterum, quod Lucæ cap. 12. legitur: *Baptismo ha-
beo baptizari*: Pascha enim quod desiderabat, &
baptismus ad quem tanto ardore inhiabat, aliud
non erat, quàm mors propria & sanguinis sui
effusio. Vnde infero, quod quemadmodum fe-
nestræ templi Salomonici patentiores maiores-
que introrsum erant, quàm foris, ita & Domini,
pro nobis & propter patris sui gloriam patiendi
desiderium, maius, eminentius, & ardentius erat
quàm eius fuit passio: idcirco plura illi reuera
debemus ob affectum quàm effectum. Hinc ma-
gno pro Deo ardore & affectu pati & agere di-
ficam, quæcumque ad eius gloriam promouen-
dam facere nouero: & non sine ratione illum
nobis præcipere, vt ex tota mente & corde i-
psam diligamus, cum suam ipse nobis dederit;
& ex tota anima, cum suam ipse tam perfecta
charitate & liberalitate pro nobis exposue-
rit.

L 5

III. Vbi

Vbi agnum paschalem Dominus in mensa exanimem, ex sanguinem, ex coriatum, & assatum cōspexit, ilico menti eius obuersabatur, se postridie etiam exuendum, fustigandum, flagellis dilaniandum, sanguine destituendum, & in cruce consumendum. Illum membratim vidēs discerpi, nulla eius tamen ossa comminui, cogitauit haud dubie, omnes corporis sui artus loco mouendos, & animam se, antequam ossa illi & crura, iuxta prophetarum vaticinium, frangerentur redditurum. Festinatio illa in comedendo representabat illi, quo hostes sui desiderio morti suae inhiantes, simul & illorum ardorem, & impetū, quō in ipsum ferrentur, ad ipsum tormentis consumendum. Lactucas comedens agrestes, fellis & aceti recordabatur; quod illi in potum paratum erat. Baculum cum manibus gestaret, crucem sibi proponebat, in quam esset exaltandus. Adejus exemplum quoties ante altare ero, ad sacrum vel audiendum vel celebrandum, mysticum actionum, ornamentorum, caeremoniarum, aliarumque Augustissimi Sacramenti & sacrificij huius circumstantiarū sensum mente voluam. Amictus vel linteum quo caput sacerdos tegit, velum mihi representabit illud, quo Domini mei vultum & oculos Iudæi velarunt, quando per ludibrium a lapas illi infrangebant, dicentes: *Prophetiza quis est qui te percussit.* Alba indicabit vestem illam candidam, qua Herodis iussu indutus est. Cingulum, manipulus in brachio, & stola collo injecta, funes mihi & vincula ad viuum denotant, quibus in horto, ad columnam, & in via, ab Anna ad Caiphā, à Caipha ad Pilatum,

latum, à Pilato ad Herodem cum duceretur, vinctus est. Cum hisce omnibus Casulam super imponi video, crucem in mentem reuocabo, quam suis Dominus humeris gestauit ad monte Caluariæ properando. Mappæ & corporalia nota erunt sudarij & sindonis, quibus sacrû eius corpus fuit inuolutum, & sepulchro impositum. Numquam se Sacerdos dicendo *Confiteor*, inclinabit, quin semper recorder orationis quam Dominus in horto oliuarum, coram Deo Patre suo in faciem suam procidens, fecit; nunquam sacrificans sanctam ad dextrum altaris latus liturgiam inchoabit, quin ilico rememorê, quomodo filij Dei missio facta sit; miraculorum siquidem operatio & vitæ eius doctrina primò Iudæis, domus Dei primogenitis & domesticis annunciata fuit; vbi verò librum Euangelij à dextra ad sinistram deferri videro, cogitabo, quomodo Euangelij prædicatio à Synagoga ad gentes transierit. Offertorium mihi in mentem reducet, quomodo Redemptor obuiam processerit ad se vincendum in hortum oliueti venientibus, & quomodo eius oblatio plane voluntaria fuerit. Hostiæ elatio monet, quomodo in cruce exaltatus, eiusdem fractio quomodo à corpore separata fuerit anima; particula immissa in calicem, descensum eius denotat ad inferos, & quomodo Verbi hypostasis non aliter illum comitaretur, quam corpus in sepulchro positum. Deniq; dū audiā: *Ite missa est*, audire mihi videbor: *Consummatū est*. Mortē namq; filij Dei annuntiamus vsq; dū veniat, quoties sacrû hoc misterium celebramus.

IV.

Quando scribit Ioannes, *sciens Iesus, quia venisset*

nit hora eius, vt trāseat ex hoc mundo ad Patrē, cū dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Verbis hisce amoris filij Dei conditiones & proprietates paucis nobis & succinctè repræsentat; prima, quod Apostolos qui erant Ecclesiæ suæ primitiæ, & nobilia eiusdem membra, diligeret vt quid suum, & consequenter vt seipsū, & quodammodo plusquam seipsum: cum mortui iam vicinus, velut laborum superiorum oblitus, totum se iis fouendis, instruendis, consolandis impendit, illorum in se miseras & peccata assumpsit, denique suæ vitæ dispendio debita ipsorum exsoluit. Secunda, quod eos diligeret constanter ad finem vsque, nec modò ad finem vsque vitæ, vel sæculorum consummationem, sed etiam ad finem sine fine, idque dilectione eternaliter immortaliter, & immortaliter æterna. Tertia, quod excessiuo, ascendenti, & transcendenti amore, & in summo gradu ad quem sincerus & perfectus amor pertingere potest diligeret, pro ipsis agens & patiens quidquid facere & pati quisquam posset, etiam plura, si ad salutem ipsorum ita necessarium fuisset pati desiderans. Quarta, quod in finem eos diligeret, id est propter se, qui rerum omnium principium ac finis, vt sibi illos vniret, atque in se velut supremo fine suo requiescerent. Vnde consequentiam hanc vtilissimam eruam, scilicet verum Iesu Christi erga nos amorem non in eo situm esse, vt nos in terra exaltet, honoribus cumulet, diuitiis locupletet, sed media efficacissima suggerat, quæ ad ipsum nos dirigant, & ad supremum finem nostrum feliciter deducant.

V. Con-

V.

Contemplando illum qui sedet super Seraphim, vestes exuere, linteo se præcingere, aquâ in peluim, effundere, & eam ad discipulos deferre, in terrâ ad pedes illorum se abiicere, illorumque non dico manus, sed pedes sordidos, lutulentos ac coenosos lauare, magno cum amore abstergere, & quidem omnia in propria persona agere; me vel penitus stupidum, ingratum & inhumanum esse, vel fidē quam hactenus professus sum abrenuntiasse oportet, nisi mecum ipse statutam humilis esse, & eam mihi parare virtutem quæ ceterarum sit fundamentum, tanta tamque efficacia coram exempla videns. Quam ergo merito Dei filius olim ait: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde*: & quàm ipse ingratus & rationis expers, si huic me ipse lectioni auscultem.

VI.

Sicut actionis huius exterioris humilitas eximia fuit, ita & admirabilis eius fuit significatio: denotabat enim quomodo Dei filius, magnitudinis suæ & gloriæ veste exuta, mortalem carnem nostram induerit, & quomodo in Caluarie monte permittendo sibi summa cum ignominia tolli vestes, aquæ loco omnem sanguinem effuderit, eum, dum è venis suis efflueret, in pretiosa Sacramentorum vasa quæ ad nos ab omni macula eluendos instituit influere sinendo: ita, vt nos mundi essemus, mundum sacræ humanitatis suæ linteum, sordidum & deturpatum videri voluit. Cum igitur eius amore, omni me vanitate & magnitudinē temporali exuam & rigidam quandam poenitentiam mihi circumdabo, quin omnē meum

meum sanguinem, si forte contingat, effundam, quid pro ipso fecero in comparatione eius quod ipse mei causa præstitit?

VII.

Cum S. Petrus exclamat: *Domine tu mihi lauas pedes: tu né mihi pedes lauabis?* viuat ostendit fidem, quam de domini sui magnitudine habebat, & quâ clarè suâ indignitatē & vilitatē perfectam haberet, ac si dixisset, ita né tu Deus infinitus, mundi architectus, cœli terræque creator, Angelorum & hominum Dominus: tu qui ipsa es deitas, ipsa potentia, ipsa maiestas, tu qui Deus de Deo, lumen de lumine, verus Deus de Deo vero, magnitudinis tuæ cœlos inclinabis; vt ad me hoc venias schemate, ad me inquam creaturam tuam & seruum, ad me miserum & inquinatissimum peccatorem, ad me inopem opificem & pauperculum piscatorem: vt mihi pedes iis ipsis laues digitis, qui surdis auditum, visum cæcis dāt, iisdem manibus, quæ ægrōs ad sanitatē, & mortuos ad vitam reuocant. Siste cūrsus tuum sol, vosq; astra & planetæ ad huius deiectionis conspectum statē defixi, & vos portæ cœli super profunda hac humilitate desolamini.

Is scilicet erat verborum quæ Princeps Apostolorum magnō stupore & exstasi proferebat, sensus, non minor meus sit stupor oportet, quoties incomparabilis cœli terræque thesaurus ori meo in sacramento Eucharistiæ inseritur: neque enim ad pedes meos duntaxat se Dominus abiicit, sed ad vsque vênas, musculos, arterias & pulmōes meos, imo vsque ad stomachum & interiora mea: idque non semel, sed quoties ad hanc Angelorum me mensam repræsentō. Cœ-

Amm

Iam ergo & terra, Angeli simul & homines, quidquid est & quidquid fuit, ipsum laudent, benedicant, & in æternum deprædicent.

VIII.

S. Petrus cum à parte Iesu Christi excludi, nisi sibi pedes ablui sineret, vereretur, ait: Domine si ut partem habeam tecum, me à te lauari necesse sit, non pedes modò, sed & manus & caput porrigam. Hinc discò Deo me dedere, & Spiritus sancti motibus obtemperare, etsi vel eoduntaxat timore deterritus, ne fortè à me se subdicat. Ex iis verò quæ Dei filius intulit: *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet*, colligo, quicumque per baptismum ablatus est, & poenitentiam, etsi à peccatis lethalibus mundus sit, & in Dei sit gratia constitutus, opus tamen adhuc habere sibi ut pedes lauentur, id est inferiores animæ partes, affectus inquam terreni, sequè ab omnibus imperfectionibus venialib. expurgare debere, & iis imprunis quæ à malitia committuntur. Vnde discam & ponderabo, quàm sit peccatū veniale graue, cum non nisi per Iesu Christi sanguinem eluatur & dimittatur, cumque impossibile sit partem in cœlo cum Iesu Christo habere, nisi antè ab illo vel in hoc mundo vel altero expurgatus sim. Quæ cum ita sint, quid fiet illi qui instar Iudæ, mortali crimine inquinatus & infectus est? Hoc ab oculis nostris monstrum oblectro Domine, auerte, ipsum est namque quod cælo terraquæ exturbas & eliminās.

IX.

Cum suam erga Iudam proditorem humilitatem D O M I N U S exerceret, latiusne, ac
longius

longius se extendere poterat charitas, quàm vt Deus ipse proditori pedes ablueret? quæ haberi maior proditoris obstinatio ac peruicacia poterat, quàm vt tanta Dei, ad pedes suos prostrati, charitate non flecteretur? ecquænam hæc exempla? vnum maximæ ac feruentissimæ charitatis, alterum peruicaciæ & duritiei intolerabilis; cui nulla par vmquam in mundo exstitit? Verisimile est, Dominum, cum ad scelestum hunc peluim deferret, pedesque illi confricaret, & sordidos articulos & talos ablueret, interiùs his eum similibusue verbis allocutum: Quid tibi feci Iuda, oeconyme, discipule, & Apostole meus, aut quid in me agnouisti, ob quod adeò maligno in me sis animo? In aliquonè te offendi, ob quod ita me abhorreas? aliquanè te iniuria affeci? ecce me ad pedes tuos prouolutum, rationem exige, dic quid sit, & tibi satisfaciam. Si verò sponte & nullo demérito meo aduersum me instigis, si Principis tenebrarum vox tibi quàm mea gratior, si à me recedere volueris, recede, sed animæ tuæ parce, neui D E I Patris mei iram in te caputque tuum prouocæ. Qui pedes tuos abluuit aqua, animam suo vult emundare sanguine. Si nihil eius in te præstiterint miracula, si eius doctrina tibi frustra fuit, moueat te eius saltem quæ vendere proponis sanguis, quî tuæ esse debet redemptionis pretium. Hæc dicentem credere possumus lacrymas effudisse, quibus aquæ in pelui immistis, pius non animæ, sed corporis maculas & sordes emundabat. O duritiem, perfidiam, & malitiàm indomabilem! Quàm verè ergo psalmographus olim ait, impium, cum in impietatis profundum & malòrum abyssum perue-

perveniret, contemnere omnia, curare nihil?
 Quam etiam evidens, neminem corrigere posse
 eum, qui a Deo derelictus est eo quod Deum contem-
 pserit, ut sapiens annotavit? Discamus beneface-
 re nobis mala facientibus, & magistri nostri hu-
 militatem, si in Discipulorum eius referri nume-
 rum velimus, imitemur.

COLLOQVIVM.

Admi-retur quicumq; voluerit, rubri maris
 vndas muri instar erectas, quò liberum fi-
 lijs Israel dent transitum: admiretur alius Ior-
 danem, ad pallij Eliæ contactum, & arca testa-
 menti transuadante aquas dispersisse: alius solem
 ad Iosue iussa constitisse, Deo, ut notat Scriptu-
 ra, ad vocem hominis obediente: contempletur
 cum admiratione alius eundem mundi oculum,
 in horologio Achaz ad decem lineas & gradus,
 umbram suam retrò egisse. Equidem vnicum
 Iesum Christum, mundi portentum, Dei filiū, ve-
 ste exutum, linteo præcinctum, nudo capite, pe-
 luim aqua plenam gestantem ad Apostolorum
 prouolutum pedes stupebo & admirabor, ipsum-
 que inclinatum, & sacris putiscentium articulo-
 rum ipsorum & imprimis Iudæ Iscariotis, sordes
 digitis expurgantem. O animæ meæ Deus, quàm
 amabilis & tuis in operibus admirabilis es; & in
 his ipsis quàm considerabilis & ineffabilis! Etsi
 cœli cœlorum ad vsque infimi huius elementi
 superficiē inclinarentur, etsi ad vsque terræ cen-
 trum cœlum empyreum descenderet, etsi astra
 omnia ad abyssorum profundum se demitterent:
 Etsi Caesar Tiberius & omnes orbis reges ad mil-
 M scarum

scarum pedunculos se prosternerent: etsi Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubini, & Seraphini ad fornicarum intuitum se abijcerent & deiicerent; quid quæso essent collata cum eo quod ipse modo facis? Quàm ipse ergo sum deplorandus, si cuilibet me posthac subiicere detrectaro! quâ interiora mea malo sunt loco, nisi humilitatis hinc exéplū didicero. Eheu ipse nō nisi terræ sum vermiculus, sordibus plenus, pure & sanie repletus, & superbiæ me verruca assiduè exagitat: mundi æstimationem confector, gloriā sæculi magni facio, vanitatis cogitationes admitto, ambitionem in cor meum ingredi permitto. Et quousque prodigium hoc? quousque monstrum hoc superbiæ cerebrum meum occupabit, & intra viscera mugiet? Verè Deus & verè homo, saluator & reparator hominum, qui tanta tamque magna dixisti, fecisti & passus es, vt tuo nos dispendio humilitatem edoceres, hanc mihi obsecro gratiam præsta, idque per humiliationis tuæ merita, vt in oculis meis ipse sim humilis, coram tuis sim magnus. Hoc quando fiet, facies de necessitate virtutem & potentiam: atque vt è nihilo creasti omnia, ita è meo nihilo gloriā tuā elicies. Nam à me ipso aliud non sum præter miseriam, & consequenter contemptibilis, & dignus qui ab omni creatura vilipèdar. Quod cum ita evidens & æquum sit, fac, quæso, per rationem & gratiam tuam, clarè vt id cognoscam, & re ipsa palpem & sentiam, & ingenuè ipsum confitear, quodque pluris est, ita me geram, itaque tractari velim. Aequū est aliquid nihilo attribui: anné par ipsum Nilum se efferre ultra quod est? anné tolerandum peccatorem & peccatum, qui minus sunt quā nihilū, aliquo esse apud homines

& loco & honore? O sapientissime ac iustissime Iesu, qui certo omnia pondere, numero & mensura facis, imo ipsa es norma, & omnis rectitudinis regula, hanc disordinationem obsecro ordina. Nullus autem dari ordo poterit melior, quàm vt tibi soli & simul Deo Patri tuo & Spiritui sancto, propter omne quod in natura, gratia, gloriaque habetur bonum, æquum & pulchrum, reddatur gloria; nobis verò (iuxta id q̄ sumus & meremur) facierũ cōfusio, ita sancta tua scriptura docēte, & ipsa ratione exigente.

Adam duos initio habuit filios Cainum & Abelem: primogenitus primus fuit scelestus, minor natu primus iustus. Abraham habuit Ismaelem & Isaac, illum ex Agar, hunc è Sara: primus fuit legatarius, alter hæres ex asse. Isaac quoque duos habuit filios Esau & Iacob: ille reprobos, hic prædestinatos designat. Iacob item plurimos genuit, duos natu posteriores habuit carissimos Benjamin & Ioseph. Ioseph duos habuit Manassem & Ephraim, quos auus decussatis manibus benedicens dextram natu secundo, sinistrã primogenito imposuit, Iosepho ex errore id fieri credenti, scire se quid ageret, respondens. Dauid omnium filiorum Isai erat minimus, quando in regem Israel electus, vnctus & designatus à Samuele Saulis loco fuit. Saul quoq; è minima populi tribu ortus erat, vt ipsemet testatur dū inauguraretur, electusque itē à Deo fuit, cum tam esset in oculis suis paruus quàm altus & procerus præ ceteris omnib. Cur verò hæc omnia Domine? an solùm vt figura essent, qua quomodo synagoga relictã gentilitatem assumpturus esses diuina prouidentia tua ostenderet? quin verò vt simul hinc manifestum fieret, te in humiles

oculos conicere, & per ea quæ parua sunt & talia haberi volunt, seq; ipsa vt parua habent, magna operari? Valles abundare frumento, & è cõuallibus locisq; humilioribus prorumpere fontes sacra scriptura ait, vt discamus misericordię tuę rorem & benignos influxus animabus humilibus communicari. Voluisti adhæc, quemadmodum tertia aëris regio, quæ vti infima est omniũ, ita est temperatissima, ita spiritus & mentes humiles, esse tranquilliores & paciores, atque vt aurum ex infimis terræ locis effoditur, ita gratiarum tuarum thesaurum in animabus vere se ipsas agnoscentibus reseruari & conseruari. Hæc mihi cognitionem, Deus meus, per summę abiectionis filij tui meritum, perq; eius, quæ inter omnes puras creaturas humillima fuit, sanctę inquam & dignę matris eius intercessionem præsta, perq; sancti Francisci preces, perq; voluptatem illã qua te cor contritũ & anima verè humilis perfundit, fac, obsecro, Deus veritatis, vt coram te in veritate viuam & ambulem, & perfectè humilis ero: verissimum est enim, veritatem vel matrem vel germanam humilitatis sororem esse.



ME DI-

MEDITATIO III.
DE INSTITVTIONE S A N C T I S -
simi Sacramenti & Augustissimi sacrificij
Eucharistici,

P V N C T V M I.



Blutis discipulorum pedibus Dominus iterum mensæ accubuit, & accepto in sanctas ac venerabiles manus suas pane, ex iis qui mensæ appositi erant, oculisq; in cœlum sublati gratias egit Deo Patri & panem benedictione operatrice eius quod facere volebat benedicens, fregit, deditque discipulis suis dicens: *Accipite & manducate*, HOC EST ENIM CORPVS MEVM; & horum verborum virtute, panis substantiam in carnis suæ substantiam conuertit. Eodem instanti & aliud miraculum in patiperum horum piscatorum, & stupidorum discipulorum cordibus est operatus, extraordinario illos nempe lumine illustrans, vt fide quadam viua crederent, quod ore suo magister proferebat, & re ipsa sub specie panis, ipsum eius quem loquentem audiebant, & mensæ assidentem conspiciebant, corp⁹ contineri, quædam tenus visibile, quædam verò inuisibile. Adeò, vt debito ipsum amore, & reuerentia acceperint, nouum hunc sui communicandi modum summopere demirati; hinc ob reuerentiam tanto mysterio debitam tremantes & venerantes, illinc verò summo exultantes gaudio, quod eum cordi vicinum, imo intra viscera haberent.

M 3

II. Con-

II.

Consecratione quæ *benedictione* denotatur, & cōmunionē corporis peracta, Iesus & calicem in manus suas accepit, & ait: *Hic est calix sanguinis mei noui testamēti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū.* Et ecce horū verborum vi, vinum subito in verum eius sanguinem commutatur & conuertitur; qui cum in pretiosissimis venarū eius vasis esset, venæ eius in corpore continerentur, corpus ab anima informaretur, & anima à Verbi hypostasi sustentaretur, Verbum item idem quid cum diuinitate esset, inferre per consequentiam necessariam licet, redemptionis nostræ pretium, & incomparabilem cœli terræq; thesaurum in calice Apostolis oblato fuisse.

III.

Cōsecrationē Domin⁹ cū peregisset, ait discipulis: *Hoc facite in meā commemorationē.* quod præceptum impertinens & ineptum sanè fuisset, nisi eorundem verborum virtute, faciendi quod ipsi fecerat, potestatem illis cōmunicasset, panis scilicet in corpus, & vini in sanguinē suum conuertendi: idque *in remissionem peccatorum*: id est, vt posthac quod ipse fecisset, non modò in Sacramenti, sed etiam sacrificij, quod tum quidem offerebatur, & post ea erat in culpæ expiationem, & continuam mortis eius memoriam offerendum qualitate facerent.

FRUCTVS I.

Sciebat Dominus, se eundo Hierosolymam, vbi agnus necessario manducari debebat, vitā priuan-

DE INSTITVT. SACRAMENTI 183
priuandum, comprehendendum, & morti tradendum. Hinc discam, si verè obediens esse velim, ad mortem vsque me obedire debere. Ex eo verò quod Petrum & Ioannem ad ea quæ ad Pâscha celebrandum erant necessaria præparanda miserit, colligam, ad sanctissimi noui fœderis Agni réceptionem & manducationem vinam fidem, quam Apostolorum Princeps repræsentat, & ardentem charitatem, cuius dilectus Domino discipulus imago erat, requiri.

II.

Pedum ablutio institutioni Eucharistiæ præmissa, docet & commonefacit, quanta requiratur mundities, quanta puritas in iis qui ad ipsam accedere velint; quibus sufficere non debet, si à letiferis se noxis expurgent, sed & leuiores eluendæ sunt maculæ & affectus (qui pedibus repræsentantur) ab omni infectione terrena mūdandi. Moris erat, conuiuii pedes abluere, idq; in humilitatis & charitatis signum, vt colligere licet ex iis quæ Simoni leproso dominus apud Lucam cap. 7. obiecit. Ipse ergo hanc consuetudinem seruans Apostolorum pedes lauit, ostendens eos qui ad hoc accedere conuiuium præsumunt, humilitatis & charitatis exercitiis incumbere oportere; quibus nulla afferri melior dispositio ad sacramenti, in quo humilitatē & charitatem continuò modo quodam ineffabili & incomparabili Dominus exercet, participandum potest.

III.

Ceremoniæ in agni typici manducatione seruari solitæ denotant eas, quæ in mystici receptione

M 4

requi-

requiruntur, Manducandus is siquidem est primò cinctis renibus; idest cum castitate & sensuum mortificatione, est quippe Agnus purissimus, & omnis expers maculæ. Secundo, calceamenta, docent quàm circumspectos nos esse in pedibus oporteat, ne scilicet affectus nostri rerû mundanarum affricatione tractationeue inquinentur & commaculentur, Tertiò, baculi in manu significant, memoriàm ac fiduciàm, in cruce & passione Dominica nobis collocandam. Quartò festinanter id est attètè, feruenter & animi propitue manducandus. Quintò, cum panibus azymis, quibus recta & pura Deo soli placendi, nostræque voluntatis cum ipsius voluntate coniungendæ intentio denotatur. Sextò, addendæ sunt lactucæ amaræ, doloris, poenitentiae & satisfactionis indices. Septimò, uti ossa frangenda non sunt, ita nec sensus consulendi, nec curiosæ difficultates mysterij huius indagandæ, sed ipsum magna fidei integritate sumendum. Octauò, comedendus totus, & minimorû etiam fragminum & frustillorum habenda est ratio, quoniam Christi corpus ibi est totum sub toto, & totum sub qualibet totius parte. Deniq; comedendus est nec crudus, nec coctus aqua, idest nõ sine præparatione, aut tepidè, sed igne charitatis & amoris assatus. Quem ut in nobis accendamus, quoties ad hunc manducandum accedimus; ita nobis sumendus esset, quasi id vltimû foret, & velut viaticum, aut quasi, ut sapiens ait: cultrû iugulo infixum haberemus, & illa suprema vitæ hora foret. Sanè si hac cogitatione nos obarmaremus, maiori diligentia, deuotione, & vtilitate ad sacram mensam accederemus.

IV. Tem-

Temporis, quo ipsum Ecclesiæ suæ Dominus reliquit, circumstantia etiam notanda est; neque enim id post resurrectionem, aut paulo antequam in coelos ascenderet, vti facere non incommodè potuisset, instituit; sed tum cum necem illi homines machinarentur de medio illum ablaturi; & ecce dum illi ab hominum commercio, inuidiâ & odio acti, ipsum auellere satagunt, ipse de apud eosdem ex amore & clementia manendo tractat. Qui te o animorum nostrorum carissime, non amat, quid quæso amare potest? Loci quoque circumstantia obseruatu digna: fuit quippe atrium grande stratum, à quodam bonæ voluntatis illi oblatum, cuius nomen in Euangelio non commemoratur, etsi domus eius deinde in alijs etiam maioris momenti rebus peragendis vsui fuerit. Ad hanc quippe Apostoli post passionem Dominicam, vnà cum Virgine Deipara concessere; in eadem quoque intenti precibus, Spiritus sancti aduentum exspectarunt; qui tandem in eos ibidem in linguarum ignearum specie descendit; eadem quoque egressi sunt Euangelium per orbem disseminatur. Vnde discam, si quando boni quid agere voluero, parum me de nomine meo hominibus vulgando aut patefaciendo laborare debere, modò in libro vitæ, in quo omnia tandem aliquando manifestanda sunt, exaratum sit. Coenaculum denotat partim Ecclesiam, in qua & non alibi, Spiritus sanctus datur, & extra quã ad salutem manducari agnus non potest; partim etiam hinc colligo, cordis mei habitaculum insigni & ampla ad dona recipienda coelestia ca-

M ;

paci-

pacitate esse debere, debet quippe esse fide sublimē, charitate latum, spe longum, iustitia, prudentia, fortitudine, temperantia, alijsq; Spiritus sancti donis & charismatibus adornatum & cōuestitum. Adhæc ipsa personarum circumstantia significat, quod quemadmodum communione nihil vtilius bene dispositis, quales erant Apostoli, ita nihil eadem nocentius malè dispositis, vti Iudæ qui exinde egreditur, Dominum & magistrum suum proditurus: cū certissimum sit, teste Apostolo, quod qui manducat indignè, reus sit corporis & sanguinis Domini, quasi denovo suis illum inimicis proderet. Præterea, vti idem Apostolus notat, multos in ægritudinem incidere, indies magis magisq; debilitari, aut obdurari, ac tandem misera hinc morte decedere, certum est.

V.

In diuini huius Sacramenti institutione tria præcipua Dei elucēt attributa: Sapientia inquā, potentia, & bonitas: sapientia quidem primò in eo, quod veteres Prophetias & figuras compleuerit. Secundò, inuenta apud homines manendi ratione, etsi ad Dei Patris dexteram consideret. Tertiò, quod sicut in mysterio Incarnationis modum duo extrema, Deum inquam & hominem, in personæ vnitatem combinandi adinuenit, ita & in hoc Eucharistico duo, nimirum quantum inter se distantia, Deum scilicet hominem factum vnā cum panis viniq; accidentibus, coniunxerit. Potentia verò, quod vel verbo infinita vnico momento patret miracula, tā in ipso pane, quàm in suomet corpore, modo adeò admirabili eadem coniungendo, vt panem tamen non annihilan-

hilando, is amplius non adfit, sed in corporis sui cum substantiam, & vinum in sanguinis, accidentibus & symbolis exterioribus duntaxat remanentibus conuertat, tum vt maius fidei foret meritum, tum vt visibile rei inuisibilis signum foret, quæ ad esse Sacramentorum conditio imprimis necessaria est. Bonitas denique eius adeo eximia & illustris hic est, vt licet omnes simul Angeli & homines de simili liberalitate excogitanda laborassent, similem adinuenire minimè potuissent, nedum optare aut petere. Dum humanam naturam assumeret, semel se dedit, sed hic semper nullo non tempore præsens adest, & quidem modo adeo intimo, vt nec Magis, nec Apostolis, nec Marijs, nec vllis, quibuscum in hoc mundo conuersatus est, simile quid vmquam cõcesserit. Et quidem tanta hæc est bonitas, vt summa opus sit ad eam credendam fide.

VI.

Excutiam diligenter hæc verba, HOC EST CORPUS MEVM, neque enim ait: *hoc est figura corporis mei*; etsi verè id, si modò Sacramentum hoc in puro pane, in quantum Iesum Christum repræsenteret, consistere voluisset, ad animas nostras sanctificandas satisfuisset, non secus atque aqua elementaris, verbis iuncta, in baptismo nos sanctificat: at infinitæ eius charitati hoc minimè satis fuit, sed proprium suum corpus & propriam personam hoc in Sacramento contineri voluit, nosquè sanctificare. O communionem & communicationem verè ineffabilem!

VII.

Expendam etiam, quòd non ait, *hoc est pars corporis*

corpora mei, sed CORPVS MEVM. Et si enim minima substantiæ eius portio ad nos sanctificandos suffecisset; vti & actionum eius minima ad nos redimendos satis fuisset; nihilominus ad extremam vsque sanguinis guttam pati, & hoc in mysterio sine vlla exceptione nobis sese dare voluit, quasi mihi priuatim diceret; Oculis meis tuos sanctificare volo, corde meo tuum purificare, manibus meis tuas confortare, memoria mea tuam replere, intellectu meo tuum illustrare, voluntate mea tuam accendere, & toto meo totum te mihi volo. Rei huius figura fuit Elisæus, quando, vt puerum extinctum ad vitam renocaret, sese contraxit, oculos suos pueri oculis, & manibus manus superaccommodando, itaque vitam ei reddidit. Quis igitur posthac dubitet, quin eius oculi super nos excubent, eius aures in preces nostras pateant, os eius pro nobis apud Deum Patrem intercedat; brachia eius ad nos amplexandos extensa sint, manus ad nobis auxiliandum porrectæ, pectus denique ad nos ibidem admittendos, includendos, & iuxta intima cordis penetralia collocandos pateat? Utinam diuinæ eius bonitati placeat, in tantæ dignationis & charitatis adeo incomparabilis commutationem, corpora nostra, amodò veras sanctitatis corporis sui imagines, & animas nostras ineffabilis puritatis suæ exemplaria reddere.

VIII.

Hæc noui testamenti verba me inuitant, vt, dum sancto Missæ sacrificio intersum, hoc Deum modo orem; Deus meus, Domine ac Pater

DE INSTITVT: SACRAMENTI 189
ter meus hoc tibi in myſterio contentum ſanguinem, velut autenticum teſtamenti cariffimi filij tui ſcriptum, quo mihi, quidquid à te poſtulaſſem, dandum promiſit, offero. Hoc in teſtamento peccatorum mihi, ſimul & æternarum, quas merueram pœnarum abolitionem ſpon-
dit; meritorum me ſuorum omniumque gratiæ ſuæ theſaurorum hœredem inſtituit; filij DE I
adoptiui qualitatem ſimul & charitatem, Spirit^u
ſancti dona, & hœreditatis cœleſtis certitudine mihi in eo contulit. Exaudi me ergo creator
meus, per filij huius tui qui meus item frater eſt
merita, neu quidquam vt committam permit-
tas, quod hoc me nomine, tamque optabili ſuc-
ceſſione indignum reddat.

IX.

Sicut nihil homini ita vnitur, atque cibus
& potus, cum ſcilicet, quod ore tranſmiſſum eſt,
alimentum, in ſuccum vitalem, ſanguinem, ner-
uos, muſculos, venas, carnem, oſſa, medullam,
denique in quidquid eſſentialiter & naturaliter
ad corpus ſpectat, mutatur: ita nulla quoque
eſt actio, nullum Sacramentum, quo rationalis
anima vt plurimum arctius Deo vnitur, quàm in
Euchariftiæ participatione. Hinc placuit illi,
hoc Sacramentum in panis & vini, quæ commu-
nis hominum cibus ſunt, elementis inſtituere: &
quidem vt ſignificaret, ſicut panis eſt plurimis
grauis ijsque comminutis, & vnã in maſſam
collectis, vinum quoque eſt varijs viuis in torcu-
lari expreſſis conflatum eſt, ita cibus hunc &
potum diuinum, corda in ſeipſis contrita, & in-
tucem charitate & ſincera dilectione connexa,
requirere. & in hoc omnis communio & arcta,
tam

tam cum capite nostro, quàm commembris nostris synaxis & coniunctio sita.

X.

Sex in augustissimi Sacramenti huius institutione consideranda imprimis sunt. Primum, quomodo Redemptor exteriori habitu gestuque graui, modesto, pioque, qui assidentes & conuiuas ad pietatem, reuerentiam & admirationem excitaret, panem à mensa acceperit, (quem in mensa positum consecrare potuisset) eumque manibus tenuerit, ad ostendendum, panis huius in corpus suum commutationem insignem omnipotentiae, liberalitatis, operumque meritoriorum, quorum manus sunt symbolum, suorum effectum esse. Adeò ut manibus suis visibilibus se inuisibiliter, passibilem impassibiliter, & in esse naturali Sacramentaliter gestaret. Legendus circa hoc D. Augustinus enarratione prima & secunda in Psalmum 33. Secundò, Dominus manibus panem tenens, oculos ad coelum sustulit, ostensus, panem quem ipsis dare volebat, non terrenum sed coelicum esse, angelicum, superessentialem, à Patre suo datum, modoque longè eminentiori ab eo qui Moysi datus est discrepantem, quàm non dico coelum à terra, sed creator à creatura distat. Hac quoque oculorum sublatione denotare voluit, cor esse ad coelestia suscitandum, à terrenis auocandum, & sensus minime esse consulendos, quando mysterium hoc erit adeundum. Tertiò, Patri suo tum ob singularem hanc benevolentiam, tum munus adeò eximium in se & per se mundo collatum, gratias egit: ut ideo Eucharistiam esse suipius

plius gratiarum actionem, ipsumque Missæ sacrificium non modò impetratorium esse & propitiatorium, sed & laetificum & eucharisticum, id est adorationis & gratiarum actionis. Quartò, benedixit panem benedictione effectiua & productiua eius quod desiderabar. Nostræ porro benedictiones non sunt tales: sunt enim vel in laudem eius quod iam est, vel ijs optamus quod nondum est, nihil vt benedictionis nostræ subiecto addamus: quod me discriminè docet, mundi vt benedictiones parui, & diuinas magni faciam: quæ hoc loco eius fuere efficaciz, vt panem in proprium suum corpus commutarint, eumque principium, & exemplarem, instrumentalem, & meritoriam benedictionum spiritualium è celo ad salutem nostram depluentium causam reddiderint. Quintò fregit panem eumque inter discipulos distribuit, Primò vt ostenderet, nos nõ nisi vnicum corpus, ita id exponente Apostolo, constituere. Secundò, panem hunc diuidi posse, non separato eo quod in se contineret, anima inquam, sanguine, diuinitate, meritis. Singula autem singulatim expendere, & spiritualiter panem frangere. Deniq; panem iis dedit, dicens: *Accipite & manducate.* O donum pretiosissimum, in quod influxit & contulit quod puræ esset gratiæ, & hoc duntaxat, quòd dare, illi volupe esset; hinc etiam eos iussit accipere, quasi dixisset: Corpus meum vobis dono, non modò vt ipsum admiremini, adoretis, osculemini, capitibus vestris superimponatis, vel veluti reliquiũ aliq; ad vestrã consolationem accipiatis; sed vt ipsum māducetis, vobisq; incorporetis, & ipse vobiscũ,

& o.

& omnibus in me credentibus ad sæculorum
vsq; consummationem sim.

XI.

Dicendo, *hoc facite* nimis quàm euident est, illam Apostolis potestatem faciendi eius quod eos facere iubebat, & consequenter panis consecrandi, inque corpus suum conuertendi dedisse. Atque hic infinitam hanc bonitatem demirabor, quòd in corpus & sanguinem suum non Angelis coelicolis, sed hominibus mortalibus potestatem fecerit. Quodque etiam notum comprime dignum, noluit hanc potestatem ad certum hominum numerum locane aut tempora limitata restringere, vt omnes & omni quidè tempore diuini huius Sacramenti fructum quàm abundantissimè perciperent. Agnus Paschalis nonnisi vno tempore vno loco, & à solis Iudæis manducabatur: Agnus verò Dei, qui tollit peccata mundi, has restrictiones odit, nullaq; diei est hora, qua non fratrum suorum aliquibus se per orbem terrarum communicet. Idque quodam humilitatis & obedientiæ modo adeò nouo & inaudito, vt coelum terramq; in admirationem rapuerit: ex eo namque tempore ad vocem se sacerdotis sine mora, aut dilatione, omni tempore & loco præsentem futurum obstrinxit: etsi praua is & sinistra intentione moueretur, vel ad fortilegium, vel vt pedibus impijs proterat, vel in ignem deiiciat; omnia hæc inconuenientia ad bonum electorum & amorem bonorum superauit. Quid ergo posthac superbi & immorigeri facturi sunt?

XII, Cùm

XII.

Cum sacrificium aliud non sit, quàm facta ab homine Deo cuiuslibet demum rei, ad eum honorandum, ac colendum oblatio, idque in recognitionem infinitæ illius excellentiæ & maiestatis quid Deo Patri offerri queat gratius, quàm filius vnigenitus? quæ hostia pacifica, quæ victima pro peccatis, ecquod holocaustum cum hoc, per quod omne legitimum sacrificium acceptum fuit, & sine quo nihil Deo Patri fuit, est, erit, aut esse potest gratum, conferri queat? Quantis Saluatori huic deuincti sumus nominibus? eò verò magis, quòd, ne fortè oblatio, (etsi in se pretiosa) ob sacrificantis indignitatem reiiciatur, ipse primarius & præcipuus esse voluerit offerens, idque vt sacerdos secundum ordinem Melchisedech, sacerdotum reliquorum velut instrumentariorum & secundariorum sacrificantium vrens opera.

XIII.

Commemorationem hic fieri vult, non dolorum modò suorum & passionis, sed etiam virtutum, vt eas imitemur, charitatis inquam, humilitatis, misericordiæ, liberalitatis, patientiæ, mansuetudinis, obedientiæ, deuotionis, & in his omnibus ad finem vsque vitæ perseuerantiæ. Ceterum vnica earum obtinendarum ratio in manibus nostris sita est, cum qui eas à nobis exigat eas imperet, vt qui noster sit iudex, aduocatus, Pater, & frater, Deus noster & alimentum.

COLLOQVIUM.

VNDE fieri, animæ meæ creator, conseruator, & reparator dicam, quòd non conten-

N

tus

tus humanam naturam assumpsisse, etiam apud homines manere, cum hominibus agere, & hominum stomachum subire, ijsq; alimenti esse loco volueris? forsan ne vt Sacratione tuum producas gaudium, quodd in teipso habes, quodd Dei simul & hominis sis filius? An vt significes, fore vt Deus esse desinas, cum esse desines homo? an vt hinc intelligamus, parui te facere, quodd generationis humanæ te naturæ in mysterio incarnationis tradideris, nisi simul in Eucharistia vnicuique nostrum singulatim & copiosè te donares? O abyssum amoris! ô charitatis fornacem! ô beneuolentiæ torrentem! Laudent te cœlum ac terra, te homines simul & Angeli, sæcula præterita & præsentia ob extraordinariam hanc & incomparabilem bonitatem benedicant. Bonus totus sis oportet, vt huiusmodi habeas affectus; quin & totus potens & omnipotens, vt tales producas effectus, totus denique sapiens, ad modum excogitandum. Millies ac millies ergo benedictus sis dulcissime Iesu, & rursus toties, quoties in diuino hoc mysterio sacramentaliter & spiritaliter recipieris: Sis inquam sine fine ob talem dignationem benedictus. Ad huiusmodi charitatis ardorem anima mea colliquefcat: fiant sensus mei omnis sensus expertes, & naturali functione fungi, visa tam naturali & supernaturali communicatione desinant: Non viuam posthac aliter, quàm vt mihi moriar, mihiq; deinceps moriar, vt semper viuam tibi. Quando tempus erit, quo sim totus tuus? quando dies affulgebit, quo, sicut te totum tradis mihi, ita vita mea totaliter & sine exceptione in tua abscondatur. Cibus non est quod antè erat, postquam caloris

DE ORATIONE IN HORTO 193
caloris naturalis vi digestus est, sed in corporis
ipsum in alimentum recipientis substantiam co-
uersus. Quare ergo & quomodo ero posthac
quod eram, cum hoc in sacramento ad me ut ci-
bus venias, non ut ipse muteris in me, sed me in
te conuertas & transformes? Hoc quaeso Domi-
ne, & animarum nostrarum sponse, per te ipsum
& propter te ipsum praesta. Et cum tam tuum
sit accipere, quam dare, me totum tibi accipe,
vbi te totum mihi das. Id te per merita, per desi-
deria tua & per ineffabilis charitatis tuae, quam
in incomparabili hoc mysterio patefacis, exsta-
les rogo & obtestor.

MEDITATIO III.

DE ORATIONE DOMINI IN HOR-
*to, Agonia, sudore sanguineo, deque Ange-
li apparitione.*

PUNCTVM I.

PEDVM ablutione, venerabilis sacramenti
institutione & sermone extremo iam finito,
& hymno in gratiarum actionem de more dic-
to, Redemptor, comitantibus vndecim Aposto-
lis coenaculo egressus est, & trans torrentem Ce-
dron venit in villam mortis Oliveti, cui nomen
Gethsemani. Hic octo suorum relictis, cum tri-
bus reliquis, Petro, Ioanne & Iacobo, hortu in-
gressus est vrbi vicinum. Hic animi sui afflictio-
nem his aperuit, ac facie tristior ait: *Tristis est a-*
nima mea vsq, ad mortem, sustinete hic, & vigilate
vt non intretis in tentationem.

N 1

II. Do.

II.

Dominus cum esset à discipulis remotus quantum iactus est lapidis , procidit in genua, & vultu in terram prostrato ait : *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.* quasi diceret; si fieri potest Pater; vt, diuinæ iustitiæ decreta non infringendo aut violando, passionis hic calix transeat à me, ne libam illum, fiat quæso & obsecro: sin minus, ne facias quod naturalis mea voluntas iuxta inclinationem suam desiderat, sed quod ipse fieri vis. Hac oratione facta redijt ad suos, quos cum dormientes inuenisset, excitauit & ait, ac Petro præfertim qui maiorem ceteris feruorem præferbat : *Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, ne intretis in tentationem:* etli enim Spiritus sit promptus, caro autem infirma est. Deinde ad orationis locum reuersus eadem Patrem, & quidem maiori vehementia & affectus ardore oranit. credibile porro est dixisse illum, quod apud Marcum legimus, *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt transfer calicem hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu.*

III.

Secunda oratione finita ad Apostolos Dominus eadem quâ prius mansuetudine, reuersus est: quos cum denuò somno oppressos vidisset, illorum infirmitatem miseratus & dormire sinens, tertio ad orationem accessit, & quidem orauit prolixius: cum enim factus esset in agonia, teste Euangelista, & tristitia mentis adobrutus, instanter & sine relaxatione orauit. Deus Pater filium tanta in angustia videns, vt quantopere de illo sollicitus esset, quodq; eius orationem non contemne-

temneret, ostenderet, Angelum illi ad solatium & confortationem misit. Probabile porro est, ex S. Thomæ Aquinatis opinione, eundem hunc Angelum fuisse, qui olim incarnationis mysterium annuntiavit. At Redemptor rationibus Gabrielis auditis, prolixius oravit, & agonizæ timoriquæ habenas laxans tali anxietate correptus fuit, ut quàm copiosissimè sudaret, & quidem sudorem quemdam spissum, cuius guttæ essent velut sanguinis, in terram decurrentis. ferali hoc conflictu transacto, ab oratione surgens tertio ad suos discipulos accessit; quos rursus sopore grauat, cum reperisset, & excitasset ait : *Dormite iam & requiescite, sufficit venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum.*

FRUCTVS I.

ET SI Dominus mentis in angustia esset constitutus, & passionis suæ horam instare sentiret, discipulos tamen suos adhortari non desijt, & hymnum pro more dicere, & in solitudinem, quàm orationi fundendæ semper seligere solebat, concedere. Noster hinc arguitur tepor & negligentia, cum vel minima occasione, quocumque demum impedimento occurrente, solita pietatis, ac præsertim orationis exercitia omittimus; & potissimum tunc, cum maximè orationi instare opus haberemus. Porro hinc patet, quòd, sicut suam in horto homo, Adamo ex arbore vetita comedente, libertatem perdidit, ita alio in horto nostra libertas redeat, & animarum nostrarum redemptio incipiat, Secundo Adamo coelesti, in crucis arboris susceptione assensu præbente. in primo malignus retinuit spiritus, hic bonus cõsolatur Angelus: ibi Eva malum suggerit, hic Maria ad redẽtionem cooperatur. II.

Duo initio passionis fecit Dominus, quæ eamdem nimirum quantum aggrauarunt, amaramque reddiderunt. Primò, quòd inferiorè animæ partè omni sensibili gaudio priuàrit, quin & illo, quòd pars superior in ipsam defluere poterat: Secùdò, quòd voluntariè in seipso còtrarios tædij, timoris, tristitiæ sensus, affectus & passiones excitàrit, facultatibus appetitiuis potestate factâ, vt in obiecta, quæ imaginatio naturæ contraria illi magna cum apprehensione repræsèntabat, cum vehementia, pœnolos suos sensus & motus producerent. Gaudium solatiumq; quod suis in tormentis experiebantur Martyres, dolores ipsorù leniebat; quod cùm Domino deesset, dolorum ipse calicem purum bibit. III.

Timor, quo Dominus correptus erat ad tormèta, quæ mortè eius sequebantur, referebatur: q̄ ipse mortem velut iam præsentiè experiebatur, quæque hunc in illo tremorem & formidinem, qui pauor dicitur, simul & maximam angustiam interiorem, quæ agonia dicitur causabatur tædium, fuit extraordinarium quoddam rerum omnium mundanarum fastidium, nullum in eisdem solamen lenimenq; inueniens. Tristitia, grauitas quædam & interior fuit ob mala instantia, rectæ rationi aduersantia, & carnis inclinationi repugnantia, afflictio: Obuersabatur & menti eius sanctissimæ Matris suæ dolor, Apostolorum fuga, Iudæ proditio, Petri negatio, omnium qui in ipsum crediderant scandalum, Iudæorum ingratiitudo, Gentilium cœcitas, peccata præterita, præsèntia, & futura, vitæ quam exponebat excellentia; flagella, corona spinea, opprobria, improperia

peria, exhibitationes, crux, clavi, lancea, extrema derelictio, & animæ suæ separatio. Hæc omnia iunctim, simul & potestas quam æstimatiuæ & apprehensivæ facultati faciebat, feralis huius agoniz & sanguinei fudoris toto eius corpore dimanantis causa erant!

IV.

Si quem è graui hac Domini mei tristitia & afflictione elicere fructum voluero, credendum mihi est (quod & verissimum est) me agoniz huius tempore illius memoriæ mentiq; præsentem obuersatum esse, omnia illum peccata mea vidisse, ingrattitudines meas considerasse, non præteritis modo, sed & præsetes & futuras, ob quas nimio opere contristabatur & affligebatur. Hinc statuâ vnâ cum ipso dolere, illarum qualitatem, quantitatem & demeritû perpendens, enormitatem inquam, multitudinem, & quâ pmerueram poenam sempiternam: firmiterq; proponam, peccatum quodlibet detestari, quod tantam benignissimo & dulcissimo Redemptori meo tristitiam attulit: hinc & discam de proximi bono gaudere, atq; malis eiusdem compati, cum videâ satis non esse Domino proprias intueri poenas, sed & ob alienas non secus ac ob proprias, velle torqueri & affligi.

V.

Qui fit, hisce verbis, *Tristis est anima mea usque ad mortem*, cor nostrum non configi? quibus tantundem ipse ait, ac si diceret, Eisdem anima mea versatur in angustiis, in quibus qui mortem sibi imminentem sentiunt & reipâ subeunt: vel, tristitia quam sentio, tanta est, vt ea sit ad mortem mihi inferendam satis, & sanè me enecaret, nisi ad maiores me cruciatus reservarem.

Apostolis porro suam Dominus aperiebat tristitiam, Primò, vt sua hoc pacto nobis interiora patefaceret. Secundò, vt hominem se ostenderet, pauciori se & tristitiæ subijciendo. Tertiò, vt mutuum disceremus non contemnere solatium, cum id ipse ab Apostolis mutuaretur; Quartò, vt Patris sui nobis consuetudinem aperiret, qui filij sui crucis participes reddere, maximè solet eos, quos habet carissimos, quales filio suo Petrus, Ioannes, & Iacobus præ reliquis Apostolis erant. Quintò, vt hinc manifestum fieret, consolationem desolationi, tentationem auxilio superuenienti ipsum attemperare. Tres hi Apostoli in monte Thabor, Domini transfigurationem viderant, gloriam humanitatis eius admirati & gaudia experti erant, vt quidam ipsorum bonum ibi esse diceret; illos ergo & desolationis partem habere æquum erat, & vtrumque tempus conferendo in fide confortari, inque eadem & alios confirmare.

V I.

Cum tristitiam leniturus ad orationem Redemptor confugiat, suosq; Apostolos ad eamdem inuitet, ne fortè in tentationem incidant; hinc disco, non sine ratione S. Iacobum scripsisse, *Tristatur aliquis in vobis, qret*; & antea Redemptorem in sua Patris sui orandi formula prescripsisse, vt diceremus: *Et ne nos inducas in tentationem.* Non ait, Ne permittas nos tentari. expedit quippe interdum, tentari, sed, ne sinas nos in tentationem incidere. Adeò vt quando aut tristitia opprimimur, aut tentatione impetimur, maiori nobis feruore orationi instandum, & cum Iesu Christo vigilandum sit.

Num-

Numquam porrò cum ipso vigilamus, quin vicissim ipse vigilet nobiscum: numquam cum ipso oramus, quin pro nobis ipse & nobiscum oret. Si fortè per imperfectiones nostras interdù à nobis recedere cogatur, non minus dolet quàm hic in horto, cum ab Apostolis recessit, patrem oraturus. Quem Evangelista dolorem expressit his verbis: *Auulsus est ab eis*, quasi diceret, nonnisi maximo cum dolore ab eis recessit, & grauissimè illum modica hæc ab eis successio afflixit. Illius ob amorem ab vbere & lacte mundi huius nos appellamus, & coelestes nobis non deerunt deliciae.

VII.

Quinque in Domini mei oratione imitanda noto. Primò, quærit solitudinem, vt cum Deo quietè & secretò ageret. Secundò, profundam reuerentiam, quam magna diuinæ maiestatis æstimatio, & humanitatis suæ, in quantum creatura, vilitatis consideratio causabatur. Tertiò, orandi modum statui, in quo tum versabatur conformem, cum enim alias, & sæpius quidem, stans orasset, modò in terram pronus se prosternit tristitia adobrutus, humiliationem à Patre immisam libenter, gratanterque admittens. Quartò, insignem confidentiam & amorem, què hoc verbo *Pater mi*, indicat: alias *Pater* duntaxat dicebat, hic verò *Pater mi*. Quintò, insignem propriæ voluntatis abnegationem, & integram in diuinam resignationem: cum enim onera, & labores horrendi forent, & vehemens ad eosdem declinandos inclinatio naturalis, interior mentis angustia inaudita, insignis sanè & generosissimæ virtutis actus fuit, se ad ea quæ Deo circa i-

N 5

psum

psum disponere placeret resignare. Tum demum bona mea erit oratio, huiusmodi cū circūstantias habuerit.

VIII.

Super paucula verba, gratia & lumine spiritus sancti aecedente, longam & feruentem instituo- re orationem, meditationem vel contemplatio- nem, Domini mei exemplo possum, qui circa pauculorum verborum sensum plus quā a horæ spatio orauit, vti ex eo quod Petro dormienti a- it: *Non potuisti vna hora vigilare mecum?* colligere est. Ita & S. Frāciscus nocte totā hęc verba *Deus meus & omnia* identidē repetēdo, in spiritu eleuatus, traduxit.

IX

[E verbis quæ Dominus ait, & è reiterata discipulorum dormitantium compellatione discā primò, etsi spiritus promptus sit & feruens, nisi caro debilis & infirma ab oratione fulciatur, faciliē illā superari. Secundò, ita me orationi & mentis recollectioni studere debere, vt tamen officio meo, & ad quod ex conditione teneor, nō desim. Tertiò discam neminem acriter acerbēque reprehendere, præsertim dum è malitia non delinquit. Quartò, circa sensus meos, excubare debere, ne fortē negligentiz sopore obrutus in tentationem incidam: qui enim Deum deserit, hunc diabolus non deserit. Quintò recordabor hoc imprimis inter fidos Dei seruos & infidos discrimen esse, quod hi tempore tentationis animum abiiciant, se subducant, coepta virtutū deserāt exercitia, Iesum solū derelinquant, ipsum exspectare nesciant, in orando tædio deficiantur, peccati summo inuoluantur, & sine vlla resistentia tentationibus succumbant: at veri fidiq̃ue Dei famuli eo Deo arētius vniantur, quo
amplius

amplius grauiusque tentantur, preces ingeminent, corpus affligant, sacramenta frequentent, aliorum preces deposcant, diligentius excubent, non diffidant, in sui humiliatione confortentur, crucem portent nec onus sentiant; hinc uti eam ferunt, ita & ab eadem feruntur, & licet ipsa multò redderetur grauior, illi tamē vltro ei obuiam procedunt, idque Domini Iesu exemplo, qui inimicis suis obuiam prodiit.

X.

Dei filius tertiā vice maiori orauit instantia & feruore quam orarat hactenus, Patri in mentem reuocans, omnia illi esse possibilia, illique supplicans, ut à se passionis calix transfiret, & in omnes mundi populos effunderetur; credam quoque, illi tum me præsentem obuersatum & mei singulatim illum in precibus memoriam fecisse. Vnde statuam orationem meam deinceps cum oratione, quam tum quidem Dominus fecit, coniungere, eamque in eius orationem transfusam illique ita vnitam, Dei Patri offerre.

XI.

Quā verò necessaria mūdo Iesu Christi passio erat, cū filio suo respondere noluerit Pater, petēti ut si fieri posset, passionis à se calix trāsfiret? Quod ad ipsū amādū nobis etiā nobis esse stimulus debet, cū de bono ipse nostro ita & tā cōstāter sollicitus sit, ut filij sui id cōmodis præponat, & quidē pro hominibus in sancta eius volūtate cōplenda adeò refractariis & immorigeris.

XII.

Cū tertio Dñm; antequā ab Angelo cōsolationē accipiat, video quid est q̄ expostulē cū tā cito nō exaudior? Prima siquidē oratio radices dilatat; se
cunda.

cūda arboris producit trīcū, tertia ramos, quarta frondes, quinta flores, sexta fruct⁹, septima eos ad maturitatem perducit, octaua ori ingerit, nona digerit, decima succum inde ac substantiam elicit. Numquam ut quidquam, cum Deo agendo amittamus. Ceterum hic sciam oportet, dum Dominus minimè exauditur, id ipso ita disponente & volente fieri, vitam dum propriam bono ac salutis meæ postponit. XIII.

Angelus, qui visibiliter Domino meo se spectandum dedit, magna ipsum reuerentia & compassionem præferendo, est allocutus; rationes rei ob quam missus erat conuenientes proferens. Quales foret essent, morte illum sua Dei patris gloriam maximè promoturum; decretum hoc ab æterno ita esse constitutum, ac proinde irrevocabile & immutabile; ipsummet, qui eiusdem cū Patre esset voluntatis, in hoc ipsum assensum præbuisse, ita id fieri debere, quò mundi foret redemptio perfectior & consummatiō; restaurandas ac replendas sedes, quibus Angeli apostatæ iam olim exciderant; Prophetias esse complendas, calicem hunc breui transiturum, post labores resurrectionis gloriam, & æternam sacri corporis sui requiem secururam, tot eius sanguine nationes ac populos purgandos; nullā posthac damnatis & reprobatis excusationem fore; tenerius item illum amandum, exactius illi homines obtemperaturos, & diligentius æmulaturos. Hæc similiaque Gabriel Redemptori proponebat, qui non custodis, sed executoris & administratoris mysterij incarnationis partes hic agebat. Hunc porro summa cum humilitate Dominus loquentem audiebat, ostendēs, creaturarum

rarum sibi suarum adeò non displicere consolationem, vt etiam ratam gratamque haberet, etsi Angelo paraclete melius sciret intelligeretque, quæcumque ei ipsi suggerere poterat. Hinc summa animi demissione cuiuscumque demum solatio me discam submittere etsi minoris ipse me meriti foret. Cum certissimum sit, Deum sæpe per minimos consolari maximos. Simul & notabo, numquam afflictam animam à Deo deferi, quin aut visibilem illi Angelum, qualis hic ipse, aut inuisibilem id est inspirationem & consolationem interiorem submittat. Certissimū quippe est, nos ipsius magis esse, quàm nostri ipsorum & de nobis illum magis quàm nos ipsos laborare.

XIV.

Duas in utroque oculi angulo habemus glandes, quæ cum natura spongiosæ sint, humorem illum quem lacrymas dicimus, distillantem attrahunt; & hoc dupliciter potissimum fit, primò restrictione (velut qui spongiam exprimeret) deinde dilatatione, vt in animalibus fit, quando in pororum apertione sudorem emittunt: Restrictionem causatur dolor, dilatationem ingès gaudium, hinc utroque in affectu lacrymas effundi videmus. Idem & Domino Iesu hic accidit, dum sanguinem simul & aquam tam vberim effudit. Hinc namque tristitia & viua dolorosorum obiectorum apprehensio venas illi occludebant: illinc verò ardentissima charitas, zelus & amor, vasa dilatabant, porosque ea vehementia laxabant, vt hæmorrhœia & sanguinis inde profluuiū sequeretur, quale numquam vel visum vel auditum ab hominum legimus memoria: nam quantum è verbo Græco, quo D. Lucas vsus est, colligere

gere licet, erant guttæ crassiores vndiquaque de corpore eius prorumpentes, & in terram decurrentes: Caput quippe, facies, collum, pectus, stomachus, humeri, femora, ac tibiæ sudore permedebant, quæ æterrima illa inter rationem superiorem & imaginatiuam agonia eliciebat. Hinc discam generosè aduersus difficultates, timores terrores, & apprehensiones in via & exercitio virtutum occurrentes, decertare: alij paupertatem, alij sanitatis detrimentum, alij contemptum mudi, alij carnis rebellionem, alij Satanæ illusiones, alij molestiam mentis & melancholiam, alij sensuum mortificationem, aut alias similes dissimilesque amaritudines, quæ in virtutum exercitio & comparatione aut tedium afferunt, aut ab eodem deterrent, metunt. Sed amore Dei & zelo eius gloriæ acti est omnia superare, inferiorem partem superiori subiicere, & dare operam, vt omnis appetitus diuinæ voluntati submittantur.

XV.

Non immerito porrò B. Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus ait, dulcissimum Iesum cum omnibus sanctis passum iisque cõpassum, & præsertim Martyribus, quos sua causa sanguinem suum profusuros præuidebat. tum quippe spiritualiter lapidatus fuit cum Stephano cum Petro crucifixus, cum Andrea demêbratus, cum Bartholomæo excoriatus, cum Ignatio bestis obiectus, cum Laurentio tostus in craticula, cum Cinstathio tauro æneo candenti inclusus; Denique spiritu animoque pertulit, quæ deinde Martyres oēs corporaliter pertulerunt: in cuius rei testimonium & argumentum sanguinem effudit. Et quidē solus cum esset, & nihil ad manū quo

haberet quo sudorem abstergeret, neminemque qui consolaretur. Et si enim Angelus superueniret, venit is potius ut ad patiendum hortaretur. Nūquā ergo deinceps aliqua in tribulatione ero cōstitutus, quin Iesu Christi recorder, & in memoriā reuocē, quomodo iam tum mecum & pro me pateretur, quin attentē considerem ac ruminem dolorem illum, quem modò patior, ipsi præsensem fuisse, eumque iam à mille quinquingentis & amplius annis præsensisse. Atque ut ex tunc charitate mecum fuit, ita ipse imposterum tam in latis, quàm aduersis, inseparabili vnione in ipso & cum ipso esse volo, eique saltem oculorum, si nequeam sanguineum sudorem offerre.

COLLOQUIUM.

VNde fieri dicam, Iesu dulcissime, cœli terræque delictum, ut, cum toties tamque ardentem mortem desiderāris ut & ipsum calicem baptismum, pascha, & horam tuam appellares, modò, cum ipsa instet, tristitia te occupet, agoniā obruaris, tremas, paueas, madeas, & ex apprehensionis vehementiā eum quem effundere vereris sanguinem exsudes? Annē infirmus uti nos? mutabilis ac varius, nostri instar? nequaquā Domine. Actiones enim tuæ & passiōes nobilio rem longè causam habebant: at ostendere mihi volebas, verè te hominem esse, & te exceptis passiōibus, ad peccatum pertrahentibus eas quæ à peccato oriuntur, nostri causā assumpsisse. Adhuc EVANGELISTARVM tuorum vnus alio loco obseruat, te à teipso turbatum

tum & commotum fuisse, passionibus ipsas, præueni-
 endo, nunquam verò ab iisdem præuentum. Ita aliàs in teipso quoddam mortis desiderium ex
 ardentissimæ charitatis principio excitasti : iam
 verò è rationabilis formidinis principio, eiusdè
 in te apprehensionem formas. Quæ mihi formi-
 do sex documenta tradit, imprimis notabilia.
 Primò namque hinc discò, quàm vita tua pretio-
 sa fuerit, cum meritò eam tantopere amittere ve-
 rearis. Secundò, quàm feralis & terribilis sit
 mors, & quomodo ad eam nos præparare de-
 beamus. Tertio, quanta sit peccati grauitas &
 morbus, cum ad eum curandum persanandum-
 quæ tam potenti, & violento opus fuerit reme-
 dio. Quartò, quàm fuerit enormis & Iudæ per-
 fidia, & Iudæorum cæcitas, qui è tam insigni
 beneficiò nullum fructum, sed maiorem potius
 sibi condemnationem hauserunt. Quintò, quàm
 nobis sit oratio necèssaria, cùm eam ipse Apo-
 stolis consulueris, exercueris & reipsa ostèderis.
 Sextò denique, quàm honorabile & optabile sit
 lacrymari, orare, & crucem tecum portare, cum
 hoc è sit priuilegium, quod in omnium Prælatorum,
 Euangelistarum, Apostolorum & martyrum
 primum contulisti : Ergo per sanguinis tui, quem
 venæ compressæ & dilatatæ reddidère, merita te
 obsecro, ne quam tibi in posterum iniquitatibus
 meis molestiam afferam, sed ita quotidie vitam
 instituam, quasi quotidie eadem essem decessu-
 rus; mortem corporis mortis animæ intuitu ni-
 hili faciam; ac numquam ita perfidus & ingra-
 tus sim, tuis vt gratiis abutar; oratio mihi fa-
 miliaris sit, & in animæ intimæ tecum conuer-
 sationis donum persentiam, vt tuo confortatus
 exem-

exemplo, tuis documētis animatus, & gratia tua adiutus, ô magni consilij Angele, carnis, mundi, Satanz impugnationes generosè sustineam, & tecum aduersitatum assidue in hac lacrymarum valle ingruentium occurrentiumque torrentem pertransendo, tandem à monte Oliueti, ad montem Caluariæ, id est, à misericordia tua ad merita, & per veraque tandem ad montem Sion, qui cœlestis est Hierusalem, quæ communis omnium nostrum mater est, perueniam.

MEDITATIO IV.

DE PRODITIONE IVDÆ & IESV
Christi comprehensione.

PUNCTVM I.

Ecce, mox vt ab oratione Redēptor surrexit, tertium ad Apostolos se cōtulit, eosque expergefaciens, ait : *Dormite iam, si potestis, ecce qui me tradet prope est.* Tum scelestus Iudas cum cohorte militū, tribuno, aliisque magistratibus & senioribus, comitantib. lictoribus & ministris Pōtificum & Phariseorum quos secū duxerat, progressus est; quibus signum is dederat, dicens : *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum caute.* Proditor ergo ad Dominum accedens eum osculatus est, dicens : *Aue Rabbi.* Cui Dominus : *Amice ad quid venisti?* & rursus : *Iuda osculo filiū hominis tradis?* Mox verò militibus obuiam procedens, ait : *Quem queritis?* tum illi : *Iesum*

O

Nazare-

Nazarenum, quibus Iesus: *Ego sum*. Quo audito omnes retrorsum in terram prociderunt. Quos surgere Dominus sinens rursus quem quærent percontatur, illis ut antè respondentibus, ait Iesus: Ecce iam *Dixi vobis quia ego sum: si ergo me queritis, finite hos abire*

II.

Apostoli viso milites violentas in Dominum suum manus iniicere, petunt num ferire in gladio sibi liceat. Petrus verò non expectato Domini responso, seruire suo actus, dextram Malcho Pontificis seruo auriculam feriendo præscidit. Quibus Dominus ait: *Sinite usque huc: & indiscrētum Petri feruorem coarguens, notabilem hanc protulit sententiā: Mitte gladium tuum in vaginam omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt. & addit: Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? An putas quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modè plusquam duodecim legiones Angelorum? quomodo ergo implebuntur scriptura, quia sic oportet fieri? mox verò præcisam Malchi auriculam contingens loco suæ restituit.*

III.

Post secundum hoc miraculum (primum namque in turbarum ad terram prostratione factum fuerat) sacerdotibus, magistratibus & senioribus qui conuenerant, Dominus ait: *Tamquam ad latronem existis cum armis & fistibus, quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Potestate hæc facta, ecce turbæ in Dominum irruerunt, ut eum comprehenderent. Verisimile porrò est,*
magno

magno ipsos impetu illū in terrā cōiecisse, & vē-
trem & faciem illius incredibili quadam rabie
pedibus protriuisse; deinde fustibus illum à ter-
ra sustulisse, ligasse, vinxisse, & protraxisse, ma-
nibus pedibusque arctè colligatis, ac fune collo
iniecto, non secus ac victores capta præda exul-
tantes. Vndecim Apostoli visis iis quæ fiebant,
fugā sibi consuluere, & suum nequiter dominū
deferuere.

FRUCTVS I.

Qui vigilare, & in tentationibus superandis
vel modicum laborare refugiunt, post gra-
uiiores subire labores coguntur, & incessanter
fatigari, quando iam tentationi victi succubue-
re. Resistendo meritū sibi compararent, & ne-
gligendo ac cedendo demeritū sibi arcessunt: in
illo transit poena, in hoc voluptas, illi merces,
huic debetur supplicium.

II.

Extrema haud dubiè Iudæ fuit nequitia, qui ex
Apostolo lictorū & iuratissimorum Iesu Chri-
sti hostium factus est antesignanus, iis quid fa-
ciendum esset suggessit, ea quam cum magistro
habebat familiaritate, & loco, in quo orare so-
litus erat ad nequitiam abusus est, impura illi
labra sua obrulit, & de more illum est osculatus,
idque vt triginta denarios, quos opere peracto
& proditione iam executioni mandata illi datu-
ros se Pontifices sponponderant, lucraretur. Quā
hoc me ad iudicia Dei pertimescēda exstimulare
debet, ad eumque orandum ne me vñquam
deserat, ne mea me nequitia & ingratitude

extrema eò abripiat, vt è bono eliciam malum, ipsumque in ruinam meam conuertam & verissimum namque illud est axioma: *Corruptio optimi pessima.*

III.

Cum Dominum genas Iudæ, etsi hoc proditiōnis eius esse signum non ignoraret, offerentem video, cum illum Amici & proprio nomine cōpellari audio, ac, ne fortè hanc ipse benignitatem mansuetudinemque illius ignorantiaē ascriberet, molimen ac machinationem eius patefacit, dicens: *Iuda osculo filium hominis tradis?* Disco, nunquam esse charitatis viscera, etiam maxima accepta iniuria, deponenda, cum proximus nobis amandus, non modò quod noster sit frater, ad Dei imaginem vti nos creatus, eisdem sponsonibus redemptus (quæ conditiones nunquam mutantur) imperfectionibus eius esse compatiendum, easque illi magna dulcedine & spiritu suauitatis proponendas, idq; Redemptoris mei exemplo, qui magna charitate & amore Iudam ad resipiscentiā reducere satagebat, dum eius sibi intentiones notas esse manifestat; etsi ea scelesti huius fuerit obduratio, vt re iam peracta, & osculi signo dato, ad eos, quos secum ad proditiōnem peragendam deduxerat, redierit.

IV.

Vt præsentibus simul & absentibus iis qui comprehensioni suæ aderant, & omnibus post futuris sæculis notum faceret Dominus, se non ob culpam vllam suam, non infirmitatem, sed libera voluntate ad mortem properare, vt Deo Patri scilicet obediret, vtque charitatis suæ ardentissimæ extases patefaceret, cum iam com-

prehen-

prehenderetur, duo omnipotentiae diuinitatis suae signa voluit edere, duo patrando miracula, vnum ad iustitiae suae potestatem, alterum ad misericordiae suae magnitudinem declarandam. Primum, dum vel verbulo inimicos suos, simul & Iudam, ita in terram prosternit, vt nisi eos ipse surgere permisisset, numquam in pedes constitissent. Secundum, dum Malcho auriculam restituit, corporis vnà cum animae sanitatem reddens. Verisimile est namque ipsum hoc à Domino beneficio recepto, benefactoris sui simul & potentiam & bonitatem demiratum, in ipsum credidisse, & à scelestâ hac colluuië se subducendo domum concessisse, & irrogatas innocenti sanctoque huic viro iniurias deplorasse. Auris autem dextra fidei & veræ obedientiae donum designat. Ex horum miraculorum altero discam, nihil esse metuendum Christo præsente; ex altero, inimicis meis quomodocumque potuero, benefacere.

V.

Consideranda vis verbi; *Ego sum*. Vt enim ipsum summum affert bonis solatium, ita sceleratis id terribile est ac formidabile. Bonis siquidem ait, nolite timere, ego vester sum Pater, frater, sponsus, dux, magister, protector, redemptor, sanctificator, ac beatificator. Impiis verò: Ego vester sum Iudex, testis, actor; qui amicus esse solebam, iam iuratissimus & maximus vobis sum inimicus, qui antè benignus Redemptor, modò seuerus & implacabilis sum dominator. Ego sum quem olim vilipendistis, vendidistis, prodidistis, & abominâdis peccatis vestris ad mortem rapuistis; ego sum qui tot annis in

O 3

peccatis

peccatis & iniquitatibus vestris dissimulaui cō-
 niuendo: ego sum, cuius visitationes, minas, in-
 spirationes, beneficia, & promissa contempsistis:
 ego sum, quem toto vitæ tempore oppugnastis:
 ego sum, cui nullum ad quiescendum dedistis
 momentum assiduè me cogitatione, verbo, & o-
 pere, omissione & commissione, actionibus
 vestris simul & passionibus, & intentionibus,
 manè non minus quàm vesperì, noctu & inter-
 diu, in vita & in morte offendendo: ego sum, qui
 tot vos annis longanimitatis vterogestauì, qui-
 què modò vt parturiens clamorem vocemquè
 intendo. Quam horrendum erit tonitru illud
 audire: *Ego sum* ore Dei viuentis pronuntia-
 tum!

VI.

E verbis hisce: *Conuerte gladium tuum in vagi-
 nam: omnes enim qui acceperint gladium gladio
 peribunt*, infero qui quemquam vindictæ desi-
 derio interficit, morte dignum esse, item san-
 guinis nos inimicos esse debere, contentiones
 tollendas, duella & vindictam detestanda, nō
 nisi cum auctoritate eius qui dandi gladij pote-
 statem habet, eum exerendum. Ecclesiasticos ve-
 rò recordari debere, arma sua (vt monet Apo-
 stolus) non carnalia esse, sed spiritualia.

VII.

Dicens verò Dominus : *Calicem quem dedit
 mihi Pater, non vis vt bibam illum?* ostendit, quo
 passionem suam oculo intueretur, non eam, qua-
 si quæ sibi ab inimicis inferretur, sed velut à Pa-
 tris sui voluntate procedentem respiciendo, quā
 ipse voluntatē ita implere satagebat, vt ægrè fer-
 ret, si quis sibi in hoc impedimento foret. Eodem
 ergo

ergo oculo respicere omnes qui mihi acciderint labores & molestias volo, & si quam in parte inferiori repugnantiam sensero, cogitationi meæ dicam : *Calicem quem dedit mihi Pater, cur non vis ut bibam illum?*

VIII.

Cum dicit: *Si rogarem Patrem meum, exhiberet mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum*, suggerit mihi, gratias ipsi ut agam, quòd magis respiceret quòd eius nos morte opus habebamus, quàm propriæ quieti & commodis intenderet. Ostendit item, quantæ sit oratio certa cum fiducia in Deum facta efficaciz, & meritò dixisse Elisæum ad Giezi : *Plures pro nobis quàm contra nos sunt*. Disco rursus, cum beneplacitum Dei mihi notum fuerit, nihil contrarium intendere, imò ne quidem in precibus id efflagitare. Unica quippe voluptas mea sit oportet, diuinæ voluntati eius complacere & satisfacere.

IX.

Christus in Malchum lenis & benignus, in se verò asper & immitis fuit. Quis hunc mihi spiritum donet? Certum quidem est, exuere non posse nos duas illas facultates naturales, irascibilem scilicet & concupiscibilem, atque ut tellus inculta lolium ac sentes producit, ita animas nostras non nisi imperfectiones & proprii amoris effectus, nisi continuè virtutum exercitio subigantur & colantur. Dabo ergo operam, ut mei ipsius odium sit irascibilis partis meæ obiectum, & gloriæ diuinæ simul & proximi salutis amori ipsa concupiscibilis inhiæt.

Excutiam illa verba: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*: hæc enim est potestas, quam inimicis suis visibilibus simul & inuisibilibus cōcessit, non quidem ita limitatam, vitam saltem sibi ut relinquerent, uti Iob dedit; sed plena cū facultate eius sibi vi tormentorum auferendæ, idque, ut meam conseruaret suam prodigendo, Quæ me consideratio ad infinitam animi gratitudinem obligat. Eisdem è verbis & hunc fructum colligam, ut cum peccatum dominari & plenis habēis ferri videro intra meipsum, è profundo cordis suspirans dicam. Hæc hora vestra est, miselli mundani, & potestas tenebrarum: & tantum abest ut ad eadem sequenda me inuitetis, ut potius ad ipsa detestanda, & ad compatiendum iis, qui se iisdem inebriari sinunt, exstimulem. Suum diabolus tempus habet, suam mundus horam durante mortali hac vita, suam & Iesus durante æternitate, & verò vita hæc nostra futuræ comparata, nonnisi vnica est hora, imo momento breuior. Ah momentum vnde ipsa dependet æternitas!

XI.

Nisi funiculis Adam & catenis caritatis vincitas Dominus manus habuisset, funes & ligacula, quibus vincitus erat, Samson facilius minutatim confregisset, sed per Psalmographum prædixerat ipse: *Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus*: legem amoris, legem obedientiæ, legem compassionis. Equidē in feruenti tentationum conflictu ad Dominum dicam & clamabo: *Funes peccatorū circumplexi sunt me*: maligni dæmonis suggestiones & iniquitatis

quitatis funes me circumstant ; verumtamen mandata tua non obliuiscar, & gratia tua concedente, mille potius corporis mortes perferam, quàm vel vnam animæ.

XII.

Pedes, quos venerabiles filij Dei manus ablu-
erant, in fugam se dedêre; quæ corpore & san-
guine Christi Iesu confortata erant corda, ro-
bur suum amisere ; oculi qui tot conspexerant
miracula, cecutientes & caligantes nihil penitus
viderunt; aures tot instructionibus imbutæ, tot
prædictionibus impletæ, verborum cœlestium
& diuinorum documentorum sonum sensumque
perdidere. Dicamne igitur, in homine quemquã
posse confidere? Domine quid est homo? cur eũ
adeo extollis, & dignum ducis cum re adeo vili
& indigna intrare in iudicium? Quis nostrum,
vel quis demum mortalium sibi non in hora tẽ-
stationis metuat Apostolorum videns fugam.

XIII.

Sẽper ergo fragilitati nostræ metuamus, num-
quã Christũ confiteri erubescamus, eiusq; causã
quacumq; oblata occasione, tueri & defendere,
denique illi ad mortem vsque fideles esse. Cogi-
temus etiam quod quò quis virtuti addictior,
doctior, ditior, potentior, eminentior, & verbo
ut dicam, quò anima plus Deo debet, eò grauior
eius est lapsus, culpa scandalosior, passio incu-
rabilior, & perfidia detestabilior.

XIV.

Certa sunt tempora & horæ, quibus maior no-
cendi, & homines tentandi dæmoni potestas
est, & quamuis hæcce momenta ut plurimum in
diuinæ iustitiæ balance abscondita sint; dicendũ

O

tamen

tamen id euenire plerumque, cū passim ac palam peccatum dominatur, & iniquitas (vt de Amorrhæorum iniquitate sacra memorat historia) ad summum peruenit. Tali tempore ac præsertim hæreseos, famuli Dei super seipsos solitò magis excubare debent, ne ab ira Dei subito, & communi ruinæ inuoluantur.

COLLOQVIUM.

QUIS similem adeoq; intolerabilem vñquā Ingratitudinem vidit? vt scilicet Discipulus, oconomus & Apostolus Iesu suum proderet magistrum, dominum ac Patrem? quis talem sibi vñquam persuasit auaritiā, vt triginta denarijs cœli terræque thesaurus venderetur? Quis de simili vñquam cæcitate inaudiuit, vt morti traderetur vitæ auctor, conseruator & reparator? Quis credidisset fore, vt post tot tantaque miracula, tot documenta, tot virtutum exempla, tot beneficia, tot inspirationes, & præsertim post Sacramenti diuini participationem, tam grauis tamque horribilis tentatio animam ratione præditam occuparet? ô perfidiam detestabilem, ô auaritiā execrabilem, ô sacrilegium abominabile! Numquam potius maledicta pecunia in mundo fuisset, vtinam numquam terre visceribus eruta, quàm vt tam effrenis passionis esca & illicitum fores! Diuina te prouidentia nostris pedibus subiecerat, vt & tantum ipsa nostris affectibus subiaceres. Et ecce, ô sceleratum metallum, non nos te capitibus modò nostris superimponimus, sed & Apostolus cœli terræ-

terraeque monarchæ te anteponit. Quid non passio? quid non tentatio? quid non affectus potest inordinatus? O Iesu dulcissime, per eam ipsam quæ te vt genas tuas perfidi huius labijs offerres, impulit, oro te & obsecro bonitatem, vt tuo mihi exemplo aduersus superbiam donum des humilitatis, contra iram mansuetudinis, charitatis contra inuidiam, liberalitatis aduersus auaritiam, & auri argenti contemptum aduersus diuitiarum appetentiam & amorem. Quod verò omnes, qui indignè ad sacram mentem tuam accedunt perfidum hunc osculandi modum Iudæq; perfidiam renouent, ne permittas, obsecro, hanc ne vnquam nisi debite dispositus, & eis qualitatibus ac dotibus, quas ceteri Apostoli habebant, ornatus accedam & inprimis vestem illam nuptialem, charitatem inquâ, indutus. Quoniam verò idem habitus, qui te super omnia, & omnia in te diligenda debet impellere, nos inuitat, quin imò compellit, vt & proximum diligamus, quàm possum humillimè, à te, per eam ipsam bonitatem, quæ te ad summi sacerdotis seruum curandum impulit peto, vt omnem è cordibus nostris vindictæ spiritum extinguere & euellere, contentiones sopire, & duella sedare digneris: vel vt, si nobis pugnandum sit, contra peccatum, & prauos habitus nostros configamus, & hoc duello & certamine nec læsi, nec prostrati egrediamur. Latronis instar, IESU dulcissime, vinctus es & comprehensus, atq; vt talis à militibus ethnicis tractatus & raptatus. Quàm verò procul à bono aberas inuadendo

Isai. 8. 3.

dendo alieno, cū tuum tam liberaliter prodegeris. Si autem latrocinium & rapina sit corda & animas suffurari, eaque à Satanæ tyrannide vindicare, nā tu ille es latro, cui Isaias nomen esse ait *festina pradari, accelera spolia detrahere*. Ah nulla, cui cor furripis, irrogatur iniuria, quin singularis poti⁹ gratia: nō est hoc reprehensione dignum, quin æternam poti⁹ promeretur laudem. Cor ergo meum hoc modo depradare, & furripe Domine, in neminem iniurius eris: nam & ipsum tuum est, & in hoc possessoris voluntati nullatenus contraibis, ita namque id ipse fieri vult.

MEDITATIO V.

DE IIS QUAE REDEMPTOR A COM-
prehensione adysque in Anna domum dedu-
ctionem, & deinde in domo Caipha
pertulit.

PUNCTVM I.

IESVM iam vinctum, tribunus cohortis & ministri Iudæorum primū in domum Annæ deduxerunt, qui erat socer summi Pontificis Caiphæ. Ut verò credibile est, toto illum itinere malè habuere; hi illum funibus quibus vinctus erat, trahebant, alij pedibus illum propellebant, alij fustibus protrudebant, ut properaret, cogentes pene ut curreret, sæpè cespitans & in genua concidens, uti solent qui propelluntur, seque

seque ipsos iuuare nequeunt. Atq; hoc potissimum in torrente Cedron pertranscundo, dum saxa illum in aquis ad transitum collocata, ad gradum tutò figendum seligere festinantes non patiuntur. Urbem ingredientibus magna subito opificum, puerorum & adolescentum multitudo confluit, quę insolitis illum clamoribus & sanis excepit. Vt in publicum aliquem patentemq; venēre locum, quidam ministri orum sublata voce quam tenerent prædam palam indicauit.

II.

Pontifex ad quem deductus fuit I E S V S in eius doctrinam & discipulos inquit. Cui Dominus: *Ego palam locutus sum mundo ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Iudaei conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. quid me interrogas? interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt, quae dixerim ego:* Tum quidam adstantium ministrorum alapam Domino infregit, dicens: *Sic respondes Pontifici?* Respondet Dominus: *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, quid me cadu?*

III.

Annas Iesum ita vinctum misit ad Caipham Pontificem. Notandum porro hic, summum sacerdotium, quod olim perpetuum erat, & non nisi moriente Pontifice ad alium deuolvebatur, Iudeorum avaritia & ambitione, venale & annuale factum fuisse. hæc forsan vna è conditionibus fuit, quibus Annas Caiphæ socer factus erat. Ad hæc notemus hic oportet, Spiritum sanctum
nun-

numquam penitus cathedram Moſis deſeruiſſe, teſtatur hoc Ioannes, dum ſcribit Caiſam prophetasſe, *ed quòd Pontifex eſſet annuſillius.*

FRUCTVS I.

Non tantũ ab inimicis Dominũ vrgebatur & incitabatur, quantũ à charitate, quæ illos ſinebat agere; Chriſtum verò faciebat pati. Hinc diſco, duo in Redemptoris mei doloribus & afflictionibus diſtinguere, actionem ſcilicet & paſſionem: illa Deo diſplicebat, hæc gratiſſima erat; illa permiſſa à Deo Patre, hæc ira conſtituta ac decreta; illa ipſum offendeſſe, hæc honorabat; illa Iudæos condemnabat, hæc eoſdẽ redimebat; illa crucem filij Dei reddebat infamem & ignominioſam, hæc glorioſam & illuſtrem.

II.

Qui mundi intueri vult inconstantiam & honorum vanitatem, hũc Domini in urbem ingreſſum cum illo quem quinque ante diebus fecerat, conferat. In hoc magno cum honore illi itum eſt obuiam, in illo ſumma cum ignominia: in hoc palmas populus geſtabat in ſignum victorię, in illo ſatellites & miniſtri armis ſublatis incedunt de illo quodammodo triumphantes; in hoc comuni populi voce illi acclamatum eſt: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, in illo clamat: ad latronem concurrite: in illo veſtes per viam ſternebantur per quas aſina, cui infidebat, incederet, in hoc veſtes eius trahuntur, lacerantur, & pedes ipſe incedere cogitur:

munda

*Munde fallax & immunde,
 Immundities funde
 Sine Deo sine lege,
 Sine fide sine Rege,
 Nihil mihi posthac tecum,
 Nihil tibi posthac mecum:
 Hinc te voco in certamen,
 Sine vlla spe pacis tamen.*

III.

Magnos hinc ad humilis Iesu Christi gloriam & exaltationem eliciam affectus, cum illum ut reum & maleficum in medio seniorum, scribarum, & legisperitorum, qui in domo Annæ conuenerant, constitutum contemplor; ab alijs interrogatum, ab alijs examinatum, ab omnibus verò ludibrio habitum. O mutationem admirabilem! Aetatis annum duodecimum cum ageret, inter Doctores confedit, eos summa omnium cum admiratione audiens & interrogans: & modò in ætatis plenitudine inter eosdem stat, audiens & ad postulata eorum, à quibus subfannabatur, respondens. Cur id ita dulcissime IESU fecisti, semel cum sanctissima matre tua, & modò tecum ipse? primum quidem, quantum colligere queo, propter Patrem tuum, & ad eius gloriam manifestandam; alterum propter me, utque tuam mihi charitatem patefaceres.

IV.

Cogitabo Dominum, etsi iam captus & humiliatus esset, hoc tamen in concilio nihil penitus timuisse, sed insignem securitatem & animi libertatem, quæ est vitæ sanctimoniam, & doctrinæ veritate præcedebat præ se tulisse. Atque hoc in primis

primis imitari studebo, numquam ut interiorē mentis libertatem, quacumque demum occupatione & negotio superueniente, amittam. Sit porro hæc libertas in eo potissimum, ut quis cū Deo vnitus sit, & magnam cum eo familiaritatem contraxerit. Talis quoque doctrina nostra sit oportet, lapidem lydium & examen ut non subterfugiat, sed in publicum prodire audeat, & ora obturet eam carpere volentium. Quod ut fiat, cauenda diligenter omnis iudicij præoccupatio, & omnis propriæ opinionis singularitas.

V.

Discipulorum suorum fidelitatem laudare cū non posset Dominus, ipsorum tamen fragilitatem, ingratitude, nedum perfidiam sugillare aut taxare noluit, sed tacere maluit: ut hinc discamus, si bona de proximo loqui non possimus, mala saltem taceamus. Intererat his Iudas, ut sit verosimile, prodicionis suæ stipendium expectans; benignissimus tamen Iesus in ipsum non insurrexit acerbior, nullumque eius præiudicio verbum est locutus; conatus semper illum ad mentem reuocare, inque sanguinis quem vendiderat virtute saluare. Qui, quid sit charitas & mansuetudo nescit, hanc obsecro videat.

VI.

Notandę quoque sunt circumstantiæ colaphi, quem in Annæ domo Redemptor accepit. Prima est, quod à ministro inflictus sit, ut ita domini gratiam captaret, dum genas percutit eius, qui
vniuersi

uniuersi totius est Dominus, & circumstantibus omnibus placere gessit, quos illi applausisse cachinnando sit verosimile. Secundo, quod coram primatibus inflicto; scit porro quislibet, a lapā publice honorabili & magni nominis viro, qualis Redemptor erat, in pactam ignominiam summam inuoluere. Tertio, quod à temerario iudicio ipsa procederet, & tale itē alijs imprimeret, quasi non ad rem & malè respondendo, iniurius in Pontificē Redemptor exstitisset. Quarto, hæc iniuria velut viā strauit, qua deinde alij huius exemplo, quod corde fouebant virūs & inuidiam, in Dei filium eructarent. Colaphizator porro hic adeo apud suos pœnas minimè luit, vt etiam ab omnibus sit laudatus. Te autem fili Dei viui, splendor gloriæ Patris, & figura substantiæ eius oro, vt, quæ in sacro vultu tuo tam abominandæ dextræ signa notasque sustinuit virtus, patientia inquam, mihi sit in posterum familiaris, & socia inseparabilis.

VII.

Vxor Loth, mox vt retrorsum contra Angeli deducentis mandatum respexit, in statuam salis conuersa est. Aperta est terra, quæ Core, Dathan, & Abironē aduersus Mosē insurgentes deglutiret; Maria soror eius simile ob delictum lepra fuit percussa; Oza, quod humero labantem arcā sustinere temerè præsumpisset, morte repentina demoritur. Ieroboami manus, dum prophetam comprehendere vult, subito exaruit. ignis coelo in pentacontarchos & cohortes ipsorum delabitur, quod ad Eliā comprehendendum abirent. Quadraginta paruulos dilacerarunt duo vrsi, quod Elifæ insultarent, & ecce scelestus hic

P

scurra

scurra filio Dei colaphum impingit & impunè habet. Melitenses videntes viperam à digito Pauli dependentem, illum veneno mox inflandum & enecandum putabant; quis non credidisset hoc Satanæ instrumentum ilico aut fulmine cœlesti afflandum, aut à terra viuum post tam nefarium ausum absorbendum? sed meminerimus oportet, hunc, qui cœditur, ipsum esse, qui olim nos docuit, vt vna in maxilla percussus, alteram offerremus potius, quàm vindictam deposcamus.

VIII.

Tria erant Hierosolymis tribunalia aut Concilia: vnum causis ciuilibus disceptandis, quod *triumuiratus*, aut *iudicij domus* dicebatur: alterum *paruum Sanedrin* vocabatur, viginti tribus constans iudicibus, qui in causas criminales inquirebant. Tertium erat *Synedrin* aut *Sanedrin magnum*, è septuaginta duobus conflatum assessoribus aut senatoribus, ad quos de rebus sacris, religione, sacerdotio, statu, pace verò aut falso Propheta iudicium & disceptatio pertinebat. Ad hoc Concilium, in summi Pontificis domo collectum, Redemptor deductus fuit. Notat Euangelista vindictum eum ab Anna eò missum esse, vt hic ostenderet, credere se ipsum commissi alicuius criminis reum esse. Credibile porro est ipsum in secunda hac deductione per mediam urbem deductum fuisse, & omnium vndiquaque ad ipsū videndum accurrentium clamoribus & ludibrio exceptum, crescente assiduè multitudine, donec ad Caiphæ domum peruenisset: vbi denud examinatus, interrogatus, accusatus, & tandem condemnatus fuit.

COLLO-

COLLOQVIVM.

Aliquāne me tentatio, Deus meus, à te sepe-
 rēderine queat me honoris, voluptatis, aut cō-
 modi alicuius intuitu tui obliuiscitane sūm per-
 fidus, fidem datam tibi ac iuratam vt violem, pro-
 missa toties iterata frangam, & inimicis tuis tra-
 dam, quod tālibus totque nominibus acquisitum
 est? Si iis quæ modò in me sentio crederem, di-
 cerem quòd non pernegarem, meque impecca-
 bilē esse gloriarer: at meam dum fragilitatem ad
 mentem reuoco, cum Apostolorum tuorum in-
 firmitatem contemplor, cum tot stellarum, quæ
 in firmamento fixæ videbantur, casum ac ruinam
 considero, totus contremisco, verba loqui volen-
 tem deficiunt, & aliud quòd faciam nescio, quā
 ex totis tibi viribus supplicare, vt voluntatem
 hanc, quam habeo modò, mihi conserues, mel-
 lies scilicet vt mori malim, quàm te deserere,
 aut mortali aliqua culpa offendere. Gratia tua
 præueniens affectus huius mei principium est,
 effectum, si tibi videbitur, producet concomi-
 tans & subsequens. Quinimo si honores, di-
 gnitates, munia, bona, sanitas, quin & vita ipsa
 cum amore tuo nequeunt consistere, iis omnib. ex
 totis consensus mei viribus & plenitudine renū-
 tio, Deus meus, ipsa repudio, tibi offero, maiesta-
 tiq; tuæ supplex in sacrificium repræsentō; cum
 nefas sit donum datori, creaturā creatori, quòd
 ipse sum, ei q̃ ipse es, præferri. Quòd verò tene-
 bræ interdū aded spissæ sint, tērationes aded ve-
 hemētes, occasiones aded violētæ; vt impossibi-
 le videatur iis me posse resistere, tā importunos

tolle casus, vnice animarum mearum dilectæ, aut obiecti vires minue, aut adde econtrâ subiecto robur. Malignos dæmones impedi, ne me aggrediantur, neu principes illos tenebrarum, in fictile ac luteum vas vires suas ac potentiam exercere fiant, nisi eodem tempore S. Michaelem aut aliū quempiam militiæ tuæ principem ad auxiliandū mihi submittas, qui me tam potenter defendat, quàm sum importunè & violenter à communibus aduersariis nostris impetitus! Quàm est ætas, in qua viuimus, metuenda! quàm mundus hic noſter peruerſus & sæculum corruptum! quàm vita huius cursus periculofus, & fors noſtra quid dubia & anceps! Hæresis ſiquidem, infidelitas, atheiſmus, iniquitas paſſim dominantur, peccati virtutis locum occupat, ipſum colitur, æſtimatur, & adoratur. Quis porro à tot noſt. laqueis, quibus terræ ſuperficiēs cooperta eſt, liberet, niſi tu vnice animarum noſtrarum reparator, qui capi comprehendique voluiſti, ne ipſi incauti caperemur, ligari, nos vt diſſolueres, captiuos abduci, nos vt in libertatem aſſereres, accuſari, nos vt excuſares; Anna & Caiapha ſiſti, nos vt coram Deo Patre tuo liſteres, cum vnâ cum ſancto Spiritu, ac ſimul tibi gloria, gratiarum actio, & dilectio ſit in ſæculorum immortalitate.

MEDIA

MEDITATIO VI.

DE TRINA PETRI NEGATIONE,

*deque usque in domo Caipha**Dominus percussit.*

PUNCTVM I.

Quibus, pastore iam capto & percusso dispersis, Petrus Dominum sequebatur, sed à longè: aderat illi & alius discipulus, qui quod notus esset Pontifici, in eius aulam ingressus est. Petrus cum huius velut umbra, eodem venisset, ministris se domesticis ad ignem sedentibus, eò quod frigidum esset, immiscuit. Accurrit muliercula Pontificis ancilla & ostiaria, quæ Petrum curiosius intusta, eumque è discipulis Christi esse agnoscens, ministris ait: *Et hæc cum Iesu erat.* & ad Petrum conuersa: *Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Verè tu cum Iesu Nazareno eras.* Cui Petrus, Discipulus eius non sum, virum non cognosco; nescio quid dicis. Paulò post videns etquid in discrimine versaretur, statim elanculò ad ianuam se subduxit, actum galus primò cantauit. Ita verò turbatus erat Petrus, ut ad cætum galis nò reflecteret, sed statim redierit ad ministros se calefacientes, qui dixerunt: *Annon tu ex discipulis es hominis istius?* Quorum vnus affirmant, verè ac proculdubio ipsum è discipulis vnum esse. Tum Petrus iuramento negant, se hominem nosse. vix elapsa, e-

rat hora, & ecce tertio instantes eum è discipulis illius esse aiunt, certissimis id è signis colligentes, dixit enim non nemo visum illum in hortu, alius Galilæum esse, quod è lingua & loquendi colligeretur. Rursum Petrus negavit, & anathematizauit, dirasq; sibi est imprecatus, si hominem nosset. Tum secundo cantauit gallus, ac Petrus Dominus respexit, qui recordatus verbi Iesu, illi prædixerat, egressus est foras, & fleuit amare.

II.

Tum Pontifex vnà cum Seniorum concilio fallum aliquod testimonium aduersus Iesum quærebant, vt eum morti traderent, & non poterant inuenire, etsi plurimi falsi testes surrexissent; inter alios surrexit qui dicentem audiuisset se diceret: *Possum destruere templum Dei, & in tri-duo reedificare illud.* Non tamen erat conueniens testimonium eorum, nec sufficiens. Hinc Iesus nec ad hoc, nec ad alia respondit. Cuius infracti silentium demiratus Caiphas, ait: *Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei.* Cui Iesus: *Tu dixisti, quia ego sum. Verum tamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli.* Ad hoc responsum vestem scindit Pontifex dicens: *Blasphemauit, quid vobis videtur?* Tū vnanimi oēs eum voce sententiæq; dignū morte iudicarūt.

III.

Hac in illum sententia pronuntiata, sufficienter exprimi nequeat, quo Dominus à ministris habitus fuerit modo; ad quinque tamen iniuriæ genera referri eius ludibria & tormenta quæunt. Primo, in faciem illius conspuerunt, quod vile & abiectum tormentum fuit, Iudeis, *facis faciens,*

DE TRINA PETRI NEGATIONE 231
 quens, & atrocis iniuriæ habitum loco: quodd
 verò plurimi certatim ipsum conspuerent, sacra
 Iesu Christi facies putrescentibus sputis oppleta
 & foedata penitus fuit. Secundò, oculos illi ve-
 larunt, quo commodius caderent, & velut ludi-
 briorum scopum constituerent, ne detectæ fa-
 ciei gravitate ac maiestate visâ mitescerent &
 retinerentur. Verisimile porro est, velum aut
 fasciam, qua illum texere, veterem quemdam
 foetidumque panniculum fuisse, quo contempti-
 bilior & abiectior videretur. Tertiò, manibus
 illum percusserunt idq; dupliciter, primò palmas
 illi impingentes, deinde pugnis oculos, nasum,
 caput, pectus, humeros eius incredibili quadam
 furia, quam dæmon succendebat, contundentes.
 Quartò, barbam illi & crines euulserunt. Etsi e-
 nim huius rei Euangelistæ non meminerint, id
 tamen per Isaiam prædixerat Dominus; certum
 porro est ipsum, adimpletū fuisse. Quintò, contu-
 meliosis eū & infamibus inter tundenndū, & co-
 laphizandum verbis impetuere, exempli causa,
 dicendo: *Prophetiza nobis quia es qui te percussis?*
 Quasi dicerent: cum Christū, & pinde magnum
 prophetā esse te vendites, diuina, & conijce, quis
 hac alapa te cadat? patefaciētes hoc pacto, ut fal-
 sariū se & supposititiū prophetam illum habere.
 Tradit Lucas & alias in eum blasphemias ipso
 protulisse, quas nobis ipse cogitādas relinquit; qua-
 les ex sunt, quæ alibi in Euangelio leguntur; Sa-
 maritanum, dæmoniacum, gulonē, vni potatorē,
 amicū publicanorum, sabbati violatorem, se-
 ductorem, præstigiatorē, blasphemum, vocitan-
 tes, similibusq; conuitijs onerantes. Adeò ut, si-
 cut Jeremias id prædixerat, improprijs satura-

tus & opprobriis repletus fuerit, paratus nihilominus enormiora etiam, ad maiorem Dei Patris gloriam nostramque salutem, perferre. Et sanè longè grauiora reliqua illum nocte pertulisse, sit probabile. Pontifices enim & sacerdotes cum se ad quietem nocturnam contulissent, Dominus arctè vinctus in atrio Pontificis cum cohorte militari mansit; aderant hic item serui domestici & ministri, qui quinque illis supra memoratis iniuriis, & aliis, quas Satanas, ad vindictam, de viro omnium, quos in mundo viderat virtutis studiosissimo, innocentissimoque sumendam, eiusque si fieri posset, constantiam prosterndam, suggerebat, tota illum nocte, certatum ad tempus fallendum onerarunt & diuexarunt. His dormitum abeuntibus, alij noui succedebant, nulla illi ad respirandum, aut quiescendum concessa mora, verè adimplentes quod Dauid olim prædixerat: *Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.*

FRUCTVS I.

Observabo hic quibus ad negandum Dominum D. Petrus gradibus descenderit; eiusmodi ut gressus & gradus ad mortem tendentes & conducentes euntem. Primus fuit in pietate tepor quem timor suggessit: affectus quippe illum ad sequendum animabat, mundi apprehensio in causa erat, cur frigeret; adeo ut à longè sequeretur eum quem cominus & proximè intueri oportebat. Secundus fuit, quod Redemptoris verborum & prædictionis oblitus fuerit, quasi nunquam eum loquentem audiuiisset.

TERTIUS, prauum fodalitium: nisi enim

Scolasticus

DE TRINA PETRI NEGATIONE 233
ſceleftis hiſcè ſe adiunxiſſet, hoc ſe in diſcrimen
minimè conieciffet. Hinc tria firma concipiam
propoſita: primò, nihil vt ſublime aut altum de
me præſumam, iuxta monitum illud Collegæ
Petri, dicentis: *qui ſtat, videat ne cadat*. Deinde,
vt propè & cominus, id eſt fideliter & feruenter,
Dominum ſequar, eò quòd eius quem negligenter
vt de lohge ſequimur, veſtigijſ inſiſtere difficile ſit.
Tertiò, vt labendi ceſpitandique occaſiones,
& conſequenter prauorum fugiam
confortia, memor ſententiæ illius Salomonice,
qui amat periculum, peribit in eo. S. Ioannes Eccl. 3. 27.
autem, cuius opera Petrus in atrium Pontificis
ingreſſus erat, Dominum non negauit, vel quòd
non fuerit rogatus, vel quòd ſpecialis Dei gratia
illum præſeruari: vel denique quòd occultè &
in animo, vt Petrus, alta de ſe ac ſublimia non
præſumeret.

II.

Notanda inprimis dæmonis verſutia, quòd
primò Petrum per ſceminam oppugnari, nò ſe-
cus ac primum parentem Adamum Eæ ſugge-
ſtione adortus eſt. Grauiſſima namque & pe-
riculoſiſſima tela hac à machina vibrari ſolent.
Non ſumus enim ſaxeï, marmoreï, ænei, ſed fra-
giles, ac lutei: metuamus ergo nobis, & tenta-
tiones formidemus, quæ non niſi fugiendo ſupe-
rantur.

III.

Quàm porro noxia eſt infamiæ formido! quā
vbi ſemel ſatanas animo cuiuſpiam impreſſerit,
nihil eſt quod non expugnet. Hæc namque via &

machina efficit, virtus vt eontemnatur, vitium verò & peccatum suspiciatur & colatur. Evidenter id probat detestanda & infamis illa duellorum consuetudo : cùm enim inordinata mundi lex honorem situm in eo persuaferit, in quo reuera situs non est, facultates, corpus, anima, prodiguntur & profunduntur, nullo Dei diuinorumque mandatorum intuitu. Regum quoque in Concilio sæpè fieri videmus, vt sententiam quis suam contra scientiæ & conscientiæ præscriptum ferat, ne fortè minus sciens, habilis, prudens, intelligens, sapiens, cautus, aut rerum peritus habeatur. Ceterùm in animam hanc aut infamiæ aut mortis apprehensionem Petrum ruerè Dominus permisit, vt illius magis in ferendo patientiam, nostram in peccando fragilitatem, suam in conuertendis peccatoribus gratiam ostenderet.

IV.

Peccatum, cuius ilico nos non poenitet, non modò aliud minus attrahit, verùm etiam ad maius inuitat, semper ad deteriora prolabendo; vt D. Petro factum cernimus, qui primò non nisi simpliciter Redemptorem negauit; secundò cum iuramento, ac tertio, anathematizans ac detestans. Atque hoc modo intelligere oportet, expetiuisse Satanam, vt eum cribraret, cum, si quando facere commodè potest, firmamenti stellas còuellere, cedros Libanis prostertere, & fortissimos quosque adoriri, & nisi profundas in humilitate radices egerunt, à summo perfectionis culmine deicere soleat.

V. In

In Petri conuerfione notabo, non galli illum cantu, fed folò Chrifii intuitu delicti in agnitionem veniffe. & confequenter filij Dei charitatem demirabor, de difcipulo fuo, medijs in laboribus & anguftijs dum verfatur, folliciti, nec permittentis, diutius vt in mortifero ftatu agat. Notabo item amaras poenitentis huius Apoftoli lacrymas, quas profudit, non tam quòd à magiftro fuo corripì vereretur, quàm ex ardenti quo eum profequebatur amore, quemque benignus oculorum eius influxus eius in pectore accenderat. In mentem quippe reuocans fpeciales quos ab eo acceperat fauores, & fuam in illo, eo præfertim tempore & occasione, negando ingritudinem, oculi eius in geminum lacrymarum fontem conuerfi funt, illud Ieremiæ in animo fuo perſentifcens, quàm amarum fit dereliquiffe Deum fuum, & Dominum negaſſe. Omnem maris falſuginem & amaritudinem cordi fuo optaſſet, & oculis ſuis fontes lacrymarum æternos, fuam vt noctu & interdium perfidiam deploraret. Hanc ob cauſam, vt S. Clemens ſcripto prodidit, genas habuit canalium in morem, ob aſſiduè defluentes oculis lacrymas, excauatas: maxime verò cum canentes audiret gallos, quin fanè ilico apud milites dicta repetiſſet, & in mortem ſe ultro dediſſet, niſi ad Eccleſiæ regimen, & ad illuſtriori morte dominum ſuum aliquando, non quidem Hieroſolymis, ſed in vrbe orbis principe & regina honorandum, diuina illum prouidentia reſeruaſſet.

VI. Quan-

VI.

Quando aut calumnijs proscindar, aut falsis criminibus onerabor, IESVM CHRISTVM viuorum simul & mortuorum iudicem, coram Caipha & falsis testibus, rei instar, in pedes consistentem, manus vinctum, nudo capite, vultu contuso, oculis liuidis & suffusis, corpore plane exhaurito, ob oculos proponam, audientem quoque quibus impetebatur calumnias, & hostes suos iuratis; mos in iudices habentem; tacentem nihilominus, nec se excusantem, aut defendentem, non testium auctoritatem dictaque eleuantem, non e suo ipsos testimonio conuincentem, non illorum falsitatem patefacientem; quod infinitæ eius sapientiæ factu facillimum fuisset. Idq; vt mihi silentij & patientiæ exemplum daret, inique defensionem DE O simili in occasione committendi, vbi scilicet excusatio aut inutilis foret aut noxia. Hæc quoque arcana est & gloriosissima de iniquitate triumphandi ratio, quando nimirum tacemus, illa nos loqui volente, vt habeat quod reprehendat, & aliquod impatientiæ aut iracundiæ argumentum prodamus. Annon etiam vt suo silentio nimiam nostram ad nos in omnibus excusandos purgandosque inclinationem; simul etiam linguarum nostrarum garrulitatem loquacitatemque coërceret?

VII.

Discimus Dei nomen reuereri, & Ecclesiæ Prælati, licet peruersis, obedientiam præstare, quando nimirum Dei, filium qui hætenus tam

con-

DE TRINA PETRI NEGATIONE 267.
constanter tacuerat, Caiphas tam promptè, &
iuxta veritatis præscriptum respondentem au-
dimus; etsi se praua intentione adiurari, summq;
responsum morte sibi luendum sciret. Addens
autem, *Amodo videbitis filium hominis à dextris
virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli*, voluit
eis obiter salutarem quemdam timorem indere,
quo à prauis noxijsque suis moliminibus reuo-
carentur aut deterrerentur. Adeò illi solenne
erat, bonum facere & dicere ijs ipsis in rebus, in
quibus malum & iniuriam recipiebat,

VIII.

Adeò Redemptor blasphemus non fuit, vt i-
pse potius blasphemaretur: & ecce nihilominus.
Caiphas vestimenta scindit, & exclamat, *Bla-
sphemaui*, & quasi actor esset non iudex, omnem
iustitiæ ordinem peruertit; nam accusatoris i-
pse partes agit, & assistentes facit iudices, petit
ecquid sentiant, eosque prouocat, vt Dominum
condemnent, dicantque, *Reus est mortis*. Hinc di-
scō quàm sint hominum iudicia fallacia, & erro-
ri obnoxia, præsertim cum passionibus regun-
tur. Ecquæ porro fuit vñquam sententia cum
ratione pugnantior, quàm morti adiudicare
eum, qui vitæ est auctor, & velut blasphemum
in DEVM habere eum, qui Deus ipse? Quis non
etiam hic videat hypocrisin sublimi in folio
confidentem, quòd Pontifex hîc tristitiam &
horrorem simulet, vestimenta scindendo, cum
in animo præ gaudio exultet, quòd aliquam con-
demnandi IESV CHRISTI occasionem inue-
nerit?

IX.

Ignominia & infamia insignis est aliquem in
facie

faciē conspuere, & apud Iudæos præsertim, quod ijs ipsis solenne fuit. Exstimulauit eos Satan, ad hoc modo faciem Domini defœdandam, tum vt ipsum hoc modo infamem redderet; tum vt de miraculis, quæ per saliuam suam fecerat, surdis auditum, loquelam mutis, & visum cæcis reddendo, vindictam sumeret. Quoniam verò facierum illa idololatria, & curagenarum incomparabilis fuerat, erat, & futura erat è maximis peccatis quæ in mundo fuerant, sunt, & futura sunt; hinc mundi & rerum omnium restaurator, eam ipsam voluit faciem deturpari & fœdari, quam adorant Cherubim, & in quam Seraphim desiderant prospicere, faciem inquam quam contemplando numquam defatigantur Angeli & Archangeli, & ad quam anhelii Prophetæ suspirabant, dicentes, & nos cum illis: *Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.* Non permittat, obsecro, Deus, vt, quò vultum meum curem & condecorem, illius deturpem & infamem: Prohibeat, ne plus de exteriori quàm interiori sim pulchritudine sollicitus, magis de corporeo quàm animæ vultu laborem.

X.

Dum modestiam, granitatem, mansuetudinem, & filij Dei in fœda hac sputorum & phlegmatuum grandine sustinenda candorē perpendo, vultum tamen non auertere, vt i Isaias prædixerat, nullum irati hominis signum gestumque edere, non acerbius aliquod in fœdos illos lapidatores, qui viscosa linguæ virulentæ & cordis venenati excrementa cructabant & eijciebant verbum proferre; disco omnem simulatam affectationem, omnem vultus, gestuum, morumque

lasciæ

DE TRINA. PETRI NEGATIONE 339
lasciuiam vanitatemque deuitare, nisi peccare ipse, & alieni peccati participare, itaque Christum Dominum contristari, & maiorem diuinitati eius iniuriam irrogare velim, quàm humanitati eius scelesti hic lictores & nebulones irrogabant.

XI.

Velo vultum velauit Moses, quo populum alloqueretur, quòd vultu eius emicans fulgor oculos intuentium præstingeret. Redemptor suum velari & obnubi longè alio velo à Mosis discipulis fuit, non quòd ipsum loquentem perfectius attentiusque audirent, sed eum contemnerent audacius. Tales sunt qui erroneam sibi fingunt conscientiam, liberè secundum mundi sententiam & impunè peccantes, idque sub rationum apparentium, falsarum & mendacium velo & prætextu. Tales quoque qui ambitionem honesto magnanimitatis, auaritiam œconomice parsimoniz, lasciuium amorem elegantiz, gulam honeste conuersationis, socordiam de sanitate curæ, hæresin religionis, atheismum prudentis politicæ donant nomine.

XII.

Illi denno Iesu Christo alapas infringunt, qui Sacra scriptura, signo crucis, alijsque rebus sanctis ad res profanas, vel ex superstitione, vel ad artem magicam exercendam vtuntur. Item qui Sacra scriptura ac verbo Dei ad hæresin, aliudue dogma erroneum persuadendum abutuntur. Illi verò vultum Domini obnubunt, qui suas impietates velant, tales sunt hypocritæ: item qui malum aliquod

aliquod committunt, aut bonum omittunt; quod hominibus placeant, aut quod iisdem displicere timeant: qui oculos vocationi suæ & diuinis inspirationibus obturant; illi denique qui data salutaria monita documentaque benignè non interpretantur.

XIII.

Illi verò vultum Iesu Christi conspuunt, qui aduersus ipsum blasphemias eructant, deuotionem ludibrio excipiunt, templum adeunt, ut spectent & spectentur, qui in sacro, aut concione, aut vespers sibi inuicem, ad nefaria patranda, diem condicunt; denique qui quantum in ipsis est, è templo lupanar faciunt, & coram sanctis Angelis non aliter quàm lenonibus & pararijs conuersantur. O sacrilegium detestabile & horrendum!

XIV.

Redemptor in domo Caiphæ duplici modo cæsus fuit, alij manibus in pugnas contractis percutiebant, alij palmas & volas manus aperte in faciem ei dabant. Auari & cupidi qui bona bonis, & facultates facultatibus accumulare satagunt, quique cor erga proximum obduratum habent, primo eum modo cædunt: superbi, gloriosi, voluptuarij, prodigi, qui omnia suâ vanitatibus & sensualitatibus prodigunt, & profundunt, secundo. Atque ut alapa pugni verberare est ignominiosior, ita maiorem horum peccata Deo iniuriam irrogant; eò quòd ipsum contemnant, quòd seipsos celebrent & honorent. Ego igitur Christum pugnis contundo, dum diuitiarum me concupiscentia aliorsum & extra limites rapit:

DE TRINA PETRI NEGATIONE 241
rapit: ego illum colaphizo, quando aut vanitate
aut sensualitate pecco.

XV.

Puſillanimes, effeminati, omnes in cibo, po-
tu, ac veſtibus excedentes, barbam Chriſti con-
uellunt, eiufque pilos euellunt. Rebus ſacris ad
magicas præſtigias abutentes, vel qui, vt dixi-
mus, DE I verbum ad hæreſin palliandam de-
ſendendamque conuertunt, per ludibrium ac
contemptum Chriſto occinunt: *Prophetiza qui-
te percuſſit*? Nam vti Iudæi donum prophetiæ,
quod in Chriſto erat, ad eum ſubſannandum v-
ſurpabant, ita hi eius doctrinam, ſcripturam, &
quidquid ipſe ſanctè inſtituit, ad blaſphemiam
ſtabiliendam, regnique dæmoniacy amplifica-
tionem vſurpant, idque eo maiori deriſione Dei,
que contemptu, quod ſub pietatis, ac religionis
reformatæ id fiat prætextu.

XVI.

Quid autem tota illa moleſta & ferali nocte
Redemptor meus faciebat interim dum à militi-
bus, quibus cuſtodiendus concreditus erat, ma-
jè habetur? an non adamanteinum, ſi ita loqui li-
cet, vultum, & conſtantiam ære duriorẽ præ-
ferebat, exterius, nec defatigari ſe, nec tadio af-
fici declarando? Annon interiùs omnes labores
ſuos Patri ſuo offerebat, noctem totam, vt apud
Lucam ſcriptum legimus, *in oratione Dei*, id eſt
ſublimi & Deo digna, traducens, vt nec iniuria-
rum, quas recipiebat, qualitate, quantitatẽ ab
eadem abſtraheretur! ſuos in idea diſcipulos
præſentes habebat, aſſiduè inceſſanterque pro
iis deprecando: mente item voluebat dolorem,

Q

in quo

in quo sancta mater sua versabatur, eamque Deo Patri commendabat: me qui hæc scribo, vos qui eadem legitis, nos inquam, sua in præscientia præsentem habebat, Deo Patri offerebat, ac pro nobis deprecabatur. Ah quantopere illum diligemus, si vel millena parte toties ipsius recordaremur, quoties ipse de nobis tum cogitavit, pro nobis oravit, seque obtulit pro nobis!

XVII.

Probabile est, quemquam (& forsan S. Iohannes is fuit) sanctissimæ matri (quæ tum fortè cum Martha & Maria Magdalena in Bethania versabatur, & quas ibi agnum Paschalem manducasse piè credere possumus) nuntium de filio eius à Iudæis comprehensio tulisse. Quis verò credat, quo doloris gladio hinc eius anima fuerit ad triste hoc nuntium transfixa; illinc verò, quàm se Dei voluntati resignarit, ei que se attemperarit. Credibile est ipsam in genua proutam, vultuque in terram conuerso, ijs propè verbis, quibus antè filius eius è profundo cordis affectu dixisse: Pater supreme, si possibile est, ut calix hic à filio meo non bibatur, id, obsecro, Pater misericordiarum præsta. Omnia tibi possibilia sunt, calicem hunc aut penitus transfer, aut ita tempera, ne tanta eius sit amaritudo: in me hunc potius transfer, eumque ipsa hauriam ut ipse eum temperare ac miscere volueris: verum tamen non mea sed tua voluntas fiat. Simili in oratione diutiùs illam mansisse probabile est, pios sacrificij, fiducia, resignationis sui actus exercendo, semperque

DE TRINA PETRI NEGATIONE 243
que se beneplacito DEI conformando: hoc
quippe iam inde ab eo tempore, quo primum
rationis vsum accepit, & præsertim, ex quo fi-
lium in stabulo nasci voluisse vidit, facere no-
rat. Quin etiam probabile est, hac in angustia
prolixè admodum eam orasse, donec à Deo aut
interiùs extraordinaria quadam visitatione,
aut exteriùs per Angelum confortaretur. Ab
oratione porro surgens, velut pia mater con-
solari conabatur illas, apud quas versabatur,
quibuscum postridie summo manè Hierosoly-
mam petijt, ut quacumque in re posset, filio au-
xilium esse posset, vel cum ipso moreretur, aut sal-
tem ei compateretur.

COLLOQVIUM.

VSQVE QVO Deus vere in iniquitatibus
nostris volutabimur? vsquequo longam
peccati catenam in prauæ consuetudinis incude-
tundemus & efformabimus? Vixdum in prauam
malamque cogitationem assensum præbuimus,
quin ad actum ilico desiderium ac voluntas fe-
ratur, iterata actio habitum, hic speciem quam-
dam necessitatis producat, necessitas ad despe-
rationem cogat, desperatio tandem mortem af-
ferat sempiternam. Ah quanti refert statim à la-
psu resurgere, ad clementiam tuam recurrere,
in misericordiæ tuæ Iordane lepram nostram
expurgare, ac nunquam lethali commissio deli-
cto ad quietem nos componere! verissimū nam-
que est, nostroque nimis quàm ingenti dispendio
nouimus, peccatum, quod solida quadam poeni-
tentia confestim non eluitur, alia plurima post
se at-

se attrahere. Hoc ergo à me tolle Iesu dulcissime, si fortè ei sim inuolutus : respice me sicut Petrum intuitus es & respexisti : perque benignum oculorum tuorum aspectum, præsta, ut mei tot lacrymas effundant , quot deinde per Principis Apostolorum genas defluxère. Vnicam duntaxat à te mihi gratiam efflagito , ut semper scilicet tua in gratia viuam : proximis verò meis, ut omnes qui in peccati mortalis statu sunt, ad mentem, antequam ex hac vita discedant, redeant; nullus eorum, qui characterem & illustre Christiani nomen habent, diuinæ maiestatis tuæ inimicus uiuat; omnes qui cæteriatam habent conscientiam, qui iniquitatem velut aquam bibunt, quiq; offensas tui nimis quàm frequenter deuorât, aut peccare desinant, aut viuere: cùm intolerabile sit, à creaturis ad tuam imaginem efformatis, & sanguine tuo redemptis, vultum tuum ita continuo & nequiter conspui.

MEDITATIO VII.

DE ACCVSATIONE REDEM-

ptoris coram Pilato, deque morte

Iuda.

PUNCTVM I.



VNDVM dies illuxerat, & ecce Principes Sacerdotum, scribæ & seniores denuo in domum Caiphæ cõuenientes, & Iesum sibi sisti iubentes, secundò interrogarunt: *Si tu es Christus, dic nobis.* Quibus Dominus: *Si vo-*

Si vobis dixero non credetis mihi, si autem & interrogauero, circa scripturas scilicet, quæ de ipso meminissent, non respondebitis mihi: ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Tum instantes illi petunt: *Tu ergo es filius DEI?* Quibus ipse respondit: *Vos dicitis, quia ego sum.* Exclamant deinde: *Quid adhuc desideramus testimonium, ipsi enim audiuiimus de ore eius.* Dissoluitur conciliabulum, Iesusque denuo victus ad Pontium Pilatum præsidem ducitur,

II.

Iudas viso morti adiudicatum esse Dominum, eumque ad Pilatum deduci, quò mortis sententia confirmaretur & executioni mandaretur, facti sui poenitens, templum, in quo sacerdotes aliqui & seniores ministerium suum exequabantur, adiit & ait: *Peccaui tradens sanguinem iustum.* Cui illi: *Quid ad nos? tu videris, id antè præuidisses.* Tum ille proiectis argenteis in templo abiens, laqueo se suspendit. Principes sacerdotes consilio inito deliberarunt, quid de illa pecunia fieret, ipsam in carbonam templi mittere nolentes, quod esset pretium sanguinis; ergo statuerunt ex ea agrum coëmere in sepulturam peregrinorum.

III.

Vt Prætorio Pilati Iesus vicinus fuit, ecce Pilatus ad Iudæos foras processit, petens, quidnam aduersus hominem, quem ad se ducebant, haberent. Tum illi vnanimes responderunt: *si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Ait Pilatus: Si publicus & manifestus hic malefactor est, *accipite eum vos, & secundum legem vestram*

vestram iudicate eum. Respondent : *Nobis non licet occidere quemquam.* Tum tria accusationis in Redemptorem producunt capita. Primum quod doctrina sua populum concitaret, & turbas cieret. Deinde, quodd prohiberet tributum dari Cæsari. Tertio, quodd se Christum regem, id est Messiam, diceret. His auditis criminibus Pilatus sedit pro tribunali, ut Iesum de his examinaret, & ab ultimo, quod pluris ceteris faciebat, incipiens petit : *Tu es rex Iudæorum?* Respondet Redemptor : *Regnum meum non est de hoc mundo ; si de hoc mundo esset regnum meum, ministri vtique mei decertarent, ut non traderer Iudæis : nunc autem regnum meum non est hinc.* Pilatus sermonem illius interrumpens rogat : *Ergo rex es tu?* Cui Iesus : *Tu dicis quia rex sum : ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati, omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.* Ex hisce responsis adeo ad rem & accommodis eius innocentiam collegit Pilatus, & extra prætorium foras eum producens, ad turbas ait : Ego nullam inuenio in eo causam. Principes sacerdotum, & scribæ, & seniores his auditis, & veriti ne Pilatus eum dimitteret, noua aduersus eum crimina confinxere, ad quæ nihil respondit Iesus. Tum Pilatus : *Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?* quanta producunt crimina, cur adhuc minimè respondes? Iesus autem tacebat, ita ut præses miraretur vehementer.

FRUCTVS I.

QUANTVM NOS IN DEI voluntate complenda sègnes & inertes, tantum in sua perficienda

DE ACCVSATIONE REDEMP, 247
cienda impij seduli sunt, vigiles, & matutini. Ecce namque sub auroram denuò conueniunt, vt quam aduersus Iesum moliebantur criminationem, rursus confirmarent. Magnè sane discrimine Iudæi & Redemptor auroram expectabant. Inimici quippe eius diem optabant, vt suum paricidium, imo deicidium, ad finem perducerent, Iesus verò, quòd ea mundi redemptionem diè perficere & consummare vellet, quam triginta tribus iam annis expectarat, quamque suam esse diem credebat, & sæpè ita vocitabat, quòd plane nostrum in bonum ea cederet. Quanto ergo qualique cum discrimine boni & mali vitæ suæ dies transigunt?

II.

Dicebat Psalmographus, superbiam impiorum ascendere semper, ita & illorum astutia & nequitia. Testati sunt id scribæ in criminatione quam aduersus Redemptorem confinxerunt. Si enim Christum se esse negasset, contradictionem & mendacium in eo culpasset, & suo illum ore condemnari dixissent, vtpote qui toties Dei se filium dixisset & docuisset; sin autem id asseruisset, iuxta primum examen, sufficientem eius ad mortem condemnandi occasionem habuissent. Sed Saluatoris nostri responsum planè mirabile, prudens, modestum, modestiæ plenum fuit, vt quod magna spiritus libertas sequeretur, iam secundo addendo, ad dexteram virtutis Dei se confessurum; tum vt timorem ipsis incuteret, tum nos doceret, humiliactiones suas sublimi quadam exultatione terminandas & compensandas; nec minùs nostras, si fideliter illum sequamur, & seruiamus.

Q 4

III.

III.

Quando sensualitas mea dolorem aliquem molestiamq; vt grauem reputabit, & fragilitas de iniuria aliqua mihi irrogata conqueri voluerit, Christum eo in statu, quem hæc mihi meditatio depingit, mihi grauis illius noctis laboribus exhaustum & afflictum proponam, & dicam, Quid Domine? tune ergo Saluator meus, tune IESVS meus? Tune Christus, Messias, DEI viuentis filius? tune qui gloriæ eius splendor, & figura substantiæ eius, & imago eius inuisibilis? Tune Mariæ filius? tune decus & delictum mundi? Tune speciosus & perfectus præ filiis hominum? si reuera is es, qui faciem tuam ita deturpare & deformare ausus est, quis sputis, phlegmatibus, & muco eam defœdare? quis genas tuas alapis liuidas reddidit? quis te adeo venerabilem adeo malè habuit, contudit, & examinavit? Peccata mea, dulcissime IESU, eius rei sunt occasio, & vera ipse sum causa. Annon ergo monstrum hoc detestabor? An non vitium oppugnabo? nihil pro te tolerabo? Tolerabo Domine, & omnem potius offensam & iniuriam patiar, quàm te offendam: moriar potius, quàm denuo te iniquitatibus meis lædam maleque habeam.

IV.

Nihil vt melius sacerdote debitè officio suo fungente, ita & nihil deterius, quando ipsum negligit; hinc sacerdotes per prophetam sicubus aut plane sapidis, aut planè insipidis comparantur. Cùm malitia & morum corruptio urbem
Hiero.

DE ACCVSATION. REDEMPTORIS 249
Hierosolymitanam occupasset, sanctuarium ampli-
us & citius ab eadem correptum, & infectum
est, quàm reliqua populi pars ab illo quoque pri-
ma, maxima, & vehementissima aduersus Iesum
Christum persecutio coepit. Quem cum tribunalis
sacri assessores morti adiudicasset, ad brachium
saeculare ab eisdem remissus est, ratis lapidatio-
nis poenam, quam imponere illi possent, nimis
lenem fore; intendebant siquidem atroci eum
morte de medio tollere. Ad prætorium ergo eum
maxima cum ignominia & ludibrio deduxêre,
per mediam eum urbem raptantes, idque cum
ob solemnitatem paschalem, ad quam tota Pa-
lestina confluebat, ipsa exteris populoque pere-
grino redundaret. Diuinam hic sapientiam ado-
ro, quæ Iudæorum malitiam cum Gentilium ne-
quitia iunctam, eius in mortem pariter conspi-
rare voluit, qui ad salutem omnibus dandam ve-
nerat.

V.

Cain desperans, Deo ait: *Maiores iniquitas mea quàm ut veniam merear*: talis quoque fuit poen-
nitentia Iudæ: Vt enim diabolo proprium est
peccatori oculos occludere, dum eum ad peccan-
dum inuitat, ne fortè vitij foeditate perspecta,
ab eodem resiliat: ita è contra ubi ipsum com-
missum est, adeo horrendum & detestabile ipsum
menti proponere solet, ut præ verecundia de-
speret, donec ad vsque detestationem & odium
Dei, quo assidue exagitur, ipsum pertrahat.

VI.

David Prophetæ Nathani ait: *Peccauisti*; & ab-
stulit peccatum eius Dominus: Iudas itè ait: *Pecca-
uisti*; peccatum tamen ei dimissum non est. Vt hinc

Q 5

mani-

manifestum fiat, magnum esse inter sinceram
 & fictam poenitentiam discrimen. Antiochus do-
Mach. 9. lorū vehemētia obrutus clamat: *Iustum est subdi-*
12. *tū esse Deo, & mortale non paria Deo sentire.* Hierosolymam se in libertatem asserturum sponde-
 bat, quam antē funditus delere, & sepulchrum
 congestorum voluerat reddere, Iudæos se Athe-
 niensium privilegiis donaturum, donariis pre-
 ciosissimis templum locupletaturum, vasa sacra
 multiplicaturum, ære suo sacrificia & victimas
 coempturum, circumcisionem & Iudæorum sa-
 cra suscepturum, ac per vniuersum orbem Dei
 potentiam promulgaturum: sed, vt sacra scri-
 ptura ait: *Orabat scelestus hic Dominum, à quo*
misericiordiam non esset consecuturus. Iudæ poeni-
 tentia etiam perfectior videatur, cum tria poe-
 nitentiæ membra, vt quidem videtur, adhibue-
 rit, internum scilicet de commissis dolorem,
 manifestam & publicam peccati sui confessiōē,
 & actuale in iustē comparatæ pecuniæ restitu-
 tionem. Hæc tamen omnia parum illi profuere,
 quod à desperatione hæc eius poenitentia proce-
 deret, dolor eius verus sincerusque non esset, cō-
 fessio illi non fieret, cui debebat, & restitutionis
 finis propositum esset quod de se illaqueando cō-
 ceperat. Huc impellebat & sicca, arida & tetrica
 Iudæorum responsio dicentium: *Quid ad nos?*
tu videris. quæ nequitia & malitia propè eadem
 cum Iudæ scelere, vt dicant scilicet: *Quid ad*
nos, sanguinem iustum tradideris nec ne.

VII.

Quando anima iam corpore egressura est,
 mundi-

DE ACCUSATION. REDEMPTORIS 257
mundique vanitatem iam ad oculum propè cer-
nens, de diaboli fraude, fallacibusque sæculi
promissis conqueri incipit; tum scilicet sceles-
tus ille, vt ad desperationem illam cogat, ea-
dem quæ sacerdotes Iudæ, suggerit: cur non ad-
uigilasti, cur non id antè præuidisti, anne hacten-
us distulisti, vt ad agnitionē venires? non tu ip-
sa peccatum deferis, sed peccatum te: putas
fortan fore vt tibi Deus ignoscat: ignosceret
haud dubiè, si ex eius amore te poeniteret: sed
annon vides tua te causa poenitere? Proh mise-
re! eodem sancius es telo quo nos: eodem ver-
saris in statu, quo nos: superbia tua cecidit,
arrogantia & elatus animus ad inferos vsque
descendit: aliam ne expectes veniam, quam
nos habuimus, non meliorem sortem ac condi-
tionem quam nostra est: tempus tuum transijt,
nullus amplius misericordiæ est locus, tot eam
annis à te repulisti, ergo iustitiam eius æternum
oportet experiaris. His nimirum verbis vel a-
pertè, vel clā in animo tunc quemq; alloquitur,
qui interim dum viuimus Satan, id est tena-
tor est, at diabolus, id est calumniator & accu-
sator, mortis in articulo.

VIII.

Nullum Iudas solatium aut in hominibus,
quibuscum stipulatus erat, aut in argenteis
quos acceperat, aut denique in seipso quem
quæsierat, inuenit; sed homines illum ad de-
spirationem compulère, argentei torserunt,
& præ furore ac rabie, quam in seipso sen-
tiebat disrumpebatur, vt scilicet DE IUSTITI-
AM agnoscamus, & ad iudicia eius con-
tremiscamus; præsertim visa cupidi huius
prodi-

proditoris punitione, qui ob pecuniæ amorem vita simul & felicitate æterna excidit, vt & suis sibi manibus necem afferret, crepans medius, & viscera sua in terram effundens, quod misericordiæ erga Iesum Christum viscera non haberet.

IX.

Tres diuinæ prouidentię noto effectus, quod sanguinis sui pretium non in aliam rem, quàm in pauperum peregrinorum sepulturam voluerit impèdi, in templi verò & synagogæ vsum ipsum cedere noluerit: vt hinc disceremus primò, sanguinis sui pretium pauperibus vt plurimū prodesse potius quàm locupletioribus: Secundò referuari illud iis, qui velut peregrini & hospites hoc in mundo viuunt, spem fortunasque suas stabiles hic non figentes: Tertiò sacerdotibus templi, & quotquot ipsos sequerentur, parum illum profuturum.

X.

Benignissimus Iesus, qui ceteris compatiebatur, in seipsum tamen durus erat. Excogitabat ipse olim inuentionem, qua adulteram ab accusantium calumnia vindicaret, dum peccata illorum digito terræ inscribit; & modò cùm res propria agitur, nullam habet ad necem sibi machinantium molimina astusq; subuertèdos & eludendos. Nos verò longè secùs facimus. Nihil. n. nobis subtilius, si quādo proximus accusandus, nullusque ita industrius ac nos, quando ipsi nos excusare voluerimus.

XI.

Nisi esset hic malefactor non tibi tradidissimus eum: quasi dicerent, hoc certissimi tibi argumēti sit

DE AGCVSATIONE REDEMPTORIS 253
ti sit loco, Pilate, vt videas ipsum malefactorē
esse, quod nos Sacerdotes, legisque doctores eum
tribunali tuo sistamus. ô terribilem superbiz ef-
fectum! peccare, & facinus honesto nominis au-
ctoritatis prætextu tegere: benefactorem om-
nium calumniari, & eum publicum malefactor-
em esse ostendere: habere vnde mendacij cō-
uincantur (lapidabāt quippe etiā Dei iussu pluri-
mos malefactores) dicere tamen: *Nobis non licet
interficere quemquam*: habere in manibus inno-
centem, imo innocentiam ipsam, & tamen o-
stendere velle, non modò illum maleficum, sed
& scelestissimum & bipedum nequissimum esse.

XII.

Quid non agit, quid non loquitur cor pesti-
lens & liuidum? Quidquamne erat manifestius,
quàm Iesum Christum populum ad turbas non
concitasse, sed neminem non ad obedientiam
politicam inuitasse; vt & discipulis diceret:
*Super cathedram Moïsis sederunt Scribæ & Phari-
sæi, quodcumque dixerint vobis facite*: ac de tribu-
to pendendo dixisse: *Reddite quæ sunt Cæsaris,
Cæsari, quæ sunt Dei, Deo*. Annon & ipse Petrum
ad maris littus misit, vt repertum in piscis ore
staterem solueret pro se & Domino in vecti-
gal? Quod verò Regem se diceret, semper palā
docuerat & testatus erat, regnum suum de hoc
mundo non esse, & quando post panum multi-
plicationem Regem eum turbæ constituere vo-
lebant, clanculo se subduxit, nec amplius corā
turbis comparuit. Quod Messiam se & Christum
diceret & probaret, non multum vrgent, quàm
regiam qualitatem allegando, quam Messiaz dī-
gnitati annexam putabant. Hoc crimen exactius
dum

dum vrget Pilatus, Domino satis non fuit dicere non ita se regnum habere, vt aduersarij calūniabantur & inculcabant, sed quod ipsum nullatenus ambiret: esse quidem se regem, sed cœlestem; habere se regnum, sed id de altero mûdo esse, spirituale inquam Ecclesiæ suæ regnū, & consequenter habere se subditos & vassallos, sed cœlestes & spirituales, Angelos inquam & animas iustorum.

XIII.

Meminerimus oportet, esse nos Christianos primò & præcipuè, vt testimonium veritati, corde, ore & opere, idque exemplo Domini nostri, qui eam ipsam propriæ vitæ dispendio, asseruit, docuit, & sustinuit, perhibeamus. Numquam proinde permittere debemus, nullo vt dogmate peregrinò, nouoque, nulla illusione Satanæ fides nostra labefactetur: Hæresibus nec & superstitionibus pro viribus opponamus, itaque mores nostros componamus, fidem nostram vt falsitatis mendaciique non coarguant. Si verò ob fidei defensionem, vel iustitiam sanguinem nos effundere contingat, nimis quàm beati & felices erimus. Verax erat Christus Dominus, imo ipsa veritas, in vitâ, doctrina præceptis, consiliis, miraculis, denique & sacramentis: simus & ipsi omnibus in rebus veraces, diuinam passim in operibus nostris veritatem relucere facientes, nulla in iis fictio, nullum mendacium permisceatur, etsi vitæ sit adeundū discrimen.

XIV.

Pilatus Domini silentium mirabatur, nec immerito: quod nimirum denuò atrocibus & infamibus criminibus oneratus, idque à summæ aucto-

auctoritatis viris, illum ad necem perquirentibus, taceat nihilominus, etiam iudice ipsum ad defendendum se adhortante, & dimittere parato, eius dum perspectam habet innocentiam. Ipse etiam silentium hoc demirabor, & simul obiter grauem filij Dei mansuetudinem & patientiam videbo, quod nec ultionem de accusatoribus sumere, nec mendacij ipsos insimulare velit, quod tamen illi haud difficile fuisset. Elucet hic item eius robur, constantia, & magnanimitas, re ipsa ostendendo, infamiam se ac mortē parum morari. Nos verò miselli Adæ posterī, mortem adeò pertimescimus, quando nimirum de Dei gloria agitur, ut & ieiunium metuamus: sed ubi de honore mundi agitur, mortem ita contemnimus, ut sanguinem, vitam, quin & animæ salutem intrepidè temereque profunda-
mus. O iustum Dei iudicium, quod qui propter Dei honorem nihil agere ac pati vult, propter imaginarium mundi honorem, animæ simul & corporis mortem incurrere non metuat.

X V.

Aurum tuum & argentum conflat, & verbis tuis facito stateram, & serenos rectos ori tuo, ne forte labaris in lingua, ait Siracides. Quæ sententia filij Dei silentio mirè quadrat. Optima enim ratio, ob quam illū in propria causa, & in tā euidenti imminentique discrimine tacuisse credam, est, ut discam ipse loqui, & maturè quæ mihi dicenda sunt considerare, imprimis dum mea res agitur. Omnes ergo virtutes morales vnà cū charitate, quæ auro repræsentatur, & VIRTUTES omnes intellectuales vnà cū prudentia, quam argentum figurat, colligamus, si quan-

Eccli. 28.
30.

si quando loqui volumus, eò quòd omnes hæ requirantur, vt loco ac tempore loqui & tacere quis norit. Quoniam verò omnia vitia omnesq; prauī habitus ad linguam dissoluendam conspiciunt, æquum propterea est & conueniens, omnes etiam virtutes ad eandem prudenter regendam conducendamque concurrere. Hinc secundum S. Iacobum, qui lingua non offendit, perfectum se & Domini æmulum & sectatorem ostendit,

XVI.

Hæc dum aguntur, perfidi Iudæ anima è detestabili eius corpore ad desperantium fuit à demonibus carcerem abyssumque delata. Demus operam, finem vt faciamus, ne poenitentia nostra Iudæ sit poenitentia per similis. duplex namque poenitentia est: vna quæ à proprio nostri amore oritur, eaque in desperationem definit: altera ex amore Dei ortum habet, eiusque terminus est iustificatio: primam comitatur timor seruilis, alteram filialis: primam parit poenæ odium & detestatio, alteram culpæ displicentia: prima per similis poenitentia Iudæ, altera D. Petri poenitentiam imitatur: prima peccatum auget & grauat, altera ipsum delet: prima Spiritui sancto repugnat, altera è primariis gratiæ eius effectibus est: primam sequuntur cruciatus interminabiles, alteram gloria sempiterna. Numquam porro initium, sed finem peccati semper intueamur: Cum enim ad ipsum tentamur, principium quidem suaue & facile nobis videtur, sed exitus amarus est & permolestus. Peccata dum committuntur, nihil planè esse videtur, sed iam commissa ad desperationem inducunt. Iudas sceleris sui occasionem detestabatur

DE ACCVSATION. REDEMPTORIS 257
tur, cum nulla iam remedij spes affulgeret: ita
Mundus & diabolus nobis insultant, cum ad i-
pſos ſeruiendum iam inepti ſumus: qui ſemper
ſub boni alicuius prætextu & imagine nos deci-
piūt & ad malum inducunt. Semper quippe falſi
Religionarij politicam religione, & religione
politica oppugnarunt: at veri Religioſi vtramq;
conſeruant & tuentur. Vbi dominatur paſſio,
nullus rationi eſt locus.

COLLOQVIVM.

IAm omni ſubſtantia noſtra conſumpta, poſt-
quam corporibus noſtris uſi & animabus abu-
ſi ſumus, tum demum mundus, ob quem omnia
hæc fecimus & perpeſſi ſumus, nobis per ludi-
brium & impropere obicit, quod Principes
Sacerdotum & Scribæ Iudæ ad templum redeun-
ti reſponderunt: *Tu videris*, cur antè id non præ-
uidiſti. Vbi iam in extremis conſtituti, naturæ &
ineuitabili iuſtitiz debitum mox perſoluturi ſu-
mus, in lecto amaritudinis iacentes, hinc pa-
rentibus & amicis, illinc medicis tam corpora-
libus quàm ſpiritualibus circumſtantibus, pedi-
bus manibusque iam rigentibus, oculis caligan-
tibus, pulſu arteriarum intercidente, ſenſuum
functione amiſſa, ore patulo, quod extremū ef-
flare ſpiritum & pauculi illius caloris qui cordis
palpitationem adhuc cauſatur, animamque ſuo
in angore detinet, exſpectat defectū tum ſcilicet
ipſa oppreſſa anguſtiis, de corpore conqueritur,
illiſque intra ſemētiſum ait, Proh infauſta nox
& foeda paſſio, quæ perditionis meæ exiſtiſtiſ
cauſa, & cur concupiſcentiæ propagini coniu-

R

cta ſum

Etia sum ipsa, quæ è coelo originem traho, quæ
 nobilis, pulchra, immortalis, & Dei sum imago,
 tibi inquam, corpori vili, abominando, & pu-
 tificenti, quod vitæ viuens mea, & delicijs satura-
 tum, æterna tandem mihi causar's supplicia. Tum
 verò corpus suo illi modò: *Tu videris* respondet:
 annon tuum erat me dirigere & conducere? an-
 non eadem tibi in me potestas, quæ in equum e-
 quit, in nauem nauclero? annon coelestis ipsa &
 immortalis eras originis, & ipsa conditionis
 terrestris & mortalis! Me verò, iuxta Dei tui &
 mei, creatoris tui & mei mandata pauculo illo
 tempore, quo simul agere debebamus dirigen-
 do, annon certa eras, postea nos simul & in æter-
 num beandos? Quapropter te ipsa accusa tuorū
 malorum ac dolorum causa. Tum quoque legio
 quædam dæmonum importunæ animæ se præ-
 sentat, & intellectus oculis hinc quæ eius causa
 Deus fecerit & pertulerit, illinc verò, quæ ipsa in
 Deum e contra admiserit, obiiicit, annos, menses,
 dies, & horas dinumerat, & non actiones mo-
 dò, sed & verba singula, cogitationes, & imagi-
 nationes illi in mentem reuocat; atque vt olim,
 quoad liberiùs peccandum ipsam inuitaret, pec-
 cati foeditatē occultauit, ex aquila (vt vulgo di-
 citur) muscam faciens, modò, vt ad desperatio-
 nem illam cogat, ex formica facit elephantem.
 Vbi sunt, dicent, vota, sacramenta, & protesta-
 tiones tuæ quas in baptismo fecisti, & quas dein-
 de sæpè reiterasti! vbi promissa Deo facta, vbi
 confessiones, vbi poenitentia in sacro poeniten-
 tiæ tribunalitibi iniuncta? vbi Spiritus sancti
 inspirationes, quæ ad cordis tui ianuam toties
 pulsarunt vbi tot prædicationes, exhortationes,
 & bona

DE ACCUSATION. REDEMPTORIS 259
& bona exempla? Quid in mundo reperisti, quod
cum coelestibus comparetur? quid vidisti in ten-
torijs Moab, quod non eminenter existat in ta-
bernaculis Iacob? Ad quid tua erat fides? ad quid
spes? ecquæ tua erat charitas? Veræ fidei loco
nouæ te delectabant opiniones, loco spei in ho-
minem fiduciam collocabas, puræ charitatis lo-
co, creaturarum amore inebriabaris: amores
tui lasciuia erant, affectiones profanæ, & passion-
es planæ brutales. Post te Deus currebat, & ipsa fu-
giebas. Ipse cum ad te venire, me admittere,
quin & appellabas, quin imo post me currebas,
meq; inuitum ad te pertrahebas. Tené ergo creane-
ram, tibi né corpus dederam, cui animam subi-
ciebas? anné ipse pro te flagellis concisus, pro te
spinis coronatus? tibi né ego vitam spondebam
immortalem? imo ne in mundo quidem solidam
voluptatem? anné cōtra quid opponere audeas?
annon contrariū nosti, & quotidie contrariū
experiebaris? An aliquid tibi vmquam dedi, quin
ipsa paulò post eius & primariū & accessoriū de-
bitū carè solueris. Pro exiguo breuiq; dolore,
mille te solatijs Deus complebat, & ipse pro v-
na voluptatula sexcentis & mille doloribus te
cumulabam. Annon Dominum tuum, perfidi
Iudæ instar, millies exiguo pretiolo vendidisti?
Annon propè semper corpus animæ, terram coe-
lo, creaturam creatori, & verbo vt dicam, syna-
gogæ Iudaicæ instar Barabbam Iesu Christo præ-
posuisti? Quid maledicta, perfida, & reprobata
anima, quando corpore, quod te modò vrget,
egredieris, quā in tetrum desperantium carcèrē
& receptaculum exspectes? Anné ignoras, quod
sicut hoc in mundo misericordiam DEI,

R 2

quæ

quæ te tolerabat, exspectare poteras, modò iustitiæ eius, quæ te amplius tolerare nequeat, sis obiectum? festina igitur scelestæ egredi, saccum hûc putredinis desere, egredere, & nobiscum immortalis tartaro præda esto. Hæ fuere voces, quibus infelix Iudas obsecutus est, hoc est illud *Tu videris*, illi Synagoga respondit; hæ sunt ad animam peccatricem maligni Spiritus legationes, cui cum naturæ & gratiæ inimicus, Satan, id est tentator fuerit, dum in mortali hoc corpore ageret, modò diabolus, id est accusator, & intolerabilis calumniator est. O animarum nostrarum reparator Deus, qui quo nos ab ira patris tui tuereris, iniquæ iustitiæ tribunalia subire voluisti, à tali calamitatis & miseriæ voragine & abyssò nos tuere, nobisque gratiam præsta, vt hoc in mundo omnigena potius patiamur supplicia, quàm ad eas misérias & calamitates redigamur.

MEDITATIO VIII.

IESVS AD HERODEM MITTITVR,
indeque ad Pilatum remittitur, & Barab-
ba postponitur.

PUNCTVM I.

INTER ceteras Iesu Christi à morte quam illi inimici machinabantur, vindicandi, quas Pilatus adinuenit rationes, fuit illum ad Herodem mittere, audito illum Galilæum esse, vnde seducere populum coepisse illum aduersarij crimina-

IESVS AD HERODEM MITTITVR. 261
criminabantur. Galilæa porro ad Herodistetrarchiam spectabat, qui tum Hierosolymis agebat. Hæc remissio gluten quodammodo, & viscus fuit, quo Herodis & Pilati amicitia diffusa coaguluit & conglutinata est, quippe à seinuicem dissidebant.

II.

Gauisus est Herodes viso Iesu, eò quòd ià dudū illū videre desiderasset, sperans aliquod ab eo signum videre. Multa ex eo est curiosè sciscitatus, sed ad nullum interrogatorum Iesus respondit, imo ne Iudæis ipsis, Principibus, scribis & aliis, pertinaciter illum vrgenterque accusantibus. Irritatus proinde rex, & silentio hoc constanti exacerbatus, spreuit eum cum suis, & milites eum iridentes, vesteque candida velus mentis impotem & delirum indutum, ad Pilatum remiserunt.

III.

Pilatus Iesu eximendo totus intentus, illum nec ab Herode condemnatum videns, eius liberandi optimam rationem excogitauit. Solebat nimirum quotannis in Paschate Præses è vinctis aliquot proponere populo, vt quem vellet, dimitteret. Hac ergo consuetudine ad suum intentum vsus, duos iis dumtaxat præposuit, Iesum innoxium, & Barabbam omnium vinctorum maleficientissimum, seditiosum, latronem, homicidam, Iesum ab ipsis non Barabbam eligendum credens. Hac in electione nutantem ancipitemque populum, sacerdotes & seniores suas in partes pertrahere, persuadendo vt peterent Barabbā. Vnanimi ergo voce clamant omnes: *Non hunc, sed Barabbam.* Hanc vocem miratus Pilatus, ait:

R 3

Quid

*Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus: Il-
li e contra inelamant: Crucifigatur, crucifigatur.
Pilatus tertio subinfert: Quid enim mali fecit: nul-
lam causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo il-
lum & dimittam.* Ingeminat clamorem populus,
& exclamat: *Crucifige, crucifige.*

FRUCTVS I.

Cogitabo, quam infamiâ & opprobria quar-
ta hac statione Dominus, iam inde à Pilati
prætorio ad vsq; Herodis regiam deductus, per-
tulerit. Conductus enim, & si dicere fas, per cõ-
pita locaque vrbis celebriora multa popel-
li accurrente multitudine traductus fuit, & Re-
gi crudelissimo & iniquissimo, qui fratris vxorẽ
incestis sibi nuptiis copularat, & Ioanni Bapti-
stæ ceruices præciderat, præsentatus: ita cuncta
diuina prouidentia disponente, vt plura, pluri-
busque modis pro nobis Dominus pateretur,
mundanumque honorem, suo nomine & ad glo-
riæ suæ exaltationem magis nos doceret con-
temnere.

II.

Postquam Herodes, cognomento A scalenita,
innocentes pueros de medio sustulisset, Hircanũ
Pontificẽ etiã interfici curauit: Roma verò redux
propriã vxorem Mariamnen, Pontificis illius fi-
liã, vnã cũ fratre ei⁹ Aristobulo: paulò pòst quoq;
tres quos è dicta Mariamne sustulerat filios Ari-
stobulũ, Alexádrũ, & Antipatrũ. Pheroras Hero-
dis frater tantã suorũ necẽ indignẽ cũ ferret eã-
dẽ sortẽ subiit. Diuina ergo iustitia nimium quã-
tũ aduersus scelestũ hunc ex candescẽte, reũ eũ
dolor inuasit & dira intestinorũ tormina, acce-
dentibus & aliis morbis: quorũ vehementiã cũ
non ferret, suis sibi manibus inferre necẽ violẽ-
tam molitur, vt suprà in meditatione de fuga

Saluatoris in Aegyptum dicere memini. Antequā verò necē subiret, facultates suas & regna inter tres filios superstites diuisit, seniori Archelao Iudeam (quam Augustus ei postmodū abstulit, & Iudeam in prouinciā, ob nescio quod crimen, rededit) Ituræam & regionem Trachonitidem Philippo, & Herodi cognomento Antipæ Galilæā cedens. Atq; hic est, ad quem Pilatus Iesum misit, quod tetrarcha eius esset prouinciæ, in qua Nazareth oppidū sitū. Atq; hoc pacto loc⁹, in quo Dñs conceptus, ad passionē eius etiā est cooperatus: siquidē bonis & electis omnia cooperantur in bonū, & maius meritum: Deo nempe nihil omittere eorum, quæ ad prædestinationē & maiorem ipsorum beatificationem spectant.

III.

Ex iis quæ suprà dicta sunt, facile colligere est. Redēptorē Iesum, quo sibi passio foret ignominiosior, quatuor sisti tribunalibus aut consistoriis voluisse, quæ è quatuor personis totius vrbs illustrissimis cōstabant, duobus scil. Ecclesiasticis, & duobus sæcularib. Primū fuit Annæ scribarum & legisperitorū capitis quodammodo & principis: Secundum Caiphæ summi sacerdotis & Pōtificis, cui se reliqui Pōtiffices, sacerdotes ac Pharisei (erant hi tūc velut religiosi) & vniuersum consistoriū Synedrīn, è septuaginta duobus assessoribus selectioribus compositum, iunxere. Tertiū, Pilati Iudicis & Præsidis Iudææ, in cuius prætorio erant causidici, lictores, apparitores, actores, aliq; iustitiæ administri. Quartum, Herodis Regis Galilææ, amicis & stipatorib. & satellitibus circumcincti. Si ergo Dñs ad quatuor hæc tribunalia sistere se iussus est, & tam contumeliosè habitus: si cachinnis, sibilis, sannis & ludibrio exceptus co-

rum qui reliquis ciuibus scientia, religione, iustitia, & potentia præstabant: si, qui ipsa est sapientia, ab ipsa terræ sapientibus contemni & rideri voluit: si, qui supremus est Pontifex, & omnis sanctitatis speculum, exagitari se & vexari passus est ab iis, qui se bonorum morum magistros dicebant, Dei cultum profitebantur, & religionis quodammodo athlantes dicebantur: si, qui actionum nostrarum inspector, & viuorum simul & mortuorum iudex est, tam iniquè explodi & subsannari sustinuit: denique si Rex regum, Dominus dominantium, & mundi totius monarcha, à regibus, aulicis, militibus, denique ab omni hominum genere vituperari & derideri voluit, cur ipse saccus vermium, & fætidx putredinis arca humiliactiones mihi adueniētes fugiat? cur quidlibet pati detrectem, cur non potiùs beatum me prædicem si cum capite meo patiar & cooperer?

IV.

Herodes humanè satis Redemptorem excepit, è curiositate magis quàm charitate: ita plurimi templum adeunt, magis quòd tempus ita exigat, & alios eodem confluere videant, quàm pietate moti. Quibus Dominus non magis loquitur, quàm olim Herodi. Silentij porro Dominici hîc causæ fuere. Primò, quòd Herodis nequitiam detestaretur, cum velut excommunicatum habens, quicū agere, aut vllum doctrinæ miraculorumq; imò ne familiaris quidem & ordinariæ cōuersationis habere cōmerciū nollet. Secundò, vt vanā eius curiositatē condemnaret, & in eius persona omnium, qui simili vanitate ad orandum se componunt. Huiusmodi hominibus mutus est **D O M I N V S**, nec hisce sua communicare mirabi-

IESVS AD HERODEM MITTITVR 164
mirabilia, arcana, dogmata dignatur. Tertio, ut
suum pro hominibus moriendi desiderium o-
stenderet, hanc ob causam voluntariè corporis
sui gloriam abscondens; mirum verò est, eum
qui toties locutus erat, & tot aliorum in salutem
corporalem simul & spiritualem, miracula pa-
trarat, iam nullum facere, ac ne verbum in sui
defensionem effari. Denique hinc disco, non
debere me Regibus ac principibus in omnibus
complacere, & ad nutum eorum vivere, sed ta-
cere, & omni qua par est libertate, quam prudè-
tia simul & modestia comitetur, iuxta legis diui-
næ præscriptum loqui.

V.

Vestis candida eandem ob causam Domino
data, ob quam purpurea, erat enim eiusdem cum
ea quam Imperatores induebant formæ, præ-
terquam quod vilior esset & semulacra: idque
ad maius gestantis ludibrium, quasi Pilato di-
xisset tacitè Herodes, imaginarium hunc & fi-
ctum regem tibi remitto, qui pro eo quo est stu-
pore ne verbum coram me loqui nouit, sicut &
se stultè inaniterque regem fecit. Omnis por-
no multitudo, ut Regi suo applauderet, Redem-
ptorem subsannat, mille in eum scommata de-
promit, idiotam, fatuum, stupidum, insensatum
vocat, alijsque nominibus infamibus compellat;
probabile quoque est illos, Satana impulsore,
pedibus eum transeuntem trussisse: quam Dei fi-
lius iniuriam admirabili patientia tolerabat, ut
hinc discamus vanos mundi honores contemne-
re, & illusoria sæculi huius iudicia parui facere.
Nos verò fatui econtra sapientes, haberi volu-

R 1

mus,

mus, & ecce sapientia ipsa stultitiæ adinstar habetur.

VI.

Quid nos dicere cum S. Bernardo impediatur: *Heu Domine qualis es in domibus magnatorum!* silet in iisdem Iesus, paritque se prodit: ibi quoque pietas sæpè exploditur, ibi vitio sæpè virtutis præmiū & locus datur, & cōtrā Aulici stolidi sæpè Iesū eius. que famulos explodunt: quod tentationū genus tacendo, & ijs compatiendo superatur, cū præsertim inutilis futura esset reprehensio.

VII.

Idem alio loco Bernardus ait, aliquos scire ut sciant, & hoc esse curiositatem; alios, ut sciantur, & hoc vanitatem; alios, ut ædificent, & hoc charitatis propriè esse. Idem & de lingua dici potest: alij siquidem loquuntur & disceptant è mera curiositate: alij, ut doceant & in peccatorum conversionem collaborent. Discamus ergo filere, ut benè loqui discamus.

VIII.

Cap. I.

Permagnum est, ut in Canticis scribitur, interius candidum & formosum esse, & exterius contemptum & nigrum. Bonum est homini cum Dauide humiliari, & forinsecus vestem contemptibilem gestare, modò innocentie stolam intrinsecus indutus sit. Pudere ergo me deberet, quod sapientis & prudentis nomen tantopere ambiam, cū quod minùs elegans, vel ineptus habear, ferre nequeam.

IX.

Vti Herodes & Pilatus qui antè à se inuicem dissidebant, in gratiam redièrunt: ita in Christo Iesu Synagoga & Gentilitas coaluèrunt & conuenièrunt,

nêre, aduersus quem tamen sæpè principes terræ conueniunt, ad eum persequendunꝝ conspirantes, quoties scilicet aliquid quod eius mandatis aduersetur, aggrediuntur. Dissimulauit ad tēpus iniuriam, quam dilectissimo filio duo hi principes irrogabant, Deus, sed post iniquitatem hanc dissimulatam caro luerunt. Idemet continget ijs qui resipere noluerint.

X.

Infame haud dubiè & ignominiosum Redemptori fuit, componi, & quodammodo in statera, cum infami latrone, seditioso, sicario, & publico malefactor appendi: qua in comparatione, de libertate ipsius, honore, & vita agebatur. Graue item sacerdotum, seniorumque peccatum fuit, dum populo hæsitanti & ancipiti persuadent, Barabbam vt eligerent: Ad hoc suos clanculò in populum submittebant assecclas assentatores, qui populi aures varijs in Iesum Christum confictis calumnijs obplebant, & hinc inde per multitudinem sparsi, Barabba illum nocentiorẽ & seditiosum magis esse dicebant, & quòd non vrbes modò, sed & prouincias integras & regna ad turbas concitaret, itaq; non homini vni aut alteri, sed vniuerso populo mortem inferret, nisi è medio sustollatur; mortẽ illum quàm Barabbas, digniorem esse, maiorum criminum reum, incantatorem esse dæmoniacum, blasphemum, legis Mosaicæ subuersorem, quique Iudaicæ genti extremum asferre exitium & perniciem queat: denique quidquid exulceratæ animæ, & in quas plenam Satan exercebat potestatem, excogitare poterant.

Hæc

Hæc omnia porro videbat & audiebat Dominus, magis de Patris sui offensâ, & animarum iactura, quàm de se sollicitus. Ita scilicet in tempore exulcerato suos cum Barabba scelesti patronos, procuratores, & sollicitatores inveniunt, & boni cum Iesu Christo sapè, etiam ab ijs, qui intimi & familiarissimi ipsorum amici erant, deferuntur.

XI.

Quid non in mentis cæcitate & agitatione poteit odium & inuidia ! qui paucis ante diebus Christum Israël regem & saluatorem conclamant, iam illum Barabba nocentiorum clamando testantur. Hinc doceor hominum iudicia parui facere, neu secundùm illa vitam dirigere, etsi me vel laudent vel vituperent : cum Iesu verò me consolabor, vbi meis in rebus & spebus, etsi iustis, me desertum videbo, æternitatis spem in solo supremi Iudicis suffragio cogitans consistere, vtpote qui ab omni sit passione & fraude alienus, & hac in re omnem alium nonnisi vanitatem & afflictionem spiritus esse.

XII.

Non contra Iudæos Barabbam Iesu Christo prapponentes indignemur, sed nos ipsos: quæ enim ad peccandum nos incitat tentatio, aliud non est quàm interrogatio quædam quâ petit, vtrum mauis, vtrum magis diligis, Christum an Barabbam ? Deum an creaturam ? coelum an terram ? Dei an tuum honorem ? si fortè in eligendo vacillem aut nutem, id est, promptè & non tergiuersando non resistam, ecce caro, sanguis, diabolus, mundus huic compromisso & lu-
cta

Et ilico interueniunt, suisque suggestionibus mihi persuadent, rem vt statuam, & honorem transitorium, voluptatem brutalem, aut lucrum iniquum Iesu Christo, eius sanguini, meritis, passionique anteponam. Peccatum verò eò grauius, quòd credam in eum, cuius sanguinem hic vilipendo, & pessundo, eum postponendo rei quæ Barabba ipso & minor & vilior est.

XIII.

Puſſillanimitas amoris proprio iuncta, in causa fuit cur Pilatus Iesum liberare non sit ausus, quodque iudicium quod ferre ipse debebat, actoribus accusatoribusque deferret acriter ad necem reum postulantibus, dicens: *Quid faciam?* Non finat Deus passionem me meam, inprimis dum vehemens est, in actionum mearum deligere iudicem: dignetur item diuina me bonitas eius ab omni peccato mortali conseruare, numquam siquidem in ipsum anima rationalis consentit, quin vocem aduersus Dominum tollens exclamet: *Crucifige, crucifige.* O naturæ ac gratiæ prodigium!

COLLOQVIVM.

ET SI, ò DEVS meus, & rex meus, & Domine meus, omnibus in rebus fueris amabilis, præcipuè tamen id ostendis, cum adeò bonus es, nullum vt vmquam in mundo permitteres malum, nisi aliquod inde bonum elicere potens esses. Et hoc adeò tibi ordinariū & familiare, vt è maximis etiam peccatis maiorem gloriam tuam elicias. Specimen rei huius tua in passionetum ostendisti, cum inimicitia, qua te Iudæi pro-

prosequerentur, in causa fuit cur Herodes & Pilatus in amicitiam redirent iam solutam. Et hæc est causa, cur nullum Satan ex omnibus quæ in mundo committi facit peccatis gaudium sentiat; suo siquidem semper didicit malo, omnia tuam in gloriam tandem cedere, vel per misericordiam tuam, vel iustitiam. Ago tibi proinde gratias Deus meus, & tuam bonitatem & potentiam decanto, teque obsecro, ut omnes bonitatis huius & incomparabilis potentiae tuae dimensiones in me ostendas; imperfectiones meas in totidem ad perfectionem perueniendi media commutes, ut in Apostolo tuo Gentium doctore fecisti, & præsta nihil ut in me sit, quod non vel casualiter, vel occasionaliter ad tuum honorem & gloriam tendat. Quoniam verò Rex & Regina, quos huic Monarchiæ præficere dignatus es, multo sine comparatione plura huc contribuere queunt; noli apud eos, obsecro Rex regum, & Monarcharum Monarcha, tacere, uti apud Herodem tacuisti; sed loquere, & bonum dicere verbum, quod illorum in animis producat quodcumque desideras, & contra euellas, quidquid tibi displicet: quod verbi tui audiendi, & tui amoris effectuum experiundorum habeat desiderium, non à proprio sui ipsorum amore, nec à vana curiositate, sed à te solo dimanat, & in te definit, ut nimirum sanctam voluntatem tuam perspectam habeant, & omnibus in rebus compleant. Horum exemplo aula facile meliorem in formam redigetur, & omnis excessus & immunditiei loco, candida puritatis vestis passim refulgebit. Fuit olim, cum vitium honoris locum occuparet; superbia magnanimitatis nomine deceretur,

cēretur, auaritia cēremoniæ domesticæ, libido & luxus recreatio, blasphemia eloquentia haberetur, hæresis religio, & atheismus prudēs politica crederetur; sed beneficio tuo (quo nomine tibi gratias agimus) magna omnium facta mutatio & secuta emendatio. Quod enim tibi displicet, displicere ipsis etiam incipit, & passim fatentur omnes, nihil esse melius quàm in tua gratia agere, honestè quemquam & simul iucundè hoc in mundo posse viuere, vt diuinam tamen maiestatem tuam non offendat; cœlo simul & terra frui hominem posse; tentationum principijs obstando victoriàm haud dubiè sequi, & fugiēdo occasiones, appetitū irascibilē & concupiscibilē superari. Superest ergo, clemētissime Deus, quod quemadmodum omnes boni ac fideles Regis clientes ac præfecti quiduis pati malunt, quàm officio suo deesse, & glires & mures (vt iactant) antè comedere, quàm locum cui insident, hosti tradere, & vel mille potius mortes oppetere, quàm cum hoste vel minimum de actione loqui; ita gratiam ijs & simul mihi facias, idem vt ergà te faciamus, idemq; sentiamus, moriamur inquam potius, quàm causam tuam prodamus, quàm animæ nostræ arcem hosti tradamus, quàm cum inimicis tuis, qui proinde & nostri sunt, paciscamur. Nulla quidem apud Herodem fecisti miracula, hoc saltem coram & ad gloriam Dei Patris tui patra, & mox aula ea sanctitate effulgebit, quali in Gallia olim tempore S. Ludouici, qui omnis veræ nobilitatis exemplar emicuit.

MEDI-

MEDITATIO IX.

DE FLAGELLATIONE REDEM-
ptoris.

P V N C T V M I.

PILATVS audiens vidensque Iesum instan-
ter ad necem à populo deposci, Iudæorum
se rabiem aliquatenus satiare putabat posse, si
corripi illum iuberet: hinc ad flagra illum con-
demnavit, etsi eum innocentem & crederet &
sciret. credibile porro est, militibus edixisse, ut
acriter in ipsum sæuissent, quò videntibus com-
miserationem moueret. Imò si crucifigi illum
post etiam oporteret, semper ex Romanorum
lege & consuetudine, flagellandus erat reus: le-
gis huius finis erat, ne nudus crucifixus intu-
entium oculos offenderet, sed potius animos ad
compassionem triste hoc spectaculum excitaret.
Hinc opinio nonnullorum est, bis Dominum
flagellis subiectum, primò ut Iudæorum (ut di-
xi) furori satisfaceret, deinde lege Romana id ita
ante crucifixionem fieri iubente. Quidquid sit,
sententia nihilominus iniustissima, crudelissi-
ma, & ignominiosissima fuit. iniustissima qui-
dem, utpote in innoxium lata, qualem & Præses
eum sciebat: crudelissima, quòd nullus in ea ser-
uatus modus, nullum moderamen, etsi Iudæorū
lege cautum esset, ne vltra vndequadraginta
verbera flagellato infligerentur: ignominiosissi-
ma deniq; quòd flagellatio Mancipiorum, seruo-
rum,

DE FLAGELLATIONE REDEMPT. 273
rum, vilissimorumque hominum esset suppli-
cium.

II.

Sententia iam lata, lictores & milites immi-
tes magna barbarie Dominum & inhumanitate
in atrium raptantes veste illum superiore simul,
& interiori que erat desuper contexta per totum
exuerunt, nudumque coram omnibus stiterunt.
Deinde manus ambas anse, quæ in columellæ
capite prominebat, insertas colligarunt, vt ter-
gum simul & ventrem liberè commodoque fe-
rissent. Triplicia, vt quidem nonnullorum esto-
pinio (quam refert Salmeron tomo decimo tra-
ctatu XXIX. flagra adhibuere, vepres scilicet ac
spinas, deinde taureas ferro ad extremum obar-
matas, demum catenas ferreas, ad ossa vsque pe-
netrantes. Verberum multitudo varios lassabat
milites, certatim verbera ingeminantes, & inui-
cem superare feritate contendentes, sanctum e-
ius corpus ilico concisum & discerptum fuit;
sanguinis riui ad terram vsque defluebant è ve-
nis prorumpentes, quin & pars eius flagellis ad-
hærebat, & ipsa immanium tortorum brachia
truentabat.

III.

Per Mosem lege sanxerat Deus, vt reo ad fla-
gra condemnato, non nisi vndequadraginta, vel
ad summum quadraginta verbera infligerentur,
Deut. 25.
ne, inquit, sed è laceratus ante oculos tuos abeat fra-
ter tuus. Hæc quidem lex statuebat: ceterum sy-
gres hæ inhumane non aliter in Redemptorem
seuierunt, quam si ipsum exuendo, omnem suam
humanitatem simul exuissent. Nam nullo legis,
aut rationis, aut sensus communis intuitu, virgis
illum

illum ea inhumanitate conciderunt, vt iuxta S. Brigittæ reuelationem, sex verberum millia & amplius inflixerint, nec à flagellando destiterint, quamdiu aliqua carnis pellisue pars integra in corpore Dominico apparebat.

FRVCTVS I.

ET si acerbissima fuerit hæc sententia, eam tamē gratāter in animo suo Dominus accepit, ab ea non appellando, nec de ea conquerendo, vt me ad sui amorem cultumq; prouocaret, meque, viscera sua aperiendo, ad mea vnācum affectuum meorum medulla danda cogeret. Maxima illi haud dubiè infamia fuit, vbi se coram tanta militum, satellitum, & lixarum calorumq; multitudine nudatum conspexit, qui eò illum irridebant lasciuius & procacius, quò illum magis erubescere cernebant. O nuditas pro infami inuerecundaq; illorum impudentia, qui sine vllō pudore aut conscientia remorsu Creatorem offendunt satisfaciens! O pudor ab æterna nos cōfusione liberans! O confusio, Adæ & Eux se nudos corporaliter quidem propter partis concupiscibilis rebellionem, & spiritualiter per gratia iustitiæque originalis amissionem, cognoscentium confusionem reparans.

II.

Redemptor Iesus omnium mortalium erat pulcherrius, perfectissimus, & elegantissimus, corporis tamen eius conspectus sæuientium illorum tortorum emollire rabiem immanitatemq; non potuit. Idipsum & de sacerdotibus, magna irreuerentia celebrantibus, & omnibus indi-

DE FLAGELLATIONE REDEMPT. 275
indignè communicantibus dici potest: cum enim
gloriosum Domini corpus non reuerentur, quò
ipsum sepiùs sumunt, eò magis obdurescunt. Cer-
tum porro est, humanitatem eius non tantum
flagris læsā fuisse, quantū quotidie diuinitas eius
hominū sceleribus & infamibus vitijs offenditur.

III.

Mythicum filij Dei corpus, id est Ecclesiæ, à ca-
pite ad calcem vsque peccatis concisum erat,
nullaque in eo erat integritas, præterquam in
vnica Deiparâ: voluit ergo etiam nullum in cor-
pore suo naturali superesse locum, qui esset in-
teger. Et hoc in statu vidit illum Isaias dum ait:
*Non erat species ei neq; decor: & vidimus eum, &
non erat aspectus, & desiderauimus eum: despectum
& nouissimum virorum, virum dolorum, & scien-
tem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius,
vnde nec reputauimus eum. Verè languores nostros
ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos
putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo
& humiliatum; ipse autem vulneratus est propter
iniquitates nostras, attritus est propter scelera no-
stra: disciplina pacis nostre super eum, & liuore eius
sanati sumus.* Hocne propheticè loqui est an Euā-
gelisticè? Verū quanta & qualis Patris erat chari-
tas, qui à tanto tempore filiū castigare decreuit,
seruū vt recōciliaret? quæ & quāta filij obediētia,
quòd tā libèter, grātanterq; pœnis adeò rigidis a-
marisq; se subiecerit, vt pro inimicis satisfaceret.

IV.

Vt quale ipsum flagellationis tormentum &
cruciatu fuerit, dignè perpendā, quatuor notāda
sunt: Primum quoad corpus Redemptoris, quod
tenerū delicatū & iuxta absolutā naturalis ipsius
§ 2 comple-

complexionis perfectionem, maximè sensible erat. Adde, quòd tum non modò extenuatum, sed velut viribus exhaustum esset, ex agonia illa vehementi, quam in horto Gethsemani subierat, cùm tanta sanguinis sudorisque effusio non sine ingenti spirituum euaporatione & consumptione fieri potuerit: vt taceam etiam, quòd superiori nocte tam immaniter dureque habitus, sine vlla cibi sumptione aut quiete. Secundum, quoad ipsos iniustæ huius iustitiæ executores: erant quippe duri, rigidi, ac natura immites, quibus & ipse præses mandarât benignè illum, ob rationes iam suprâ allatas, haberent. Diabolus item (cuius flatum Iob carbones succendere ait) ad crudelitatem ingeminandam ipsos instigabat, vt, si fieri potuisset, in impatientiam Domini prolaberetur. Feritatem augebat assistentium applausus, & quam scribis se & Phariseis afferre sciebant voluptas, quin & ipsa Domini patientiâ, quam poenis irrogatis superiorè esse & præualere non ferebant, & sanè ad honorem certatim contendebant aliquam vociferationem, clamorem, eiulatumque; è Domino elicere. Tertium fuit, quoad verbera, quæ plurimi, præter S. Brigittam iam antè allegatam, plurima fuisse sentiunt, quin imò plus quàm quinque millia. Id ita persuasum habuit & scripto mādauit libro suarum diuinarum Insinuationum quarto S. Gertrudis, & P. Costerus Meditatione decimaquarta de passione. Quarta dolorum eius causa in incòprehensibili peccatorum persensualitatem committi solitorum, quantitate & qualitate consistebat, ad quorum expiationem immaculata illius caro ita affligebatur. E quatuor hisce considera-

tioni-

tionibus primò sanctum & salutare corporis mei odium eliciam. Secundò, amorem & benivolentiam erga illos, qui aliquid ad DE I gloriam patiendi mihi occasionem dabunt. Tertiò, quàm parui facere teneam omne id, quod pro Christo Iesu dixi, feci, & pertuli, si cum ijs quæ mei causa ipse dixit, fecit & pertulit, comparetur. Quartò, quo omnem impuritatem modo horrere, abominari, ei quæ promptè resistere debeam.

V.

Ad columnæ me pedem abijcere volo, vident quæ neminem Saluatori meo compati, modò in spiritu terram sanguine eius humectatam osculabor, modò flagra illa sanguine Redemptoris madentia cordi meo applicabo, orans ut ab omni me inordinato affectu curet & purget: modò etiam sanctam illam columnam circumstringam, magna quæ eam reuerentia salutabo, fortitudinis & perseverantiæ in sancto eius servitio donum efflagitans, ne villo tentationum flabe ab eo diuellat & distrahar.

VI.

Detritis iam flagellis, defatigatis carnificibus, Iesu Christo exhausto, milites eum dilaceratum & verberibus comminutum, & ob effusum sanguinem propè exanimatum soluerunt. Credibile est illum præ debilitate in terram concidisse, & vestes suas haud procul inde conspicuum ad eas usque proserpsisse, proprio se sanguine inficiendo, qui totum atrium cruentarat; eas quæ fieri poterat commodissimè, nemine illi ferente suppetias, quin imò omnibus eum tam immaniter habitum tangere, nedum iuvare exhorrescentibus.

iuduisse. Si verò ab hac haberi feritate alienus, & Dominum meum medijs in cruciatibus aliquatenus consolari & refocillare velim, ea quæ sequuntur, facere proponam.

VII.

Numquam scilicet quid, quod in se malum sit, & consequenter Deo displicens, facere, quò bonum etiam maximum consequar. Hominum verba iudiciaq; parum morari, nisi errare gravissimè velim. Cauere, nunquam vt conscientiam erroneam mihi fingam. Suspectam habere omnem de liberationem & resolutionem, quæ ad aliquod commodum nostrum refertur.

VIII.

Cùm nemo tam immaniter indigneq; tractari possit, ac Iesus Christus est habitus, quid est quod (extra iustitiam & curiam) de iniurijs & indignitatibus nobis irrogatis conqueramur? Cur semper primos gradus ambimus, cum Redemptor ipse seruilem semper vitam vixerit, & tandem mancipij & serui fugitiui in morem flagris exceptus sit? Cur carnem corpusque nostrum ita fouemus, cum iam inde à natiuitatis articulo ad vsque mortis horam filij Dei caro tam durè crudeliterque habita sit?

IX.

Nihil faciam, nihil dicam, nihil credam, nihil statuam, nihil proponam, quando aut ira, aut melancholia, aut morositas, aut spiritus turbatio, aut alia quæuis vitiosa passio dominatur, nisi omnem excedere limitem terminumq; velim. Quantopere porro ipsum sensualitatis peccatum Deo displicet, cum tam rigidè in virginea Christi Iesu carne id castigatum sit?

COLLO-

C O L L O Q V I V M.

ITa animabus nostris vultus tui lumen insculpsisti Domine, vt nec Ethnici ipsa virtutis semita declinare queant, nisi boni alicuius prætexitu. Quantum ergo noxia est conscientia erronea: eò verò magis, quod nemini non facillè sit, eam humoribus & passionibus suis attèperare. Hinc tanta opinionum diuersitas, tot sectæ, tot tamq; variæ per mundum religiones, inter quas tamen vna sola est. Te itaq; Deus, animæ meæ lumen, obsecro, vt ab omni me cecitate tuearis, amorem mei ipsius à me tollas, falsum præiudiciū, & omnem opinionem, quæ per passionem anticipata sit, auferas. Ignorantia & fragilitas primæ culpæ sunt appendices, & propter nimiam cum causa illarum participationem, illarum effectus vereor. Quoniam verò quem magnatibus deferimus cultus, accedente & personarum ipsorum splendore, non oculos modò nobis præstingit, sed etiam iudicia nostra ad ea, quæ desiderant, flectit & trahit; hinc ne permittas, obsecro, me incautum surripi, ne sinas inquam, veritatis speculum ante oculos meos inquinari ac lumen amittere; animum meum corrobora, iudiciū conserua, & iustitiæ bilancem in manibus meis rectam tene: vt Psalmistæ tui exemplo, de mandatis tuis, ante reges intrepidè testimonium perhibeam, & non confundar. Veritas primogenita cœli filia, terram metuere non debet: virtus nobilissima gratiæ propago, naturæ minimè cedat oportet, tuæque voluntas, sine hæsitatiōe vlla, omni alteri debet proponi.

Si verò propter illam & honores, & dignitates, & opes mundi huius negligendæ sunt, quantum potius omnem brutalem delectationem odisse, & turpes foedi corporis huius voluptates detestari oportet? Numquam dulcissime Iesu sacrum corpus tuum columnæ alligatum video, aut mihi propono quin eodem tempore ob impuritatem meam suspirem. Sordes meæ te inquinaverunt, vanitates meæ & marcidæ evigilationes te marcidum reddiderunt, immunditiæ meæ te deturparunt. Maledictæ delitiæ, scelestæ volutates, execrabilia gaudia, quæ Redemptoris mei dorsum tam immaniter sulcarunt, & pectus eius tam foedè discerpserunt! Quousq; olidum veneris volutabrum, infames cupidinis siliquæ, quousq; detestabilia aprorum Epicuræiorum tesqua, abominabiles Aristippi delitiæ, quousq; foedæ voluptates animabus infernali lanienæ destinatis receptaculū eritis & refectio? O Spiritus sancte, vere Deus amoris, puritatis auctor, impudicum & lascivum hunc amorem extingue & sopi. Tu quæter sancte Deus passiones brutales in nobis eneca: tu qui solus amabilis, corda nostra solus posside & tibi habe; tu ignis cælestis lascivas fornicis illius Babylonicæ flammæ & incendia extingue. qui eam accendunt dæmones, efficiunt, ut ad quadraginta cubitos in cælum flammæ suas eiaculetur: manda verò Angelis tuis, ut, qui vulneribus tuis effluxit, sanguinem ijs applicent, easq; ita consopiant & obruant, ut nonnisi humilitatis restet cinis, & si quo deinceps nos ardere igne oporteat, eo ardeamus, oro, quem ipse in terram attulisti & ibidem accendisti.

MEDI-

MEDITATIO X.

DE CORONATIONE REDEMPTO-
ris, & de Ecce
Homo.

PUNCTVM I.



Idimus immanes iniustissimæ & iniquissimæ iustitiæ administros executoresque, Iesum innocuum cædendo iam defatigatos, vincula & nexus abstulisse, & benignissimum atque humillimum Dominum iam solutum per terrâ proserpendo, vestes suas hinc inde per atrium sparsas collegisse. Quas indutas, iam sciendum est, vulneribus cruentis adglutinas fuisse, & sanguine vndiquaq; emanante perbibitas.

II.

Vix vestes Iesus induerat, quin ecce milites denuo per ludibrium & contumeliam suis eum vestibus exuunt, & tritam quandam clamydem coccineam induunt, spineamque plectētes coronam capiti eius infigunt, arundine percutiunt, eamque manibus eius sceptri loco inserunt, & genu ante eum flexo alij in faciem eius exspuunt, alij deridendo illum salutant: *Aus Rex Iudæorum.*

III.

Pilatus, ad triste hoc spectaculum Iudæorum forsan rabiem mitigandam sperans, Iesum corâ populo liuidum, discerptum, cruentatum, & deturpatum produxit, dicens, ECCE HOMO. Sed non secus, ac color albus elephantorum, & ru-

beustaurorum furorem exacuit, ita & Iudæi magis exacerbatī sunt, plena & stentorea voce ad crucem eum deposcentes.

FRUCTVS I.

Diaboli erga omnes Dei famulos odium & ineffabile est, & implacabile; hanc ob causam, etsi aliæ omnes defuissent, Iesum Christum imprimis oderat. hinc in Iesum Christum ad eò Iudæi concitati erant, & tot eius de medio sustollendi media tam industriè conquirebant. Eius instinctu satellites, qui eum flagellabant, vniuersam cohortem suam sexcentis hominibus constantem, collegere, vt nouo huic adessent spectaculo, quod rarum illic & scitè inuentum videbatur, eò quòd magno honoris & quietis innocentis Iesu dispendio parabatur. Vnde duo discō, primùm, ad tentationem eò me præparare debere ardentius, quòd me arctius Deo voluero coniungere, & fidelitate maiori seruire; alterū incomparabilem Iesu amorem permisisse, nouz vt sibi iniuriæ & cruciatus irrogarentur, vtpote cui ordinarij satis non essent, quo suum, quo nos prosequēbatur amorem, & intolerabile peccatorum nostrorum pondus semper magis magisq; ostenderet. Nam vtī peccatores ab ambitione sua cupiditate & lubricitate abrepti, extra ordinarias nouasque Dei offendendi, cupiditatibus suis satisfaciendo rationes conquirunt: ita & Iesu Christo pergratum fuit (sine vlla tamē patris sui offensa) nouas horum peccatorum in se puniendorū & sanguinis sui ad eadem expianda effundēdi rationes excogitari, illud prophetæ vaticiniū complendo *fructū ad inuentionū suarum comedet.*

II. Qui

II.

Qui alios docent peccare, aut ad malè agendum impellunt, carnifices hosce imitantur, qui plurimos collegère, vt ab iis Redemptor exhibilaretur, & subsannaretur.

III.

Sex cruciatuū genera hoc ipso in atrio in quo flagellatus fuerat Dominus pertulit. Primò, vestes illi ablatae etiam interula contexta: quod nō minorē illi dolorem quàm ignominiam attulit, dolorem quidem tum quod interula sanguine vulneribusque carni adhæresceret, tū verò quod probabile sit, illos immaniter nec parcēdo, conuiuendoq; eā exuisse; pudorē, quod virginea eius caro rursus corā infami hac multitudine detecta & nudata fuerit. Secundò, longa quadam veste purpurea, quam chlamydem Latini nuncupant, quæque regium erat indumentum, per ludibrium indutus fuit, quò scilicet ipsum subsannarent, falsumq; supposititiū ac theatralem regē nominarent, vt morionē sannionēq; ipsū habentes. Tertiò, imposita capiti eius corona, nō aurea, nō argentea, non rosacea, non florida, sed è spinis pungentibus contexta, quæ caput illi velut pileus texerunt, cutem penetrarunt, venas aperuerunt, è quibus sanguis vberimè in oculos, genas, barbamque defluxit, quē tamen ob vinctas manus abstergere nequinit. Quartò, data in manus canna aut arundo, idq; per summam contumeliam, dum inane & non subsistens eius esse regnum, vel regem esse arundineti & paludum, arundineq; mutabiliorem, quin & mentis impotem, quod R E G E M se dixerit, significare, volunt: idque palmarum & ramo-

rum,

rum, quibus Hierosolymam inuectus, exceptus à populo erat loco. Quintò genu ante illum flectentes subsannando ridendoque illi dixerunt: *Aue Rex Iudeorum*; in cœlo ab Angelis laudabatur & celebrabatur, & in terra ab hominibus irridetur & exploditur. Hierarchiæ cœlestes ipsum velut Deum suum & verum regem adorabant; homines propter quos homo factus est, non propter Angelos, ficta illum adoratione velut falsum quoddam numen, & regem coloratum salutabāt. Sexta, hæc salutandi formula *Aue*, &c. perfidi Iudæ salutationem Domino in memoriam reduxit, & hæc binæ sunt salutationes, quibus in passione Redemptor est salutatus. Notandum hic est, scelestos hosce salutatores non nisi vnum flexisse genu, vt Euangelista notauit. E quo & reliquis, quæ sequuntur, elicere documenta debeo.

IV.

Animarum nostrarum sponfus candidus est & rubicundus, puritate candidus, & charitate rubicundus: vestis candida quam in aula, Herodis indutus fuit, denotat illam, coccinea vero, qua in Pilati prætorio circumdatus, hanc repræsentat. Hos ergo colores gestemus, & vanos mundi honores, velut dedecoramenta & ignominias habeamus, & vt verum honorem, quod mundus velut ignominiam & opprobrium ducit. Credā item, probrosa hac clamyde coccinea, sanguinolenta nostra delicta repræsentari, quæ maiorem haud dubiè dolorem Domino confusionemque quàm reliqua opprobria & impropria attulerent.

V.O

V

O bonitas, ô Dei erga homines mansuetudo ineffabilis! ipse eos coronat & redimit gloria, ipsi ignominia eum complent: ipse propter infinitam misericordiam suam bene illis facit, ipsi qua sunt barbarie & immanitate malû illi irrogant, peccatorum ipsorum, & imprimis superbix & luxuriæ enormitas & grauitas, vera terribilis huius coronationis causâ fuere. Hæc fuere iunci illi marini, quæ vltius penetrarunt, maioremq; illi dolorê causata sunt. Ros se & floribus redimiunt peccatores, in omnibus delicias suas queritantes: & hominum Saluator sibi spinas & afflictionis coronam seligit, vt tria hinc discamus; Primum quo cœlestem coronam comparemus spineam coronam antea gestandam. Secundò, omnes qui in gloria coronabantur, per ignominix eius merita coronandos. Denique regni eius non fore finem: aliorum quippe regum corona facillè tollitur, in capite collocatur & reponitur; hæc verò stabilis est, fixa, & immutabilis, & figura vndiq; orbiculari quæ durabilem eius æternitatem significat.

VI.

Arundo denorat, quàm parui eius doctrinâ & quàm docebat perfectionem facerent, quasi omnia hæc nō nisi ventus vel arundinis medulla fuissent. Quam Dominus ignominiam humiliter admisit, Cannamque non est dedignatus accipere, nec à se abiecit, nec repulit, sed oblata accepit ac benedictis manibus suis tenuit, & velut eximium contemptus quem quærebat indicium strinxit. Si regia hæc virga semel nos contingeret (vt optandum est) maioris efficacix ad vitam nobis

nobis dandam foret, quā olim illa aurea Assu-
ri; mentibus siquidem nostris mundi contem-
ptum imprimeret, & diuinæ erga misellas ani-
mas nostras clementiæ & misericordiæ in æter-
num hieroglyphicum foret.

VII.

Aureum Regum terræ sceptrum vanum est, in-
ane, fragile & arundinis instar caducum; sceptrū
Christi mundo quidem ridiculum est, sæculorū
tamen æternitati par. ita piæ sanctæque actiones
à vitiosis differunt, ita à veritate vanitas.

VIII.

Duo peccantium sunt genera, quos & Iudæ
& impiorum militum denotat salutaris. Primi
sunt hypocritæ, qui Christum Dominum ama-
re & honorare se fingunt, etsi cor ipsorum ab i-
pso quā maximè distet. Alij publici sunt, ce-
terosque offendunt, qui sacra ac diuina risu ex-
cipiunt. Ab utrisque Dei filius, ad salutem cete-
rorum, rideri non dedignatur.

IX.

Non sine mysterio Euangelista ait, genu, &
non genibus flexis, illos Dominum salutasse, vt
hinc colligamus mundanos se totos Deo non da-
re; & si genu vnum ad eum colendum flectant,
alterum mundi cultui reseruare, vno genu ho-
nores, delicias, diuitias, altero diuinam maiesta-
tem adorando. Quæ illis pietas parum pro-
dest, non enim riualet patitur Deus, nec parem
cum alio quopiam in cultu partem habere.

X.

Passus est Redemptor in Pilati prætorio ab
Ethnicis, quod apud Caiphā à Iudæis, præter-
quam ob uelationem oculorum, quæ ad faciei
eius

DE CORONATION. REDEMPTORIS 287
eius speciē & maiestaté, vtpote iā planē deturpata, velandam non erat necessaria. Alij namque arundine caput eius percutiebant, tum vt ipsum cæderent, tum vt spinas infigerent profundius, alij illi alapas dabant, alij in faciem conspuebant, viscosis & purulentis eam sputis & phlegmaribus foedantes, etsi verò nonnisi tria hæc Euangelistæ retulerint, credibile tamen alios palmas & pugnos in faciem eius dedisse, alios pedibus propulisse, & cubitis trussisse alios, alios barbam euulnisse, linguam alios extraxisse, cachinnis alios & sannis, explosionibus excepisse, prout diabolus, qui passionēs ipsorum obsidebat, & irascibilem animæ ipsorum partem occupabat, suggererebat, accendebat, & instigabat.

XI.

H I C noro, iram impiorum longē in pios quā in sui similes vehementiorem amarioremque esse : Satan quippe sæpē vltērius procedit, & flauam bilem & choleram magis in aduersantes sibi, quā in clientes suos concitat & exacuit. Item video vnam ē primariis peccati mortalis appendicibus esse, quod qui ipsū cōmittit, diaboli instrumentū & Satanę organū fiat, quoad odiū, quo Deū eiusque famulos prosequitur, exercendū vtitur.

XII.

Lusus hic & irrissio Dominum lassauit & exhaust, caput ob sanguinis inde emanantis defectum debilitauit, capilli, frons, oculi, genæ, & facies omnis deturpata liuorem contraxit, nemo vt adesset, qui eius commiseraretur, qui barbaram immanium illorum luporum feritē coërceret aut impediret, nemo qui sordes abstergeret. Faciei eius is erat horror
actur-

ac turpitudine, manibus eam vt tangere ipsi tortores vererentur, & nonnisi fustibus eam percuterent, & eminus conspuerent, donec & ipsi vexando, maleque eum tractando defatigarentur. Clemens tamen Dominus adeò laboribus nō cedebat, nouis se vt præpararet, ita quidem imminentibus, vt superioribus propè annexi & cōtigui forent. Hinc discam ipse, aduersis, iniuriis, calumniis, vt persecutionibus etiā maximis grauisissimisque nunquam cedere: vel enim demerito meo ex iustitia mihi illæ contingunt; vel diuina permittente prouidentia, ne quid deterius accidat; vel è speciali gratia, vt tolerantia ac passionum Dominicarum ita magis reddar particeps: & sanè singulare Dei erga me priuilegiū & donum est, filium eius comitari, sequi, eiusque coloribus indui posse.

XIII.

Vti malefaciendo mali numquam defatigantur, ita nec bonos in benefaciendo lassari oportet: vt illi in malitia semper crescunt, ita hos semper in bonitate oportet proficere: atque vt peccatum vnum trahit & alicit alterum, ita vnum bonum opus alterum attrahere necesse est.

XIV.

Multi humiliati sunt, qui humiles non sunt, multi vice versa humiles, non tamen humiliati. Docet Redemptor Iesus nos humilitatem habere in animo, & humiliationem & deiectionem foris aduementem gratanter admittere debere.

XV.

Vt Redemptor ē qui sequatur candida puritatis togæ, & charitatis purpura vestiatur, & passionē inordinatas velut scepro preinat oportet.

Illi

DE CORONATION. REDEMPTORIS 289
Illi porrò filij Dei caput arundine percutiūt, qui
propriū vento, sublimibus cogitationibus,
iudiciis temerariis, lasciuīs amoribus, erroneis
opinionibus, vanis gaudiis, doloribus, aliisq; vi-
tiosis agitationibus oppletum habent.

COLLOQVIUM.

SI ad primam, quam in domo Pontificis recepisti alapam, Agne mansuetissime, terram dehiscere fecisses, vti dum Core, Dathan & Abironem ipsa absorpsit; vel si ignem cœlo demississes, vt qui pentecontarchos cum cohortibus suis ab Achabo submissos deuorauit; si leo, qui prophetam immorigerum discerpfit; vel vrsæ, quæ etiã pueros in Elisæum iniurios dilaniarunt, suã in illos rabiem exeruissent, qui primi manus extenderunt, quò tuas vincirent; inimicorum tuorum furor & malicia non tantum, honoris & vitæ tuæ dispendio ac præiudicio, excreuisset. Verũ iam clementissime Domine venerat hora, non miracula faciendi, sed qua immanibus terræ monstris obliicereris, non ad claudis gressum reddendum, sed vt sub verberibus occumberes: non vt cæcis visum restituas, sed vt tuum offuscaret qui capite tuo promanabat cruor: non qua auditum surdis dares, sed vt ad omne opprobriorũ, iniuriarum, blasphemiarumque genus paterent: non qua paralyticis sanitatem afferres, sed qua ipse omnibus liberis corporis tui functionibus priuatus appareres: non qua velut cœli terræque monarcha, sed rex theatralis & umbraticus compareres: non qua incomparabilis potentie sceptrum in Angelos simul & homines vniuersos

T

exten-

extenderes, sed ignominie ac turpitudinis
 teneres; non cui immortalitatisque gloria con-
 reris, sed vili lacerna: non qua tribus te omnis
 totam terræ molem appendere declares, sed quæ
 ut crucis pondus humeris gesses: non denique
 qua mortuos ad vitam reuoces, sed quam mortem
 ipse oppetas. Atque ut per ironiam de patre
 neris humani parente dictum erat: *Ecce Adam
 latus vnus ex nobis factus est*; ita de secundo
 etiam dici verè oportebat, et si per contumaciam
Ecce homo. Ah homo hominum rex, cœli terræ
 honor et amor, Homo Deus, et Deus homo,
 te non diligit, ecquid diligit; qui non admittit,
 quid quæso admirabitur? Ecquando illa erit dies,
 qua cor pio corde, affectum pro affectu, charita-
 tem pro charitate tibi reddendo, omnes mun-
 denos honores vituperiaque nobis planè sordebunt
 quando ignominiam ut gloriam, et huius cœli
 næ tuæ opprobrium velut summum habebimus
 decus! Quando, fillarum Sion exemplo, spirituum
 tuarum amore, & tui in cruce ferenda adiun-
 ctu desiderio transfixi, tibi occurremus? Quando in
 ptiali charitatis tuæ stola vestiemur: quando de
 de matris loco nobis erit beneficiorum tuorum re-
 cordario, & sceptri vice despoticum, id est
 lutum in passionibus nostras dominium ac potestatem
 Quando in mundi huius theatro velut homines
 sibi mortui, ac tibi soli viuentes spectabimur?
 Quando de me in particulari dici poterit: *Ecce
 homo, ecce Dei famulus*? ita fiat Deus veritas, &
 verè fiat & quidquid cœlo terraque con-
 tinetur libens, cuiusque de-
 mum cesserit, cedo.

MEDITATIO XI.

IESVS RVRSVS AD POPVLVM PRO-
ducitur, & a Pilato postremo interrogatur,
& mox ad iudicatur.

PVNCTVM I.



Ilatus ingressus locū in quo licitorū
& militum procaciū scopus & pra-
da fuerat Dominus, adeo deturpatū
& tam indignē eum habitum vidēs,
populi furorem & maniam sanguine
quem effuderat cessaturam, illorumque animos
vbi hoc in statu eum contemplarentur, mitigan-
dos putauit; Hinc militibus mandat, vt eminenti
in loco eum sisterent, vnde ab omnibus conspi-
ceretur; & prægressus ipse paululum, alta incla-
mat voce: *Ecce adduco vobis eum foras, vt cogno-
scatis, quia nullam inuenio in eo causam, aut culpā
que mortē promereatur; secutus mox illum Ie-
sus exiit purpura circumdatus, & spinis coro-
natus. Ad hunc cōspectum & vocem, Pontifices,
ministri aliique voce vnanimi inclamant: Cru-
cifige, crucifige eum.*

II

Timuit Præses, & ingressus denuo prætorium
ait ad Iesum: *Vnde es, tu?* Iesus autem nihil om-
nino respondit. Cui Pilatus: *Nescis esse mihi tui
& crucifigendi & liberandi potestare?* Respōdēs
Iesus ait: *Non haberes potestātē aduersum me vllā,
nisi tibi datū esset de super.* Tum verò multò magis
eū Pilatus liberare studuit: sed instāt sacerdotes,
comites: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris;*
id est, si hunc di miseris apud Cæsarem te defe-
remus, quod eius hostem quicūque Regem se eius in-

T 2

præa-

præiudicium, faciebat, à morte liberaris. Per-
culerunt hæc Præsidem verba; sibi ergo meruens
denuo eum foras produxit, & ait: *Ecce homo, ecce
Rex vester.* quasi diceret: Ecce miserum hunc quæ
regnum appetere dicitis. Videte, num aliquam
regis imaginem habeat, videte hoc illius diade-
ma, hoc Sceptrum, hanc purpuram, qua ornatus
est, & videte num qui hoc in statu est, Cæsari ad-
uersari queat, aut de imperio cum eo decertare.
Ingeminant Pontifices: *Tolle, tolle, crucifige eum.*
Quibus Pilatus: *Regem vestrum crucifigam?* In-
stant dicentes: *Non habemus regem nisi Cæsarem.*

III.

Pilato pro tribunali ad Christi causam diu-
dicandam sedenti huntiauit vxor, ne quid aduer-
sus iustum hûc decerneret, se enim in somnis no-
ctu eius causâ multa passam esse. Vociferante ta-
men magis populo, & vehementius instantibus
Pontificibus, postulara aqua lauit manus coram
omni populo, dicens: *Innocens ego sum à sanguine
iusti huius vos videritis.* Ingeminant clamantes:
Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tum
Pilatus adiudicauit fieri petitionem ipsorum,
Iesumque in manus ipsorum tradidit, vt quod
vellent de eo statuerent.

FRVCTVS I.

CIVM Redemptor in monte Thabor transfi-
guratus faciem solis instar fulgentem red-
didit, & vestis niuis in modum alba apparuit,
nonnisi tribus Apostolis hanc suam gloriam ma-
nifestauit: sed modò purpurea lacerna amictus,
& corpore contrito, contuso, lacero, deturpato
ab v-

ab vniuersa videtur se voluit, vt hinc discam
humiliationem exaltationi, & ignominiam etiam
maximam gloria sibi proponere.

II.

Verba hæc: *Ecce homo*: dupliciter considerari
queunt, primò à Pilato proprio instinctu, dein-
de velut Spiritus sancti motu prolata. Et primò
quidem, in quantum à Pilato dicta, significant,
Ecce homo, qui se regem, Messiam & filium Dei
dicit, tam verè homo passibilis & mortalis est,
vt omnium hominum sit miserrimus & calami-
tossissimus, cum vix amplius hominis imago sit,
vt pote omnium abiectio & vulgi fabula. Qua-
propter miselli huius Iudæi miserescite, Iudæi
huic compatimini, nisi omnem humanita-
tem exueritis: *Ecce homo*. Et ex hac expo-
sitione admirabilem diuinæ sapientiæ effectum
elicio, quod scilicet tantum se hominibus subie-
coris, quantum aduersus Deum se homo exulte-
rat: & ad oculum video, tam abominabilem su-
perbiam, qualis nostra est, tam admirabili hu-
militate curari debuisse. Secundò, hæc verba: *Ec-
ce homo*, in quantum à Spiritu diuino dictata, sed
Præfidis ore prolata, hoc depotant: *Ecce, homo*
hic, etsi solū homo videatur, homine tamē quid
maius est, est quippe Dei filius, Angelorum & ho-
minum caput ac Princeps, promissus Messias, ab
omnibus nationibus expectatus, generis huma-
ni redemptor, vnicus rerum omnium reparator,
cuius ea est & fuit charitas, vt hominum causa
tristitia & pudendam hanc imaginem induerit.
Hanc ergo mihi hic vocem dici putabo, Ama i-
gitur, leui, & fide in illum, qui magis tuus est,
quam ipse sibi, qui plura pro te agit & patitur,

quàm tui ipse causa faceres & patereris. Tertio hæc verba velut à Deo Patre, plata cogitabo, mihiq; dici: *Ecce homo*, quē in mūdū misi, vt hominū doctōr esset, omnis sanctitatis ac pfectionis exemplar, illius tātō in opprobrio humilitatē admirare & æmulare, illius in tātā nuditate paupertatē, in tātis vexationib. māsuetudinē, tot inter iniurias patientiā, tantos inter dolores longanimitatē, inter tot blasphemos modestiā, inter tot persecutores obediētiā, eius deniq; erga inimicos charitatē. Contēplare hūc hominē, sequere hūc hominē, & tuos ab hoc homine oculos, & cor nunquā declina. Nā, *ecce homo*. Quæ verba postquā ruminauero, dica: Iubes me, Deus, Domine ac protector meus, huncce hominem filium tuum, & filiū hominis intueri; equidē paratus sum, sed ea conditione, vt tu, eius simul & meus Pater, in ipso & nūquā sine ipso me inspicias. Responde igitur, summe Pater, respice in faciē Christi tui, tuum ille speculū est, ipse verbū, qui tuā tibi essentiā representat, propter hæc ergo imaginē illā quæ in me est reforma, eāq; ad prototypū suū effinge & restitue.

III

SC E L E S T A plebs funesto hoc schemate adeò non delinita aut placata est, vt magis irritata plenis faucibus inclamarit: *Crucifige, crucifige*, legem proferens, ac secundū illam ipsū mori debere inclamans. Hinc discam, esse, fuisse ac semper futurum, vt impii, ac præsertim hæretici legem vnā ad legem aliam oppugnandam, Scripturam contra Scripturam depromant, & Christum Christo opponant & oppugnent.

IV.

Mirabiles virtutis sunt effectus, & ineffabilis fuisse

fuisse energiae manifestum, gravitate nāc
patientiam filij Dei oportet, ethnicum hominem
ut credere faciant (vel saltem permittant) tam
male habitum & tractatum hominem Dei esse fi-
lium posse.

V.

In Dei causa prompti admodum & eloquen-
tes esse debemus, in nostra verò tacere, & verbo-
rum parcos nos esse oportet: ita namque Redem-
ptor nobis praeiuit, tum tacens quando se ipsum
commode defendere potuisset, tum verò loquēs,
quando Dei honor propugnandus erat. Quando,
verbi gratia, Pilatus à Redemptore petit: *Vnde
es tu* ne verbo respondit: at quando subiunxit:
*nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & pos-
tatem habeo dimittere te?* tunc respondit hoc sen-
su, noli ob auctoritatem quam habes, gloriari
aut insolescere, neque enim à te ipso eam, sed e
coelo accepisti, à Patre meo datam, sine cuius vo-
luntate ac nutu nullam adversum me potestatem
haberes. Quam verò bonum & iustum est agno-
scere, omnē bene ordinatam auctoritatē à Deo
deservire, & divina maiestati eius, in Regibus,
Iudicibus ac magistratibus, nos obedire & hono-
rē deferre.

VI.

Rex quidem Israhel, ut in tertio Regum libro
scribitur, regio se paludamento cum hoste certa-
men inturus exiit, ut hoc pacto mortem, quam
illi hostis parabat, evitaret, ut qui solū eū petere,
non perire cōsueverat: ita dulcissimus Iesus
regia immortalitatis suae schemata deponit, quo
invisibile reddens, sed regia insignia & nomen
regis assumit, quo morti traderetur, & ecce eundē
tempore sui irrisione sceptri, quietam securamque
nobis immortalis coronae suae possessionē cōpa-
rat.

T 4

VII., Pilatus

Pilate: Ecce Rex vestrus, Iudeis dicitur, Iudei
 nullis sensum tacito propositum Deum quod
 tres vestri tot votis expectant, ecce regnum
 vestrum, ecce Messiam, ecce quem Prophetæ
 fecerunt, ecce qui super thronum Davidis
 perpetuum considebit, ecce qui equitatis
 vinctus regnum tenet, cultus regni non
 eris finis, vinctus diaboli vos servit
 te ac tyrannide vestrum est eum
 agnoscere & recipere, palam
 fateri, tanto vos beneficio insignit
 ditos. unde disco nullam in mundo gratiam
 esse maximam, esse, quam peccatum
 ingratiæ suæ non tollas, & passionis
 igne & ardore recensita, solis ac
 luminis conspectum, vnde Pseudo-
 graphus ait, penitus amitti.

VIII.

Verba hæc: Tolle, tolle, insignem
 barbari cunctis humanitatemque
 præferunt, quasi dicas, quod
 quam illum amplius oculi nostri
 viderant, nunc nescio, nec bis
 præstita, gravis est nobis, ferre
 non possumus, alias illud videre
 græve nobis difficile fuit, id
 ne quidem videre sustinemus
 scilicet re & opere ipso
 executi sunt, quod olim

Sap 2. 10

sapientia prædixerat: Opprimamus
 quoniam inutilis est nobis, &
 contrarius nobis, & improprie
 nobis peccata legemque
 famat in nos peccata disciplina
 nostra. Proinde sciamus
 scientiam Dei habere, & sciamus
 Dei se quod est nobis in
 tractatu huius cogitationis
 rum. Gravis est nobis
 animus ad videndum
 diffusi, is est alijs vis
 illius. Atque hinc
 immortalis & immortalis
 priorum erga bonos
 iustosque videtur
 nati solet.

IX.

Sicut Iudæi tyrannum quàm Iesum Christum in regem habere maluerunt, ita peccatores superioritatem & imperium, quod in ipsos demon peccato arripit, ei quod Deus habere posset præferunt: atque ut Iudæi regnum suum temporale spirituali reiecto amittere, ita & peccator animam iuxta ac corpus, tempus & æternitatem amittit, & iam inde ab hoc tempore magnis spiritibus amaritudinibus se exponit. Neque enim vlla bonum efferatione potest, à Creatore se suo subducere.

X.

Visiones & spectra, quæ in somnis Pilati vxor passa est, vel à cacodæmone, vel Angelo bono procedebant, prout varij variè sentiunt Doctores: & ex utroque sensu fructum mihi aliquem elicere possum. Si enim à maligno immunda sint spiritu, hinc disco quanta scelestorum horum spirituum sit cæcitas, & quomodo diaboli ipsius etiam opera ad opus suum complendum, & inimicorum suorum molimina destruenda Deus utatur. Cæcitas in eo sita, quod licet vidissent demones hebdomadas Danielis transactas sceptrum de domo Iudæ sublatum esse, peperisse Virginem, & tot tamque illustres & ad discernendum distinguendum, & agnoscendum Messiam aduentum evidentes iam adimpletas & finitas prophetias, ita tamen inferni rabies, desperatio, superbia, & Dei odium scelestas ipsorum mentes vertigine opplessent, iudiciumque turbassent, ut nescirent verene Christus Dominus Dei esset filius, imo ne quidem dum iam mortis esset sententiam accepturus ea de re certi quid scirent.

T ;

Videa

Video item quomodo seipfos destruant, & suum Deus semper opus promoueat, quod scilicet malignus tantum mundi redemptionem pronoueat, quantum de eo se gessit vlcisci, cuius ferre sanctitatem, doctrinam, & opera non poterat. Si verò à bono immissa somnia sint angelo, & fortè ab angelo mulieris huius vel mariti eius custode, bonitatem Dei nostri admiror, adoro, eique gratias ago, quod etiam scelestissimis & improbissimis quibusq; Angelos protectores & pælagos assignet, à quibus ad bonum pertrahantur, vel, si se huius incapaces reddant, saltem à malo committendo illorum operâ retrahantur, vel à peccatis grauioribus deterreantur. Hanc ob causam & suum Antichristus ipse Angelum custodem habebit.

X.I.

Communis omnium nostrum mater Ecclesia quotidie sponso suo inclamat, & orat, eius vt sanguis super se ac filios suos effundatur & maneat; sed alia longè intèctione, quâ petebât scelestæ illæ & infandæ fauces clamantes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*. Petit ipsa, vt sanguine hoc filij sui ab omnibus culpis lauentur, purificentur, sanctificentur, Deoque Patri accepti reddantur: illi verò suum offerebant, quo sanguinem Redemptoris effunderent, flagella & castigationes eas in caput suum arcessentes, quas mors merebatur eius, qui ipsorum erat & pater, & frater, & doctor, & dux, & saluator, & Redemptor, quique insuper non innocens modò, sed ipsa erat innocentia. Eodem item cum discrimine verbo Dei vtuntur hæretici, & rebus sã-

IESVS MORTI ADIVDICATUR 299
bus sacris sanctisque venefici & incantatores.

XII.

Certissimum est Pilatum nonnisi humano intuitu æquitatis leges perfregisse, dum sibi metuit, ne a ludæis apud Cæsarem infimularetur, si in innocentem hunc non animaduerteret. Quoties eheu ! homines ne mundo displiceant, Deo displicent? Quoties magnatum mundi huius timor & reuerentia transgredi instituta iussa-que cogit eius qui vniuersi huius monarcha est?

XIII.

Illi cum Pilato manus lauant, qui erroneæ sibi fingunt conscientiam, & latere se putant, si quando rationes in animo suo inuenerunt, quæ malum, quod intendunt, aliquatenus excusare videtur: verbi gratia, dum venereus ac lasciuus, dolere se quidem de Dei ait offensa, sed natura se sua ad venustam aliquam amandam ferre: eius ut obliuiscatur omni se quidem ope eniti, sed memoria eam sua proscribere non posse; inuentum voluptatibus impendendâ, dum durat; Deum denique tam exactè in singula non inquire. Foenerator nolle se quempiam lædere dicit, ac malè se habiturum si quem læderet, aliena se bona nulla ratione appetere, ac promptum sibi opus fore pecunia, ubi filii nobiles collocanda erunt, non posse se illam aut in redditus aut mercaturam impendere, neue eam sine lucro & fœnore quietam tenere. Ait ultor, eum qui veterem sustinet ac fert
iniq.

inuicem, obuia habent quædam, quæ non
 di se causa vitionem sumere, sed ut patet
 discat hostem, cum ceteris milias, sed non
 mos superbiatq; sumere, cum aduersus
 surgis irator, vacca sequirem eam. Ceterum
 rus docere Apostolum, filijs dei sanctis
 se pecunia se grauari, eaque se abundanter
 mare se pecuniam, sed quæ inde sequuntur
 moderates, & qui sua rite custodit, nemini
 rum esse; atque ita de ceteris. In excusa-
 tum se filij Adami & filij Euz a progeni-
 bus suis maioribusque non degenerant, & ante
 & post peccatum admissum in procudendis
 culationibus & pretextibus quam vberimi sunt
 & fertilissimi, O. excusationes accusantes!

XIV.

In hoc Hebræorum ac Pilati facto non
 nullam esse seditionem commotionemq;
 culosiorē; nec machinationes vllas magis
 tendas, quàm quæ religionis aut status
 mandatorum committuntur. Notabo
 non vultis vultus culpa; qui alterius suggestione
 ipsam committit. Adhuc hunc quoque cur
 solitare manas, qui bonam quidem habet
 rationem, in malam tamen actionem prauis

XV.

Acquisito animo mortis sententiam
 clarat Redemptor accepit, & a Patre
 iutate decretoque eam, ob hominum
 descendere considerant; interius se in
 stum obtulit, & insignem exoritur
 feritiamq; vultu prout, a consensu
 pellans, quod alioquin facere com-
 set; non sui ut miseratione tangerentur
 canis

IESVS MORTI ADIVDICATUR. 301
cans, non de iniurijs conquerens, non iudicem
ministrosq; maledicens; sed prompta voluntate
furibundo se hostium, præ plausu & lætitia vociferantium,
sibi quæ inuicem quod votorum tandem facti essent compotes,
congratulantium odio committens & cedens: Illius ergo exemplo
ad eam excipiendam sententiam parati sumus
quam ipsi de nobis pronuntiare visum fuerit,
tam in aduersis quàm prosperis, tam in sanitate
quàm morbo, tam in vita quàm morte. Idipsum
fecit & sanctissima eius mater auditis ijs quæ
contigerant, eum secum & se cum illo ad voluntatem
Dei Patris plenè complendam offerens.

SOLILOQVIVM.

Pilatus ait: *Ecce homo*, ecce quem cupitis; &
commiseratione motus hæc ait; Indæus dicit
Ecce homo, ecce scelestus, ecce malefactor, sed irridèdo. Ethnicus ait: *Ecce homo*, qui alijs salutem
efficit allaturus; & dicit eum abhorrendo. Diabolus
item ait: *Ecce homo*, quem hominum fabulam
& opprobrium feci; & dicit illi impropèrando
& insultando. Angelus similiter dicit: *Ecce homo*,
Angelorum simul & hominum rex; & dicit ad
admirando. Maria quoq; ait: *Ecce homo*, de substantia
mea substantia & productio, propter hominum
salutem viuens & moriens; & dicit Si-
meonis ense transfixa. Deus Pater pariter ait: *Ecce homo*,
filius hominis, Deus & homo, & homo
Deus quem hominibus dedi; & dicit summè ad-
uersus inhumanam hominis ingratitude &
maleuolentiam indignatus. Tutum est videre,
anima mea, quo sensu & affectu ipsum dictu-
ra sis.

304
ra sic lieta, et in ignem, et in cinerem
transitum, luidum, & plaga suggestum
ecce qui pater est rex, princeps, pater, frater
suis. Ecce homo, qui ceterum ceteris digne
qui tribus potentia, spiritus est, & bene
digitis vniuersam hanc machinam sustinet
cum hac arundine inuisibile tenus vultu
peru man gestat, qui rix sumi, & mortis
habet, qui ambulat super pennas ventorum
iratos maris fluctus, quoties liberit, & mitigat,
& mitigar, qui fluide huic elemento cedere
posuit, quos transire non potest, & licet
tamque potens. Ecce homo, cuius caput
bus quisque spineum diadema imponit, cuius
manus avaris sceptrum dat illusionis, quem
sciens funibus & vinculis captiuitatis, cuius
cuius humeros vindicta apparet, cuius
scriptus chlamyde circumdat. Ecce homo, qui
die, omni hora, & momento male ab hominibus
habitus & tractatus. Quid de hoc homine
anima mea? quid facies? cumq; amplius
& cruciaria via, vi eorum ab his fieri videret
de persequentium esse vi numero? cum
Iudaeis vili pendos, cum ethnicis ludibrio
bebis? & scelestorum demonum instar illi
saltabis? Viden' hae omnia tui causa, illam
tui inquam causa, quasi sola in mundo
scisne idcirco manus eius vincas, ut in
tatem te affereret, ut illius, vinculis
solui? illius te captiuitate in libertate
dicari? agnosceis idcirco illum gestans
arundinem, interiore ut tibi regni, quod
passionibus tunc dirigendis consistit, scopum
uaderet? Intelligens, purpurem, illam

IESVS MORTI ADIVDICATUR 303
ignominiosam nuptialem charitatis esse stolam,
quate induere cupit ? praevidensne ab amara
hac corona caput tuum iam olim diademate
gloriae coronandum ? Quis hic homo est , a-
nima mea ? quis ille Philanthropus , quis il-
le amans, quis ille diligens, quis & quam ama-
bilis, & super omnes amabilis ! verum quid a-
gemus ? ad matremne illum perducemus ! Eheul
haec in mortem eius assentit , sciens ita ipsum
velle, mortemq; elegisse : An ad Patrem coele-
stem deducemus ? illius verò decreto omnia haec
patitur : coelum terraque igitur eius in mortem,
contrario licet fine & principio plane opposito,
conspirant. Nullum, anima mea, praeterquam
crucem, qui eum recipiat, inueniemus ; so-
la haec illi fida ad mortem usque comes erit,
ipsa illum sustinebit , feret , retinebit , ipsa
ad extremum usque spiritum illum com-
plectetur. Ad crucem hanc ergo nos confera-
mus, crucem stringamus, & amemus, crucem se-
quamur ; quod ut constanter , & ad mortem
usque faciamus , quo eadem ornatus fuerit,
& eadem grauius praematri suae oc-
currerit modo , medi-
temur.

MEDI-

MEDITATIO XII.

DE CRVCIS BAIVLATIONE

occurſu Deiparae, & illi qua in manu
ria, antequam Redemptor cruci
figeretur, contige-

rit.

PUNCTVM I.



MORTIS ſententia à Iudeis
latruncum Iudæi voce ſua & ſcrip-
tando ſcripſiſſent, tria in
notabilia circa Redemptorem
facta ſunt. Primo, quod
fuit chlamide exutus, & ſuis rursus indutus
bus, quod omnibus notum foret. Non legimus
men ſpinea illi ſeruum ablatum, ne ſcili-
cis in ipſum beneuoli benignique viderentur
cuncta illata crux, quæ ex tempore è rudibus
fabricata trunco, ruditer humeris ſuis illi
ieſta, funibusque trans tergum utrimque
bus illi alligata. Tertio producti è carcere
latrones, ad mortem vnâ cum ipſo rapiendi,
quod ita morſeius foret ignominioſior. Grati-
um hoc pacto & comitatum ſtipant illum
nifices, liſtores, iuſtitique adminiſtri
precones, per compita vrbiſ & vicin-
cina eius ſingula populo proclamantes, &
dique eum concientes, qui certatim ali-
ſtere cupiens ſpectaculo vndequeque
uebat.

IL. Cui

II.

Cùm Crucis pondus nimis graue foret, & sacrum Christi corpus exhaustum, & ob assiduum decurrentem sanguinem propè exsangue & exanime, iniquæ huius iustitiæ administri angariauerunt hominem quemdam venientem de villa, Simonem nomine Cyrenæum, illumq; crucein post Christum gestare coëgerunt. Mulieres, quæ eum viuentem semper coluerant, inter quas sancta eius mater erat, eum pone sequebantur lugentes, & tum è pio erga eum affectu, tum è muliebri complexione plāgentes. Ad quas cōuersus Redemptor ait: *Filia Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, quoniam ecce dies venient, in quibus dicent: Beati steriles & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno hac faciunt, in arido quid fiet?* Tum Matrona vna, cui nomen Beronice, linteum ei dedit quo faciem deturpatam abstergeret, quod cùm vultui applicuisset, non sine miraculo sacræ faciei illi imago impressa mansit.

III.

Iesus cùm in Caluariæ montem tandem peruenisset, vinum myrrhatum cum felle mixtum cùm gustasset, bibere noluit; deinde magna fuit inhumanitate & infamia denudatus corā omnibus, vestesq; pelli laceræ adhærentes, & agglutinatæ violenter adēptæ, itaq; nudus plebeculæ totius ludibrio risuiq; expositus: quem cùm sanctissima mater eius velo dato texisset, eum terrimè amplexa est. Sed recedere coacta est,

V. eumq;

eumque deferere, quò induto crucis leste ostenderetur.

FRUCTVS I.

VTI Redemptor, quò crucem suam gestaret, alienas vestes, quibus in aula Herodis & Pilati per ludibrium indutus fuit, exiit, vt suas indueret; ita ipse, meam vt crucem gestem, & saluatorem meum imiter, vitiosas omnes mundi carnisque consuetudines exuam, & eas quæ Redemptori meo propriæ sunt, induam, inprimis mansuetudinem, patientiam, misericordiam, & viscera charitatis.

II.

S. Andreas eminus crucem sibi præparatam conspiciatus exclamauit: *O bona crux, crux desiderata, continuò quaesita, & iam felicit er inuenta. & iam præparata ad recipiendum eum, qui remis tuis tam ardentem concupiuisset affigi. Veni salutare lignum, vt te ex animo amplectar & osculor, requiescet in te caput meum, & non recedens à te, dulci mortis somno corripiar in te.* Hæc ardentia affectus verba nonnisi scintillæ erant fornacis, nonnisi stellulæ coeli, & nonnisi guttæ oceani charitatis, qua Christi Domini mens ardebat, dum crucem sibi paratam, applicatam ac subleuatam cernit. Quis ergo simili nos crucem affectu intueri, pari amplecti affectu, & eodem erga eam ferri desiderio faciat?

III.

Latrones verò crucem suam conspiciati, in eo horrore concuti & pauere cœpere,

nosque claudere ne eam intuerentur: diligebant quippe crimen, & abhorrebant supplicium; contra verò Redemptor optabat tormenta, & detestabatur peccata. illi suis sceleribus debitum supplicium fugiebant, nostris verò maleficijs debitas pœnas in se Redemptor aduocabat. Ita boni libenter pro fratribus patiuntur, malis ne quidem pro se, nedum pro alijs, quidquam pari detrectantibus.

IV.

Ignominiosum haud dubiè Redemptori fuit, duos inter latrones medium incedere: nos contra semper inter magnates apparere & conspici volumus. Peccatores sumus, & inter iustos censi haberi que cupimus, non intuentes iustum iustorum latronum sicariorumq; caput ac principem haberi voluisse.

V.

Christus sub crucis pondere sæpiùs fatiscebat & prolabebatur, quem proinde satellites & lictores propellebant, utq; pergeret fustigatione velut calcaribus adurgebant, sine vlllo discrimine latera, manus, faciem, caput, spineumq; sertum tundentes. Hos imitantur, qui omni tempore, omni occasione, passim & vbiq; quidquid mentem subit, nullo honoris beneplacitiq; diuini habito intuitu, cogitant, loquuntur, & faciunt.

VI.

Magis Redemptorem peccatorum nostrorum pondus quàm crucis grauabat onus: si enim Dauid suorum delictorum onus graue & intolerabile esse conquestus est, quantò intolerabilius Domino pondus præteritæ, præsentis, & futuræ omnium iam inde à mundi exordio hominum

culpa.

culpæ erant? cùm vt Isaias ait, instar ouium quæ perierunt, errauerimus, & Redemptor omnium nostrum iniquitates in se tulerit. Quem proinde in sempiternum ament, honorent, & colant omnes quæ ad imaginem illius formatæ sunt animæ.

VII.

Apostolus Paulus de suis tribulationibus & ærumnis quas patiebatur, hoc Corinthijs modo scripsit: *supra modum grauati sumus supra virtutem: ita vt taderet nos etiam viuere, sed ipsi in nobismet ipsis responsum mortis habuimus: sed Deus de tantis periculis nos eripuit, & adhuc eripiat.* Quantò verò maiores erant tribulationes Christi Iesu, adeò vt Principes Sacerdotum, veritine in via sub onere succumberet, itaq; emoreretur, crucem illi, non quidem solatij alicuius illi afferendi causa, sed illius crucifigendi desiderio, afferrent.

VIII.

Notandum porro, prolabentem sub onere Dominum neminem habuisse, qui subiecto eum humero suffulciret, aut subleuaret: Iudæi siquidem crucem tangere velut irregularitatem & maledictionem quamdam credebant, quòd, qui eadē affigebatur, vt maledictus & anathema, iuxta legis præscriptum, haberetur. Gentiles verò crucem omnium suppliciorum infamissimum, & ignominiosissimum, seruorum, vilium & infimæ plebeculæ proprium ducebant. Redemptoris autem amici ac discipuli adeò pauidi & timidi erant, nullus vt eam tangere aut se patefacere ac vulgare auderet. Hinc videmus, quantus sit crucem fugientium numerus; aliqui quòd non credant virtutem, quam in ea Deus constituit:

alij

alii eam vt infamem habent, & honori suo aduerfantem: alij poenam et laborem verentur, eā sensualitate repugnante suscipiendo: alij quoque docent, Christum omnia persoluisse, & nihil sibi faciendum restare, Iesu Christo crucē & cruce Iesum Christum oppugnantes. Quis nobis fontem det lachrymarum, quibus Apostolus maximum inimicorum crucis Christi numerum deplorabat, quorum, vt ad Philipenses scribit, Deus venter est, vanitas & voluptas.

IX.

Vnā cum Christo Iesu crucem gestare, non verò illam trahere oportet, qui enim inuiti dolentesque aduersa ferunt, crucem per terram reptantem trahunt, qui verò patienter & libenter ex amore Christi eadem sustinent, illam gestant. Alij crucem querunt, & non Iesum; alij Iesum, & non Crucem. Ambitiosi, inuidi, vindictæ cupidi, auari, homicidæ, venefici, mundi carnisque martyres & mancipia, rebelles, criminosi, malefici, crucem quaerunt, raptant, & trahunt, sed sine Iesu. Segnes econtra, accediosi, delicatuli, vani, lasseui, gulosi, denique omnes corporum suorum idololatæ, sui ipsorum amatores & poenitentiae hostes, Iesum volunt & non crucem. Boni è contrario Iesum cum cruce, & crucem cum Iesu diligunt & optant.

X.

Notandæ sunt circumstantiæ eius, qui Redemptori in cruce gestanda auxilio fuit. Primò nomen illi fuit *Simon*, quod *obedientem* denotat, vt hinc discamus virtutem obedientiæ in propriæ voluntatis repugnantia superanda sita esse, & veros obediētes suam ad vsq; mortem

crucem ferre. Secundò, erat externus & peregrinus, veniebatq; ex agro, vt hinc manifestum fiat, eos qui à cruce Dominica honorari illustrariq; volunt, peregrinòrum instar in terra viuere, mundum nonnisi obiter respicere, sed semper ad Ierusalem liberam, quæ est Sion cœlestis vera patria nostra, & supremum domicilium, oculos intendere debere. Tertio, angariatus est, id est coactus, & sub cruce grauatús partim onus volenter ferens partim de illo nihil cogitans. Ita & ipse de necessitate generositatem virtutemque facere debet, quando antè mihi crux imponetur, quàm prauis fuerit, antè decreta, quàm electa. Denique vt poena & labor Simonis Cyrenæi brevis fuit, & immortalis illius & filiorum memoria, quorum vtpote virtute post illustrium piorumque Ecclesia semper memoriam agit: ita qui Redemptoris crucem, etsi initio aliqua cum repugnantia ferunt, modò in ea patienter & æquanimiter ferenda pergant & continuent, breuis illorum poena erit & labor, at æterna merces ac præmium.

XI.

Christum sequentiũ maximè diuersæ erant intentiones; alij enim sequebantur, eũ cruci vt affigerent, horum de numero erant milites & carnifices: alij, eum vt subsannarent, in morteq; eius exultarèt, vt Scribæ & Pharisei: alij è curiositate, vt spectaculo interessent: alij, quòd Christo noti & familiares essent, qui præ naturali compassione, visis in quibus versabatur angustijs, lugebant. Horum tamen nullus eum sequebatur, vt in cruce ferenda illum adiuuarent, aut eiusdem participes fierèt, vnica excepta dignissima matre eius, quæ ineffabile in filio suo tormentum patiebatur.

tiebatur, eisq; doloribus omnibus intimè compatiebatur. Illam comitari conemur, & operam demus, supernaturales potius nostræ vt sint lacrymæ quàm naturales, quas charitas elicuèrit potius quàm sola compassio naturalis expresse- rit. Quàm sæpè difficile est, gratiæ motus à natu- ralibus distinguere.

XII.

Horum verborum: *Nolite flere super me, & ea quæ patior, sed super vos ipsas*, sensus non est, quòd passionem suam plangi Redemptor vetet, sed eius plangendæ modum, è sola inquam com- passionem humana reprehendit, quasi dixisset: No- lite flere id quod patior, sed ea ob quæ patior; nō enim propter me, quàm propter vestra & filio- rum peccata plorate, vtpote quæ meæ passionis causa sunt. Si enim in viridi ligno hæc fiunt, in a- rido quid fiet? id est, si ipse qui viridis sum arbor, & fructū fero, terribilia diuinæ iustitiæ propter aliena commissa iudicia experior, ecquæ ipso- rum peccantiū, qui aridi & steriles & flāmarū pabulū sunt, poena & supplicia erūt? ecquæ flagella, ecquæ spinæ, ecquæ alapæ, ecquod ludibriū, ecquod fel, quæ crux, quæ supplicia eos manent, & in eos in- gruet, dū iudici sistuntur? Hinc inferre licet, quā- tū sit malū peccatū, cū omne odiū, indignationē, iram, choleram, omnemq; compassionem nostrā in ipsum ferri, impendi, exerceriq; Redemptor velit?

XIII.

Mutuus Redemptoris & benedictæ matris eius conspectus intuitusq; reciprocus cor vtriusq; ani- mi quantum transfixit. Ecquis gladius, ecquis mucro animam Deiparæ sauciauit, filiū spineum gestantem diadema, quo eū nouerca synagoga in

die illa coronauerat, quin & faciem deformatam, corpus sub crucis onere incuruatum, inter duos latrones incedentem, & satellitibus vndique eum exagitantibus circumcinctum videntis? Si filia Sion è naturali compassione plorabant, quæ eum non nisi vt sanctum virum colebant, quid illam fecisse credendum, quæ illum vt filium, vt Deum, vt patrem, vt sponsum suum habebat? Beata porro anima illa, quam dolorum ipsa suorum fecerit participem.

XIV.

Illi Redemptori in cruce ferenda opem ferunt, qui eius, beatissimæque matris illius doloribus compatiuntur, vt filia Ierusalem compatiiebantur. Illi quoque, qui passionem Dominicam sæpè animo voluunt, qui pauperum miseratione tanguntur, qui seruos Dei diligunt, qui afflictos consolantur, illi denique in prinnis, qui Ecclesiæ eius, communi omnium nostrum matri, laboranti succurrunt, & auxiliariâ nauant operâ.

XV.

Eminent in loco crucifigi Dominus vult, quò sua tormenta maiorem infamiam & ignominiam præferrent, eoque notiora forent, quò omnium magis oculis paterentur. Dum nascitur & primum in mundum hunc ingreditur, selegit præsepe & animalium stabulum, egressurus selegit locum mortuorum ossibus, & putredine cadaverum putiscentem. Dum nascitur, tanta Bethleemi externorum, hospitem multitudo agebat, vt non esset ei locus in diuersorio: moriturus maxima hominum in turba & sollennitate paschali mori vult. Nascitur nocte media obscuro in oppidulo, patitur in metropoli tempore meri-

meridiano: idq; in loco maleficorum supplicij
destinato, vt hoc pacto ostenderet, non tam hu-
manæ se iustitiæ quàm diuinæ decreto mortem,
idque in atrocium criminum, quæ veri malefici
admisserant, & quorum ipse vadimonium præsti-
terat, punitionem subire. Voluit locum illum
Caluariam denominari, quòd malefactorum i-
bidem supplicio affectorum esset ossibus & cal-
uariis oppletus, ac proinde tetram mephitim ex-
halans, & horrore plenus, sanguinem suū pro vi-
uorū ac mortuorū salute effundi, & suo se tēpo-
re animas simul & corpora viuificaturū ostensu-
rus.

XVI.

Extremam summamque qui videre feritatem
inhumanitatemque voluerit, fel hoc & myrrhā
cōsideret. Moris siquidem erat, præstantissimū
& generosissimum afflictis maleficisque vinum
ad eos roborandos dare; Redemptori verò no-
stro ob amissam potissimam sanguinis sui partē
summa siti laboranti, vini huius loco, fel, forsan
ē canis alicuius equiue haud procul inde intesti-
nis eductum, accepere, ac myrrhæ quæ rura a-
marior est, immiscuere, factamque inde potionē
ori eius admouerunt, vt immanes hæ feræque ti-
gres linguam, os, stomachum, intestinaque Do-
mini simul cruciarent, quo flagra & spinæ mini-
mè pertingere aut penetrare potuerāt. Etsi verò,
ecquæ hæc intritura & mixtura est, Redemptor
perspectum haberet, eam nihilominus gustauit,
sed non deglutiuit, vt nullum se supplicij genus
subterfugere ostenderet: nolendo tamen mortis
suz accelerationi potus adeo virulenti haustio-
ne, quam iam gustarat, cooperari. Ad castigan-
dum item oris nostri & gulæ excessum, nosque

consolandos, quando in medio tribulationis alicuius ardore non nisi fel merum, id est desolationem sine consolatione vlla reperiemus.

XVII.

Quin & hodie plurimi Redemptori vinum melle mixtū propinant: oēs illi scilicet, qui bona fidei opera, sed praua intēione & peccaminosis circūstantiis conuestita illi offerūt. Omnis, verbi gratia, hærēsarcha, qui sub religionis ac reformationis prætextu falsū dogma tradit, draconis infernalis fel cum vino verbi Dei miscet. Omnis præsumptuosus, qui ex præsup̄tione liberè, quod Deus bonus sit, peccat, nostra soluisse ipsum debita asserens, antequam contracta sint, & hæreditatem nobis comparasse, quæ necessariò nobis danda est, Christi Iesu potum inficit. Omnes, qui passiones suas sequuntur, & præsertim vindictā, idque sub zeli, superioritatis, aut magisterij prætextu, fel vino miscent. Huius item naturæ esteleēmosyna per vanam gloriam facta, oratio item quam voluntaria sequitur distractio, & omne opus bonum honoris acquirendi causa factum. Deniq; actio omnis hypocrisi aut philautia inquinata, eandem potionem temperat.

XVIII.

Secundū Euthymium, & alios Doctores, bis Domino in monte Caluarie propinatus fuit potus. Primò quidem oblatum vinum præstans, quod *myrrhatū* aut *mixtum* à Marco nominatur, quodque maleficis & reis morituris, ac præsertim cruci affigendis, dari solebat, vt sensus soporarentur, tormenta que faciliora toleratu redderentur; & hoc, secundū D. Marcum, gustare noluit. Hinc milites secundò vinum felle mixtum illi

illi obtulerunt, quod ex Matthæi sententia gustauit, sed in stomachū non transmisit. Vtrog; in sensu Redemptoris nostri charitas mirabiliter relucet, primum recusando, ne fortè aliquod inde solatium aut refocillationem perciperet. è secundo verò paululum libando, eius vt amaritiæ experiretur. Hinc disco duplici me ratione ob Christi amorem mortificare, interdum scilicet licitis me delitijs & consolationibus priuando, interdum etiam æquanimiter eas quæ mihi inuito offeruntur & repræsentantur, acceptando.

XIX.

Quater Dei filius in passione vestibus spoliatus fuit. Pimò, iam flagellandus; secundo, iam coronandus, & purpura induendus; tertio, cum hæc illi purpura ablata, & vestibus fuit propriis indutus iam ad Caluariæ montē ducendus; quarto, iam clavis cruci affigendus. atque hæc denudatio omnium fuit ignominiosissima & poenossima: credibile est enim interulam cuti conscisæ & sanguinolentæ adhærentem violenter à carnificibus extractam. Pudor porro & verecundia singularis fuit, quòd nimirum se coràm tanta hominum subsannantium & in tormentis nuditateque suâ plaudentium multitudine nudū conspiceret.

XX.

Sciendum hanc Dominum ignominiam ideo potissimum tulisse, vt in se infamis impudicitie peccatum castigaret, illumque toties denudari voluisse, vt in se puniret, quod gratiæ vestem, toties mortalibus eum peccatis offendentes, exuerimus.

COLLO-

COLLOQVIVM.

VT scilicet nos supreme animarum nostrarū catechista doceres, omnem hominem suū hoc in mundo crucem ferre debere, eius & in natura & in scripta lege signa impressisti. In aere volare avis nequit, quin crucis formet imaginem, in mari nauigare nauis, quin eam malus & vela appensa repræsentent; imitatur eandem agricola vomere suo & aratro, eam & homo qui libet exprimit brachia extendens, & faciem ostendēs, quin & in aliis plurimis corporis sui dimensionibus ac proportionibus. Ipsa est arbor vitæ, quæ amissum nobis vigorem & vires reddit. Ipsa virga Moïsis quæ sicco nos vestigio per aduersitatum mare traducit, quæque ex oculis & cordibus nostris, sæpè rupe durioribus, poenitentiae aquas elicit. Ipsa serpens est æneus, quem in mundi huius deserto erexisti, ut à colubri tartarei nos moribus sanares. Ipsa lignum Sethim incorruptibile, quod certissimum tui nobiscum foederis testimonium dat. Ipsa virga Iacob, sine qua vallis huius lacrymarum torrentem transire non possemus. Ipsa lignum cypressi, cuius in expiationibus vsum esse voluisti. Ipsa terebinthus, e qua salutare gummi demanat. Ipsa iuniperus, sub cuius vmbra requiescimus, & ab angelis excitamur. Ipsa cithara Dauid, quæ passionum nostrarum furorem domat & placat. Ipsa Tau Ezechielis, quod prædestinatos tuos signat, & ab Angelo nos exterminatore protegit. Ipsa torcular Isaïæ, quo vinum exprimitur, sancto animas nostras amore tuo inebrians. Ipsa scala Iacob,

per

per quam ad nos ipse descendis, & ipsi ad te ascendimus. Ipsa sceptrū Iudæ, quod absolutū nobis in passiones dat imperiū. Ne verò se quis ob eā quæ in ea ferenda occurrit poenā ipsā detrectet aut reiciat, tu ipse mitissime & obedientissime Isaac, eius in humeros tuos vnus suscepisti, tuāq; matrē innocentissimam illius pōdus gravitatemque plus ceteris post te experiri voluisti. Tunc scilicet doloris gladius, quem Simeon prædixit, eius animam transuerberavit. Et si enim in hac aliāque re omni suam perfectē voluntatē Dei Patris tui voluntati conformaret; gratia tamen naturam ipsam non destruebat, ratioq; exigebat, ipsa tecum vt pateretur & tibi compateretur, qui non carissimum modò eius eras medium, sed eius totum. Quæ exprimere lingua posset, quis comprehendere intellectus, quidnam illa senserit, hoc te modo & schemate ad mortem properantem cernens? Hanc mihi ô dulcissime Iesu, tali matre dignissime fili, propter eam & propter te gratiam præsta, vt meam tecum, post te, & propter te, illius exemplo, crucem tam constanter & generosè feram, vt tuæ mihi posthac spinæ rosæ sint, vincula monilia, lacrymæ gemmæ, purpura paludamentum, crux denique tua lectus & thalamus nuptialis. Omnis mea sit in desolatione consolatio, in aduersitate prosperitas, in debilitate robur, in tristitia gaudium, & mea in diuinæ voluntatis tua accomplishmente voluptas & paradisus.



MEDI-

MEDITATIO XIII.

DE CRUCIFIXIONE, & CRUCIS
exaltatione, & titulo quem Pilatus
ei superposuit.

PUNCTVM I.



Estibus cum iam denudatus esset Dominus, in crucem in terra prostratam ut se extenderet milites iubent: quibus, extensis brachiis & pedibus, ut cruci affigerentur, illico morem gessit. Hinc dextram illinc sinistram manum extrahentes carnifices trabalem obtusumque per unam malleo clauum transadigunt, deinde & alteram vi extrahentes eodem modo figunt: similiter & pedes, quatuor è vulneribus quatuor velut riuos sanguinis constituentes.

II.

Cruz & crucifixus omnibus inspectantibus in sublime elati, & ingrati p[ro]pelli, ac p[re]sertim inimicorum, sannis ludibrioque excepti, in foramen eam in rem paratum cum immitteretur, ingens & crucis & corporis affixi secuta concussio unde grauē apertis denuò & laxatis totius corporis ob pendulum pondus plagis sensit Redemptor dolorem: duo latrones infames vtrimque ad latus eius, eodem supplicij genere, & eodem prorsus modo in crucem acti sunt.

III.

Pilatus titulum crucis superaffixit, cum tamen moris esset, de maleficorum illum collo scriptum suspendere. Triplici conscriptus is erat lingua

lingua, Hebraica, Græca, & Latina; hæc autem eius verba, IESVS NAZARENVS REX IUDÆORVM: huic Pontifices & Sacerdotes addi volebant, quod se Regem Iudæorum fecisset; sed nihil mutatum volens Præses, ait : *Quod scripsit, scripsit.*

FRVCTVS I.

Terrenus Adam manus suas extendit, ut veteris arboris fructum tangeret: coelestis modo suas extendit in arbore præordinata. Ille suos nos inobedientiæ hæredes constituit: certissimum porro est Redemptorem ubi se in ligno hoc extensum vidit, ad cælum sublatis oculis Deo patri gratias egisse, quod eatenus se perduxisset, & perfectæ se voluntate ad redemptionis nostræ complementum obtulisse. Isaac à Patre se suo vinciri passus est, ligno alligari & altari superimponi, in quo immolandus erat, collum extendens, iectumque exspectans, quo necandus erat. Quanto charabilius, patientius, humiliter, dulcissimè Iesus Deo Patri suo se obtulit?

II.

Clauorum acumen carnem eius perforauit, venas aperuit, & nemosissimas sacri corporis Domini partes pertransijt. Et quoniã una manuum eius clauo confixa nervi contracti erant, ut altera ad foramen, quod in prima corporis extensione dimensioneque pararent, non pertingeret, hinc violenter aliam extraxerunt, eius ut ossa omnia loco mouerentur & luxarentur. Atque hoc per Prophetam regium significarat: *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt vna ossa mea.* Hæc membrorum distinctio corpori imprimis sensibilis fuit, sed animæ longe

longè dolorosior, iam tum sentienti & cogitanti ingentia, quæ per schisma & diuisionem corpus eius mysticum, id est Ecclesia, passurum erat mala.

III.

Quantum clauus innocentem Iesu carnem transibat, tantum item per virgineum sanctissimæ matris eius pectus ibat; singulæque malleationes clauæ illi videbantur, quibus contunderetur. Erat ipse tum vir dolorum, & ipsa mulier amaritudinum, & dicere ambo poterant: *o vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus!* Vtinam cordis mei duritiem ictus hi malleorum comminuere possent! Vtinam inter duos hosce amantes crucifixos, inter filium inquam acuto confixum ferro, & benedictam matrem eius doloris acuminibus crucifixam, locum inueniat anima mea! Vtinam suas mecum afflictiones diuiderent, non aliter tamen, & ea conditione, quàm vt per veram imitationem vnà cum ipsis crucifigatur: tum scilicet fixum & immobile sub communi vtriusq; cruce habitaculum constituerem.

IV

Quatuor flumina terram Eden irrigantia, quatuor sunt fontes, è quatuor Redemptoris mei vulneribus prorumpentes, maxime dum crux in foramen paratum intromissa totam molem corporis concussit. O pretiose sanguis laua me, purifica me, munda me, & nimia charitate tua inebria me.

V

Si amici Iob vestes suas discederunt, cinerem caputibus suis insperferunt, & vberissime septem
ipſas

ipsis diebus lacrymati sunt, ne os quidem ad loquendum laxantes, quod ipsum in fimariorum conspicerent ærumnis & amaritudine oppletum, & dolor eius vehemens foret: quid faciant oportet illi, pro quibus Redemptor Iesus in duro hoc crucis thalamo constratus iacet, à summo vertice ad usque talos saucius, & vulneribus longè quidem grauioribus & letalioribus quàm ipse Iob oppletus?

VI.

Duo sunt throni nimium quantum inter se dissidentes & à se inuicem discrepantes, thronus ignominie in monte Caluarie, & thronus glorie in coelo empyreo. Duo sunt situs maxime inter se oppositi, triplici scilicet clauo ad crucem adhaerescere, & tribus digitis orbem terrarum sustinere. Contrarie haud dubie voces sunt, hinc Cherubinorum assidue *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth* acclamantium, illinc latronum: *Si tu es Christus saluum fac te ipsum & nos*. Quantum ergo Deo stetit, hominem factum esse, & pro hominibus vadimonium præstitisse!

VII.

Summi Pontificis nostri, secundum ordinem Aaron, signa sunt, quod tiaræ ac cidaris loco coronam gestet spineam capiti infixam, quod perpetuum Ecclesie sit caput & sacerdos æternus, finem nesciens. Pedum eius pastorale, crux est: annuli sunt clauis: roga illius sacerdotalis polymita, caro eius est plagis quasi sulcata: Hoc schemate summus pontifex noster semel sancta sanctorum ingressus est oblaturus sacrificium, non

animaliū, sed sui ipsius, vt Apostolus ait, ne pro se, sed pro nobis omnibus, non communē quidē victimam quæ diuiditur, sed holocaustum, quod igne doloris & charitatis flammis penitus absumitur, omnem suum in remissionem peccatorū nostrorum sanguinem effundens, donec in cruce tandem expiraret & vitam poneret.

VIII.

Redēptor noster serpētis, id est peccatoris, imaginē sumēs, letiferis cerastis infernalis moribus nos saucios sanat, & magorum serpentes deuorat, id est debitas peccatis nostris poenas luit, & culpas eluit. Adhæc septem draconis rufi, cuius in apocalypsi fit mentio, capita recidit; superbiam inquam, per ignominias, quas profundissima cū humilitate sustinet: inuidiam per eminētissimæ caritatis actus; iram per generosam & infractam mansuetudinem; auaritiā per extremam paupertatē & nuditatē; voluptates luxuriæ per horribiles omnium membrorum dolores & poenas; gulam per fel & acetum, quod illi ad sitim restinguēdam oblatum; acediam, per feruorem illum, quem in omnibus redemptionis nostræ operibus ostendit.

IX.

Tituli crucis significationes planè sunt admirabiles & notandæ. IESVS eo ipso dictus est die, quo Saluatoris munus sanguinis effusione cum circumcideretur, exequi cœpit: iam verò illustrissimum hoc nomen in summa cruce velut verus officij sui plenè completi titulus ac signum ponitur.

Dictus est NAZARENVS, id est sanctus & flori-

floridus, ut se hæc non ob sua ipsius delicta pati ostendat: est enim Sanctus Sanctorum, ac proinde crux eius nemini videri ignominiosa debet, cum non poena, sed causa patibulum infame reddat & vile; quin potius gloriosa videri, utpote vitæ florem simul & fructum gestans. In summo, inquit Bernardus, eminet charitas, in imo humilitas, ad dextram obedientia, ad sinistram patientia.

Additur **REX**: sicut enim peccati regnum ab arbore vetita & ab inobedientia protoplastis Adami exordium sumpsit: ita spirituale Dei hoc in mundo regnum alia ab arbore, & ab obedientia, quam ibi Christus exercuit, initium coepit. Hinc discam, Dei in me regnum non aliter quam per crucem inchoandum, cum scilicet vetus homo in me mortuus fuerit, & peccati corpus, ut Apostolus destructum. Regnis terrenis fruimur dum vivimus, at regno Christi non nisi post mortem.

Ultimum tituli verbum fuit **IUDAEORVM**, id est omnium (iuxta hebraicam verbi notionem) quæ Deo visum reuelare, consentium. regnabit quippe in domo Iacob & omnium verorum Israelitarum in æternum. Hinc & titulus hic tribus conscriptus fuit linguis, quæ aliarum sunt Principes & latissimè patent, Hebraica scilicet, Græca & Latina, ut omnes terræ nationes, triplici hac lingua comprehensæ, regem hunc agnoscant & adorent, & omnis lingua, inquit Apostolus, confiteatur quia **DOMINVS** noster Iesus in gloria est Dei Patris. Quin & sanctissimum & augustissimum **MISSÆ** sacrificium, quod identicè cum hoc cruento in monte

X

Calua-

Caluariæ oblato idem est, nonnisi tribus hisce linguis in crucis titulo consecratis dictum est, aut dicetur.

X.

Tria hominū genera titulū hunc legerunt. Alij ad eum reprehendendum & corrigendum; alij è sola curiositate & obiter; alij denique è pietate & compassione. Primi fuere Pontifices, Pharisei, alijque maleuoli, qui eum malè conscriptum aiebant & corrigere volebant. Hi imago sunt & typus hæreticorum, Spiritus sancti opera & titulos, diuinam inquam scripturam legentium, partem eius negantium, partem deprauantium & interpolantium, & è suo eam cerebro exponentium. Alij qui è curiositate titulum hūc legerunt, aut casu fortuito in eum oculos coniecere, (vti simili in re fieri amat) sunt qui verbum Dei, (quod verus diuinæ eius humanitatis, & humanæ diuinitatis titulus est) audiunt vel legunt, in mysteria tamen eius non penetrantes, aut nonnisi rudi modo & superficie tenus, sublimia, quæ eodem continentur mysteria, non percipientes nec intelligentes.

Sanctissima Virgo, Sanctus Ioannes, Maria Magdalena, alijque pij iuxta crucē stantes magna animi pietate, attentione & affectu intimo eum legerunt, quorum exemplo cum fructu discimus verba inspirata, impressa, aut prolata, quæ fidei nos mysteria edoceant, legere, audire ac meditari.

XI.

Pilati responsum dicentis: *Quod scripsi, scripsi*, à Spiritu sancto haud dubiè descendit, cum omnis à Deo veritas descendat, ac significat, titulum

hunc hunc verum esse, nihilque in eo mutandum. Certissimum quoque est, nihil eorum quæ sacris litteris continentur, immutandum, etsi in contrarium ogganniant hæretici altercantes, & quidquid opponere spiritus contradictionis voluerint.

XII.

Omnis affectus vitiosus nobis exuendus est, quin & amor proprius, ut nudi nudum crucifixum sequamur.

Qui hodie in benefaciendo, in sanctissimorum sacramentorum frequentatione, in malorum confortiorum fuga, in vanitatum mundanarum contemptu & euitatione, in sectanda pietate consistit pudor, pars est crucis Iesu Christi, quam ferre nos oportet. Nisi enim conscientiam nostram arcana detegamus, & coram sacerdote, dum penitentiam tribunal adimus, eadem denudemus, Deus ipse aliquando nostram summa cum ignominia, Angelis & hominibus & omnibus quæ fuere, sunt & erunt sæculis, nuditatem patefaciet.

XIII.

Sicut crux Christi, quæ gentibus quidem stultitia, Iudæis videtur scandalum, evidens electis ac prædestinatis sanctitatis ac sapientiam Dei argumentum est: ita vera ac realis corporis & sanguinis Christi sub panis vini que speciebus in Sacramento Eucharistico præsentia, hominibus errantibus & nouatoribus absurda, ridicula & impossibilis videtur: veris autem fidelibus certissimus bonitatis, veritatis ac charitatis diuinæ character. Crediderim verò eos qui rogant: an, si hostia consecrata ab animalibus deuoraretur, in illorum ventribus præsens esset, quique myste-

ria nostra rident, ab absurdo argumentantes, eos, inquam, de mysterio conceptionis eius cum Marcione, de mysterio natiuitatis, qua Deus homo itatus est cū Nestorio etiā dubitatu- ros fuisse, cū Iudæis itē crucē eius derisuros, cū Scribis subfannatu- ros, & sanguinē effunderet, à canib. & equis ablingendū. XIV.

Mens nostra inter duos crucifigenda latrones est, inter carnē inquam & mūdum, & magni faciendum obedientiæ votum, quod animam immolat; castitatis, quod corpus sacrificat, & paupertatis, quod facultates offert. Tria hæc vota totidem sunt clauī religiosum cruci affigentes, ut vna cum Christo viuat & moriatur. Satan & mundus reges sunt putatitij, reges se iactantes, cū reuera non sint: Iesus porro sine limitatione & exceptione vlla Rex noster est; illi qui parere detrectat, rebellem se & maiestatis diuinæ & humanæ læsæ reum declarat.

COLLOQVIVM.

VIndex infamis Pentapoleos ignis, diluuium quo mundi sordes elutæ, decem Aegypti plagæ, rubrum mare, quo Pharaō eiusque exercitus obrutus est, terra dehiscens, quæ tentoria superbix deglutiuit, ignitarum linguarum serpentes, qui maledicos murmuratoresque mordebant, Angelus exterminator in castris Sennacherib, populi idola colentis in Chaldæam abductio, bella, contagia, fames, & alia omnia flagella, summe Deus! quibus iusta maiestatis tuæ indignatio nullo non tēpore in impios animaduertit, nihil sunt cū Iesu Christi filij tui cruce comparata. Qui quid peccatum sit, scire velit, huc oculos sustollat; qui scire cupit, quomodo sanctus sis, huc oculos dirigat; qui videre, quā sit iustitia

gia tua metuenda, hoc spectaculum cōtempletur. Deum ergo ipsum mori oportebat, quod peccatum castigaretur, & occideretur? O remedium haecenus mundo inauditum, remedium inusitatum, remedium ad morbi magnitudinem ostendendam potens! δ pretium ad animarū nostrarū valorem dignitatemq; declarandam sufficiens! δ inuincibile ad eius quem adoramus sanctitatē manifestandam argumentum! Sanè, verè Deus, esse non potes qui es, quin ipsa sis perfectio, & consequenter sine qualitate bonus, sine quantitate magnus; per essentiam sanctus: vnde sequitur item, virtutem, quæ accidentaria nobis est, finita & voluntaria, in te naturalem, infinitam, & necessariam esse; & illius contrarium vitium (quod non nisi accidentaliter nostræ perfectioni oppositum est) tuæ essentialiter oppositum esse. Proinde nimis quàm euidens est, Domine, fore vt Deus esse tu desinas, quando peccatum odisse desines, cū eius sis ex iisdem principijs inimicus, quæ, sine vlla compositione reali tamen, tuam constituunt diuinitatem, & per eādem beatissimā Esse tui necessitatem, naturaliter cogi & obligari te ad peccati Esse abolēdū, etsi peccati Esse sit Esse sine Esse, ϕ sine te nihil esse possit. Hinc ipsum (quod naturæ gratiæque prodigium) nullam habet causam efficientem, sed deficientem potius; nec effectus est, sed merus defectus. Gloriæ tuæ & salutis nostræ aduersarius Satanas hanc vt veritatē opprimeret, omnēq; hominibus peccandi licentiā daret, infanticidas Saturnos, Ioues adulteros, Mercurios impostores, Martes vltiores, Bacchos ebrios, superbas Iunones, impudicos Cupidines, & lasciuas Veneres passim adorari faciebat. Lumen verò tuum, ipsum inquam

fidei donum, tenebras dissipauit, & ad oculum nobis ostendit, ipsam esse te puritatem, peccatū vero ipsā impuritatem; te ipsam esse potentiā, peccatū fragilitatē ipsam; te ipsam sapientiā, peccatum meram insipientiam; te ipsam bonitatem, peccatum ipsam malitiam; te ipsam magnitudinem, peccatum ipsam vilitatem; te ipsum Esse, peccatum Esse ipsius priuationem, E qua veritate eadem fides nos docet, statuendum nobis, aut esse sine te, aut peccatum deserere. Quoniam verò hoc à nobis ipsis facere non possemus, multò etiam minus debito per tot culpas originarias & actuales, quæ totidem iniuriæ sunt in infinitam maiestatem tuam irrogatæ & consequenter infinitæ, contracto satisfacere; quemdam, qui æquè esset infinitus, excellens, magnus, & dignus ac tu, q̃ pater misericordiæ, opus ipsum oportebat assumere; is fuit filius tuus, qui pati non poterat, nisi homo fieret, nec satisfacere, nisi alter tu ipse simul fuisset; qui, vt vides, propterea incarnatus est, Deus homo factus est, natus, vixit, moritur, quò iustitiæ tuæ suæq; misericordiæ satisfaciat, quin etiam vt peccatum penitus interimeret, bonitatis suæ extases nobis ostendit, & incomparabilis charitatis suæ thesauros aperuit. Cælum te & terra deprædicent, Angeli simul & homines benedicant, & Amor, qui tibi essentialis est & reciprocus, ipse inquam Spiritus sanctus, eum quem tibi debemus, & tanto beneficio parem reddere non possemus, amorem suppleat.



MEDI-

MEDITATIO XIV.

DE SEPTEM VERBIS QUAE IN
Cruce Dominus locutus est, Deq; alijs
circumstantijs.

PUNCTVM I.

P R I M V M Redemptoris in
cruce verbum fuit: *Pater igno-
sce illis, non enim sciunt, quid
faciunt.* Secundum ad bonum
latronem directum fuit: *Ame
dico tibi, hodie mecum eris in
paradiso.* Tertium ad dilectis-
simam matrem: *Mulier ecce filius tuus;* & ad Ioan-
nem conuersus, *Ecce mater tua.* Quartum, dum
exclamat: *Sitio.* Quintum, quando doloribus in
medijs constitutus ad Patrem vocem sustollit:
Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Sex-
tū, dum ait: *Consummatum est.* Septimū, dum li-
benter se mori, & mortem, si vellet, impedire
posse testaturus, vocem velut morti ipsi insul-
tans, deque ea triumphans, extulit & clamat: *Pa-
ter in manus tuas commendo spiritum meum.*

II.

Principes Sacerdotum, scribae, seniores, & in-
famis huius iustitiae administratores, cum facto
ipso amplius illi nocere non possent, ad extre-
mum tamen usque eum exagitare vellent, suis eum
linguis proscindere virulentis coepere, dicentes:
Confidit in Deo, liberet nunc si vult eum: alij qua-

tientes caput clamabant : *Vah qui destruxisti templum Dei, & in triduo illud reedificas*, alij : *Si est Christus rex Israel, descendat nunc de cruce, & credimus ei: alios saluos facit, se ipsum non potest saluum facere*, alij : *Eliam vocat iste, sine videamus an veniat Elias liberans eum*. Alij circa crucem obambulantes improperebant ei quæ olim ad aliorum instructionem dixisset fecissetque. Credibile est & alios plurimos ridiculis eum gestibus irrississe, os labiaque torquentes, vt Psalmo 21. iam olim prædixerat. Psalmista, & secundo Threnorum Ieremias. Similiter & palmis ad inuicem concussis plausisse, ipsumque exhibuisse. Dominus porro omnem hunc contemptum æquissimo animo pertulit, ad virus, quod serpentis tartarus bilis Adami progenies afflarat, dissipandum & eliciendam.

III.

Milites vestem eius accepere, eamque in quatuor partes diuiserunt, vt sua cuique custodiam pars esset: quoniam verò tunica eius diuidi commodè non poterat, utpote desuper contexta per totum sortem super ea iecerunt. Cum primum in montem Caluarie venerat, pro more illi vinum mixtum obtulerant; at vbi sitire se cepit, mauit, ad eum refocillandum spongiam felli & aceto intinctam, arundiniq; alligatam, oribus obtulere: hæc dum Dominus gustasset, caput, quod solum illi liberum erat, auertit, cui tandem, cum expirasset, militum vnus lancea latus aperuit, vnde continuo sanguis & aqua exiuit.

FRVCTVS I.

Cum mons Caluarie Academia nobis sit loco.

DE SEPTEM CHRISTI VERBIS 331
cruce cathedrę, crucifixus doctoris, caro eius mē-
branę tenellę, lanceę plumę, sanguis atramenti,
clauī charactērum, vulnera litterarum capitali-
um, legamus & discamus ea quę sequuntur, offen-
sas scilicet remittere, pro inimicis Deum depre-
cari, illorum errata excusare & purgare potius,
quā eadem accusare aut adaugere, potius ob in-
iurias in Deum commissas, quā ob id quod ipsi
patimur malum dolore.

II.

Esse nobis, boni latronis exemplo, proximos
excusandos, & aduersus aduersantes maledicosq;
defendendos, non esse improborum loquendi a-
gendique rationem imitandam, & in Dei miseri-
cordia ad extremum vsque sperandum; & cū
numquam dæmon spem animę etiā sanctissi-
mę in casses suos pertrahendę abijciat, numquā
de peccatoris etiā grauissimi maximique salu-
tē ac conuersionē desperandum: *Quis accusabit,* Rom. 8.
inquit Apostolus, aduersus electos Dei? Deus qui
iustificat; quis est qui condemniet? Christus Iesus qui
mortuus est, qui resurrexit, qui est ad dextram Dei,
qui etiā interpellat pro nobis?

III.

Virginis exemplo discamus ad mortem vsque
in Dei seruitio permanere, etsi sub cruce standū
foret; discamus item sorte nostra, qualicumq; de-
mum, contenti viuere. Ioannis verō exemplo dis-
camus eandem sanctissimam Virginem in matrē
feligere, ad eamque in omnibus necessitatibus
nostris spiritu & fiducia filiali confugere.

IV.

Filij Dei fide discamus corpus mortificare &
domare, & non omnia illi commoda concedere,
in nobis

in nobis animarum zelum fitimq; excitare, qui Redemptorem maximopere adurebat. Si quod verò speciale à Deo donū aut talentū accepimus, à vanitate nobis caueamus, ne fortè fel mollis loco, & acetum pro optata gratitudinis à nobis requisita portione præbeamus.

V.

E vehementissimis illis doloribus, quibus obrutus Dominus ad Patrem clamabat: *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti?* discamus tantillum hoc quod patimur non magni facere, cum tanta sit inter nos ac passiones nostras & passiones illius distantia. Nouerimus Deum sepe nobis præsentem adesse, cum eum putamus abesse, contra recordemur, esse contra spem sperandā, eoq; ad Deū recurrendū ardentius ac sapientius, quò id quod patimur grauius & durius. Discamus pro felici faustaq; moriendi hora Dominum rogare, cum ipse Dominus moriens tanto in angore fuerit.

VI.

Ex eo quod ait: *Consummatum est*, discamus, quàm sit Caluini blasphemia intolerabilis ac turba, dicentis, non satis futurum fuisse, si mortem corporalem solum Dominus oppetisset; sed & damnatorum supplicia eum pati oportuisse. Discamus gaudere, si quid pro Dei nomine nos pati oporteat, imprimis dum tribulatio ad eternum usq; durat. Discamus item, salutare cunctorum operum initio ac fine mortem præ oculis & in mente habere.

VII.

E postremo verbo, quo animam Deo Patri commendauit, discamus, non posse nos vfortiores esse quàm in manibus Dei, ipsas nos

esse elementum & centrum, numquam nos ad somnum (qui mortis imago est) componere, quin Deo nos, antè commiserimus. Ex eo quod Dominus exspirans caput inclinavit, discimus studio illum hoc fecisse, ut se ex obedientia mortis ostenderet, collo se suo graue scelerum nostrorum pondus gestare, quia & moriendo pacis nobis osculum præbuisse.

VIII.

Ex eo quod Redemptor nihil moratus hæc verba: *si filius Dei es, descende de cruce*, uti nec illa his correlatina: *si filius Dei es, mitte te deorsum*, sed è contra, quod filius Dei esset, in cruce mori voluerit; disco filiorum Dei proprium esse, à cruce non discedere, mundo peccatoque mori, & in sui ipsorum mortificatione ad extremum usque perseverare.

IX.

Ex eo quod Redemptor pro crucifixigentibus orarit, magnæ consolationis argumentum elicere in hora mortis spero, cum eius mihi misericordia potissimum in memoriam reuocanda, & quidquid meo nomine dixit, fecit, & passus est. Quod verò, ut probabile est, sanctissima eius mater filij orationi cooperata, pro crucifixoribus eius etiam orarit, ipsam pro me ad extremum vitæ redacto idem facturam sperabo.

X.

Redemptor dum in mundum ingrederetur, reclinatus est in præsepio inter duo animalia; dū egreditur cruci affigitur duos inter latrones, ut principio finis responderet, utque humilitas gradatim descendens ad infimum usque tandem contemptus gradum perueniret. Si ritè vitam insti-

CONCILIO XIV.
instituiere voluero, principium eius medium &
finem in humilitate semper consistere opus est.

XI.

In hoc boni, uti & in alijs plerisque rebus, &
malis differunt, quod seipsum nunquam non re-
prehendant, peruersi è contra semper de alio-
rum peccatis veris aut imaginarijs solliciti sint,
aduersus bonos murmurantes, & seuerè in illos
inquirentes, ut etiam se illorum dispendio san-
ctos credant: uti scelesto & malo huic latroni
contigit, qui supremo hoc peccato condemna-
tionis suæ mensuram compleuit, & nouam Do-
mino admirabilis suæ patientiæ ostendendæ oc-
casionem dedit, coram & in facie calumniantem
& blasphemantem se non redarguendo, nec ei
respondendo.

XII.

Latro verò qui ad dextram Domini crucifixus
erat, ecqui sunt Spiritus sancti effecta ad oculos
ostendit, cum tantillo tempore tot virtutum
actus exercuit. Primò, quod publicum blasphemato-
rem grauib; & pungentibus verbis corripuit, *ne tu times Deum, qui in eadem damnatione es*, quasi diceret, semper quidem malum
Deum non timere; sed in hora mortis eius
meminisse, piaculum intolerabile est. Secundò,
quod errorem agnouerit, & mereri se poenam
quæ versabatur confessus sit; socio innuens, id
ut faceret. Tertio, quod Domini testaretur in poe-
nitentiam dicendo: *Hic verò nihil mali gessi*, &
quidem tempore quo Apostoli fugiebant, discipuli
in latribus delitescabant, amici palam
proderè non audebant. Quarto, quod Domini
erarit, melius sanè & efficacius, quàm olim Iohannis

Iunius

suum in carcere sociū pincernam rogauit, sui vt memor esset, cum staret ante Pharaonem; appellauit enim *Dominum*, cum colens & honorans, qui ab omnibus subsannabatur; quin eū vt regem agnouit, & regnum eius non esse de hoc mundo, dū ait, *dum veneris in regnum tuum*. quasi cognitum habuisset, per crucem illum & mortem eius possessionem adire. insuper non à cruce liberari, vt collegæ; nec ad sublimes Domini in regno dignitates & status euehi, sed dūtaxat sui vt meminisset petēs, ceteræ illius bonitati misericordięque committens. Quoniam verò nec prædicatione, nec miracula Redemptoris latronem hunc conuerterunt, sed illius humilitas, patientia, & charitas; hinc eruo, bonū exemplum ad animarū plus conuersionem prodesse, quàm doctrinam ac miracula. Item, si Redemptor tan liberaliter cōpenset illum, qui non nisi tribus quatuorue est horis illum imitatus, quid non speret, qui toto vitæ tempore ipsum secutus est.

XIII.

Dixit olim Redemptor è duobus qui simul in agro, in molendino, aut lecto eodem agerent, vnum assumendum, & alterum relinquendum; ostendens omni in statu fore & electos & reprobos. Adeò vt qui in matrimonij molendino magna cum miseria & molestia agit salutis spem suæ abijcere nō debeat, & qui in continentię lecto thalamoq, requiescit, non sine condemnationis timore viuere: qui autem in vitæ actiue agro laborat, spem vnā cum metu coniungere debeat. Veritatem hanc confirmant duo latrones, & hinc non esse præsumen-

sumendum, illinc non esse desperandum nos docent.

XIV.

Virgo virginum dum sub cruce staret, martyr tum martyr facta est : ut enim Virgines omnes virginitatis flore, ita omnes Iesu Christi martyres martyrij fructu superaret. Et sanè, quemadmodum interim dum vivebat, præ charitatis excessu haud dubiè expirasset, nisi extraordinario quodam robore præservata fuisset ; ita nec sine eodem fortitudinis dono, dolorum quibus opprimebatur magnitudinem tolerare potuisset.

XV.

Ut sciã, quòd ut quis Deo renascatur, eiusq; filius adoptivus fiat, carni & sanguini antè moriatur oporteat, nusquam legimus aliter, quam *mulieris* nomine matrem à Domino compellatam. Ut autem patefaciat, quòd dum loquitur, effectus verba sequantur, ait Ioannes, postquam Dominus iam dixisset, *Ecce mater tua*, effectus, & affectus filij in animam suam insertos esse, & exinde se de illa quasi de re quapiam sua sollicitum fuisse, & in suam accepisse. O terque quaterque beata anima illa, cui Dominus ait, sicut patrem tibi meum dedi, qui tuus etiam sit pater ; ita & matrem do, quæ deinceps sit tua !

XVI.

Ab omni hominũ genere Redemptor passus est, Pontificibus, Sacerdotibus, Religiosis, regibus, præsidibus, satellitibus, Hebræis, Græcis, & Romanis ; sua in anima, corpore, honore, vestibus, doctrina, miraculis ; in matre, Apostolis, discipulis ; in vita sua & morte ; in capite spinis coronat^{us},
in oculis

in oculis, amicissimorum suorum fugam & matris lacrymas videns; in auribus, blasphemias, & scommata improperantium audiens; in ore felle & aceto potatus; in genis propter alas liuentibus; in olfactu, dum Caluarie putorem sentire iubetur; in barba, dum euellitur, & sanguine deturpatur; in pedibus manibusque confixis; denique in vniuerso corpore luxato & confuso. Medijs itaque his in doloribus constitutus animam Deo Patri, sepulchro corpus, sanguinem & meritum fructum inde elicere volentibus, Ecclesiam Petro, matrem Ioanni, honorem detrahentibus & calumniantibus, togam, vestes, & tunicam militibus, diuinitatem & humanitatem sanctissimo Eucharistiae sacramento concedidit. Et post omnia hæc amoris & liberalitatis indicia & argumenta, non viam deinceps Iesu Christo, propter Iesum Christum non moriari?

XVII.

Cum circa horam sextam, id est meridiem, quem sexta diei artificialis quem in duodecim Hebræi horas distribuebant, hora constituebat, crucifixus esset Dominus, densæ vniuersam faciæ terræ, ad horam vsque nonam, id est tertiâ pomeridianam, tenebræ cooperuerunt, quæ eclipsim, & deliquium non corporis lunaris (erat enim tunc luna ex opposito solis) interposito, sed totalis luminis subtractio causabatur. Ita nimirum disponente Deo, primò vt patrefamilias expirante, terra vniuersa lugubres pullasque indueret vestes. Secundò, vt ita manifestum fieret, quæ in caligine & tenebris mundus versaretur. Tertio, vt populo se propter tenebras domum subducente liberius Dominus orationi vacaret.

Y

Quarto, vt

Quarto, ut hinc discam, suis nunquam tenebris peccatum carere.

XVIII.

Tribus hisce horis cum lacrymis & clamore valido Deum Patrem orauit, ut ad Hebræostatur Apostolus, ac tum quoque singillatim mei memor fuit, pro me singillatim orando, meq; Deo Patri suo offerendo.

XIX.

Prima tria verba Dominus protulit, paulo postquam in crucē actus est; deinde tribus circiter horis obticuit, mentali orationi, & colloquio cum Deo Patre interim vacans. Post lacrymis suffusus, & imo educens pectore suspiria, cum vehemens dolorum paroxisimus circa horam nonam, id est tertiam pomeridianam, increset, exclamauit dicens: *Deus meus, Deus meus, quid dereliquisti me?* quæ est Psalmo XXI. verba deprompta sunt, quem de passione sua agentem forte ad finem vsque decucurrit. Derelictio porro Iesu Christi diuinus potissimum in rebus fuerat. Primo, quod Pater æternus illum pati sineret, horribilibus illum cruciatibus, quibus tum exagitabatur, non eximendo, & nullum ei consolationis genus immittendo. Secundo, quod assiduo & sine cessatione pateretur. Caput siquidem eius nonnisi nouo cum dolore in cruce potius requiescere: non manus sustinere corpus, nisi redintegratis & auctis doloribus: nec in pedes illi consistere, quam vulnera sua adtingendo: & hæc omnia in corpore tenerrimo, & ætate ferentissima. Lamentabilia hæc verba Virginis animæ vulnerarunt quam maximè, quam verisimile est magnò cum affectu Patri illum suo commendasse.

XX.

Aruit tanquam testa virtus mea, & adhaesit lingua mea faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. Ita id praedixerat Psalmographus, & re ipsa id expertus est Redemptor. Hinc clamauit: *Sitio.* Mirum sane eum, qui è maxilla asini, ad Samsonis sitim restinguendam, fontem eliciebat, filio suo vel aquae guttam denegasse: ita scilicet omne in genere peccatum, & in primis gulam & ebrietatem detestabatur. Ceterum si sitientem imitari Dominum voluero, trium habere sitim rerum, verbo hoc *Sitio* comprehensarum, debeo, Deo scilicet obediendi, propter Deum patiendi, & desiderandi omnis ut mundus Deo seruiat.

X X I.

Maiore excogitari fingit; Dei erga hominem liberalitas poterat aut bonitas, quam ut totum sanguinem & venas suas vniuersas illi traderet, non vel unicam reseruando guttam? fingit etiam maior infamia, ingratitudo, & indignitas poterat, quam vel minimam sitienti refocillationem Deo suo negare? Hoc illi negas peccator, dum renuis conuerti.

X X I I.

Quando Redemptor ait: *Consummatum est*, oculos in omnes labores & tormenta, quae se Deus Pater iam inde à primo Incarnationis suae instanti, ad vsque vltimum vitae articulum pati voluerat, coniecit; hoc, verbū, velut gratias agens, & in grati animi signum protulit, uti & illud pridie in coenaculo: *Pater ego te clarificauit super terram; opus consummaui quod dedisti mihi, ut faciam.* Secundò considerauit omnia aduen-

aduentus sui in mundum subiecta & causas, vt scilicet Adami peccato satisfaceret, tartareo serpēti caput comminueret, mortē & infernum destrueret, coeli ianuam referaret, magistri in morem perfectionis doctrinam doceret, generosum virtutum omnium exemplum monstraret, consilia euangelica edoceret, & tam sacramenta, quā nouæ legis sacrificium institueret. Videns ergo ex parte sua se perfecisse & præstitisse, quidquid ad fines hos assequendos erat necessarium, magna animi lætitia ait: *Consummatum est*. Rospexit item ad aduentus sui figuras, quæ omnes in se iam completæ erant. Meum est etiam considerare, dicturum illum iterum aliquando: *Consummatum est*, quando scilicet ignis omnia deuorarit, & hædis hinc, & illinc ouibus constitutis, dicet: *Consummatum est*, transiit mundus cum concupiscentia eius, poenitentia, & benè agendi tempus elapsum est, iniquorum voluptates & piorum labores finem accepere, diaboli potestas & regnum præscriptum est, electorum numerus completus, & mensura iam ad summum peruenit. Atque vt verba hæc habebunt in omnibus in fine mundi locum, ita & in me meritò, ad extremum vitæ cum peruenero.

XXIII.

Septimum Domini verbum fuit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*. Porro vox hæc miraculosa fuit, & vltra naturæ exhaustæ vires. Primò, vt victoriam suam in morte consistere ostenderet. Secundò, verum se esse Gedeonem, qui Madianitas tartareos clamore & fracto humanitatis suæ vase profligauit. Tertiò, potuisse se viuere, modò voluisset, & quamdiu voluisset; & habere po-

bere potestatem, vti aliàs dixerat, & exponendæ vitæ suæ, & iterum eiusdem quodocunque sibi placeret assumendæ. Quarto, vt ostenderet, quàm meritò anima eius sanctissima inuicè à corpore diuelleretur, quod non minus ac ipsa, verbo vnitum erat, quodque illi ad omne virtutum genus exercendum organi loco, & in redemptionis opere triginta tribus annis perficiendo tanto adiumento fuerat. Ceterum suum Redemptor Deo Patri spiritum commendans, simul etiam omnium electorum suorum spiritum, quem velut suum existimabar, illi commendauit. Danda mihi igitur opera, vt horum sim de numero; quod vt contingat, tempori & maturè illi exercitio vacandum, quod mihi in cœlo æternum futurum est, primo scilicet principio meo me vnien- do, cum, iuxta Apostolum, qui accedit ad Deum, vnus cum eo spiritus efficiatur.

XXIV.

Emoriendo caput inclinauit, vt se ex-obedientia animam reddere testaretur, simul etiam suam humilitatem paupertatemque testatam faceret, vt pote non habens vbi caput suum reclinaret; seque sub graui peccatorum nostrorum sarcina fatiscere; simul vt locum limbi ostenderet, ad quem spiritus eius descenderet. Meum est sub obedientiæ iugum caput submittere, terram, è qua compositus sum, intueri, tartari, quem promerueram, meminisse, & præcipitium ac voraginem, quam peccatum minatur, veteri.

XXV.

Vetissimile est Angelos, huius in summo gradu Iusti

du Iusti morti interfuisse , non tam auxiliandi, quàm eius honorandi & stipandi gratia. Oremus illum, vt in hora mortis nihil suum in nobis Satanas reperiât, Sancti nobis Angeli assistant , & auxilientur, Beatissima eius mater propitia sit, vtque mortis illius temporalis meritum ab æterna nos præseruet.

COLLOQUIUM.

QUIN habeo , summe Pontifex, beatorum spirituum intelligentiam , & omnem Ecclesiæ Triumphantis , militantis & purgantis affectum tibi , vt gratias agam , quodd , cùm à primo conceptionis instanti Deo Patri in holocaustum te , & hostiam pacificam & victimam pro peccatis nostris obtuleris, hoc non minùs optabile quàm necessarium redemptionis nostræ opus ad exitum iam perduxeris: es namque tandem Adam ille , cuius è costa sponsa tua, Ecclesia inquam, interim dum mortis transitoria somno sopitus iaceres , formanda erat: crux tua arbor est, è qua vitæ fructus pendere debebat: tu iustus ille Noe, secundæ naturæ humanæ radix, qui amore Ecclesiæ tuæ, quam tua vineam manu plantasti , inebriatus filijs tuis lubricio & risui fuisti. Tu Isaac ille qui suum humero lignum gestauit ; tu ille supplanator Iacob , in humanitatis neruo læsus , & in resurrectionis aurora victor. Tu ille Ioseph triginta à fratribus tuis venditus denarijs , qui- que nos in sæculi huius Aegypto pictioso corporis

poris tui sacri frumento pascis. Tu Melchisedec, qui à cum mundo hoc conflictu cum victoria redeuntibus panem Angelorum præsentas. Tu Moyses, qui populum tuum de domo seruitutis educis, perque rubrum sanguinis tui mare tractum, per desertum poenitentiae in terram promissam deducis, consolationis aeternae lacte & melle manantem. Tu denuo Moyses, crucis tuae virga poenitentiae aquas, è pectoribus rupes durioribus elicis, quique manus in cruce extendens populo tuo victoriam comparas. Tu Iosue, qui solem iussis tuis parere facis; & infernalem Iericho septem verbis diruis. Tu Gedeon, qui tibi in bellatores seligis eos, qui in mundanarum vanitatum voluptatumque torrentes proni non propendunt. Tu Sampson qui Dalila, id est derelictae Synagogae amore dementatus, moriendo inimicis mortem affers. Tu David qui quinque vulnorum tuorum saxis, de passionis torrente collectis, infernalem Goliadam ad terram prostravisti. Tu Salomon, in quo omnes scientiae & sapientiae Patris thesauri absconditi sunt. Tu Isaias coram populo denudatus. Tu Eliseus super puerum abbreviato corpore extensus, illi ut vitam redderes. Tu Elias, igneo diuinitatis tuae curru aëctus. Tu Oseas, qui Gentilitatem erroribus omnigenis prostitutam in uxorem accipere non est dedignatus. Tu Jonas in procellosum tot dolorum mare coniectus, quique tertia resurrectionis tuae die, è ventre terrae, omnia corpora nostra auidè deuorantis, prodixisti. Tu denique Daniel, è lacu leonum si-

num sine vlla læsione eductus, tu arca nostra fueris, tu propitiatorium, manna, altare, victima, denique pontifex noster. Millies igitur & milles benedictus esto, amaris, vt amicus es; seruiaris vt seruiisti, & nostrum omne esto, vti totus noster es.

MEDITATIO XV.

DE IIS QUÆ MORTEM CHRISTI
secuta sunt, de eius Sepultura, deq;
descensu eius ad inferos.

PUNCTVM. I.



QUÆ creaturæ ratione prædite mortem Redemptori & procurassent & intulissent, in animæ se indignari ostenderunt; luctumq; induerunt; sol namq; & luna deliquium passa, terra tremuit, velut templi à summo ad imum diuiditur, petre scissæ sunt, monumeta aperta, mortui ad vitam rediére. Adeo vt centurio, qui rei finem visurus in monte Caluarie remanserat, dicere coactus fuerit: *Verè filius Dei erat iste.* Id ipsum & dixere alij; qui spectaculo huic interfuerant, pectus in poenitentiae signum tundentes.

II.

Nondum Principi Synagoga rabies hinc quieuit, sed Pilatum rogarunt, sub prætextu ne Sabbato in cruce corpora manerent, vt crucifixorum ossa

DE SEPVL. & DESCENS. AD INFEROS 345
rum ossa frangerentur, itaque mors ipsorum
acceleraretur. - Duobus id latronibus dumtaxat
factum, ad Christum enim cum iam venissent,
viderunt, quod iam exspirasset, Hinc adstantium
militum vnus, vel indignatus, vel de morte eius
certior reddi cupiens lancea latus eius ad
cordis vsque fibras aperuit, & continuo exiit
sanguis & aqua,

III.

Omnes se cum subduxissent, vir quidam diues,
cui nomē Ioseph ab Arimathia, intrauit audacter
ad Pilatum, & petiit ab eo corpus Iesu. Vix
credidit Præses eum tam cito mortuum, &
acceso centurione, reque cognita, petitis Iosephi
annuit. Ille ergo emptā sindone vnā cum Nicodemo
(qui & ipse erat ex occultis Iesu discipulis)
qui superueniēs myrrhæ & aloës, centū circiter
pondo mixturā attulerat; & alijs sociis extractis
clauis corpus, Maria matre eius, Sancto Ioanne,
Maria Magdalena, Maria Iacobi, & matre filiorum
Zebedei inspectantibus, deponere: quod pia &
dolorosa mater gremio suo excepit, at tandem
post magnam lacrymarū copiam sepeliendū reddidit.
Vinctū ergo illatum est in monumentum nouum,
quod haud procul inde in horto erat, & in quo
nondum aliquis positus fuerat. Omnibus peractis,
ingens ad ostium monumenti saxum aduoluerunt.
Quæ dum fierent, Iesu Christi anima semper verbo
vnita, cū Patrum in infimis terræ visceribus,
quæ limbum dicimus, animabus versabatur,
consolabaturque eas quæ in purgatorio agebant,
& omnes eas quæ ad gloriam resurrectionis,
& ascensionis sue triumphum præparatæ
erant, disponebat.

FRVCTVS I.

E Iudæorum obduratione & pernicacia discimus, quàm peccatum animam degenerem reddat, & plusquam in brutum conuertat: discimus passio- & morti Redemptoris cõpari, aut fateri saltem esse nos saxo duriores, terra insensibiliores, & morte ipsa magis mortuos. Centurio nos liberè docet veritatem, siquando gloria Dei agitur, confiteri: alii verò pectora percutientes suggerunt, non esse in mortem vsque poenitentiam differendam.

II.

Ex eo quòd crura Redemptori fracta non fuerint, realem discimus corporis eius in Sacramento Eucharistico præsentiam: non enim aliter horum verborum eius, *Accipite, & manducate hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur*, ostendi veritas potest, quàm per accidentium, quantitatis inquam, figuræ & qualitatis, sub quibus corporaliter in diuino hoc mysterio latitat, fractionem. Quòd dici sabbatini honore & cultu suam Iudæi impietatem velarent, discimus, maxima quæ in mundo committuntur scelera, boni alicuius prætextu palliari: vt dum religionis titulo hæresis, deformatio sub reformationis umbra admittitur.

III.

Ex lateris apertione discimus, quantum charitatis esset vulnus, qua Iesu Christi cor saucium erat, & quanta quàmque frequentia sint cogitationum peccata, ob quæ etiam post mortem tam immaniter fuit Redemptor vulneratus, vt vltimam etiam sanguinis guttam effuderit.

IV. B

IV.

E Iosephi & Nicodemi facto discamus, numquam fidei mysteria oculo tenus metiri.

Fortuito de rebus non iudicare.

Nihil metuere, si quando Dei gloria controvertitur.

Erga proximum benigni & misericordes esse.

Interiora nostra, quæ Corpori Dominicæ sionis & sepulchri, cum in Eucharistia eum recipimus, sunt loco purgare, & mundare.

Discamus è sepulchro, in quo nondum quisquam positus fuerat, nulli cor nostrum, quàm Iesu Christo oppignerare, cum id ipse seligere, & sibi deposcere vè in eo habitet, dignetur, ostendens & dicens, ibi lacrymis se nostris lauare & balsamo è viua fide, humili spe, & ardenti charitate composito vngi velle & lapidem ad sepulchri ostium aduolutum, esse discretionem.

V.

Discamus tādē Deo fideles esse, & pr omiſſa nostra inuiolabiliter & irreuocabiliter præstare, idq; charitatis huius exēplo, quæ diuinā humanæ naturā ita copulauit, vt quāuis animā à corpore mors diuulſepit, diuinitatem tamen ab humanitate separare non potuerit: cum hypostasis, quæ idem quid est cum Essentia Verbi, & Christi animam ad limbum, & corpus ad sepulchrum vsque comitata sit.

VI.

Velum templi scissum est, vt hinc euidens fiat, fidei secreta, & religionis mysteria, quæ antea abscondita erant, iā in apertū proferenda: & peccata quæ Deum inter & nos obstaculum ponebant, sanguinis eius effusione eluenda.

VII. Ter-

Terra tremuit: petrae scinduntur, sepulcra aperiuntur, ut pudorem, incutiant & ruborem iis qui ob mortem Redemptori peccatis suis enormibus irrogatam non erubescunt.

VIII.

Quā pro crucifigentibus se Dominus orationē fudit hunc inter cetera effectum habuit, ut centurio, & alij qui spectaculo huic interfuerant verē illum Dei filium esse agnouerint, & percutientes pectora sua in Ierusalem reuersi sint iniuste illum neci datum asserentes. Quid non à Patre coelesti obtineam, si benignissimæ & beatissimæ Redemptoris mei animæ pro me intercedere visum fuerit?

IX.

Duplex fuit haud dubiè Principum synagoga malitia, petentium à Pilato, ut crucifixorum mors fractis illorum cruribus acceleraretur, quo eo ipso die terræ mandarentur, legem Deuteronomij hanc ob causam allegantium, quæ crucifixū esse ait maledictū, & eo ipso die terram mādari iubet ne tetra suo odore aerem inficeret. Illorū porro mens erat etiā crurifragio Christū cruciare, eumque ita à populi iam erratum suum agnoscentis conspectu subducere. Aded nimirū illorum corda malitiā obdurata erant & aduersus Redemptorem Iesum concitata,

X.

Adimplee in carne mea, dicebat Apostolus Colossensibus scribens, *ea qua desunt passionum Christi, pro corpore eius quod est Ecclesia*. Quāto potius æquiusque id pia Redemptoris Mater dicere poterat, dū lancea miles latus filij aperuit

In-

Inflictum hoc illi vulnus, vt de eius morte circumstantes certiores fierent, & hæc insuper iniuria corpori eius iam defuncto irrogaretur. Et si verò vulnus hoc nullum Domino dolorem infligeret, matris tamen eius animum tetigit & penetravit, quæ præ amoris excessu magis in carissimifilij corpore, quàm in suo vivebat. Porro cum satis non esse Redemptori video, humeros suos flagellis concidi, caput spinis coronari, manus pedesque clavis perforari; sed suum insuper latus lancea aperiri permittere, ac vulnere quidem adeò enormi, vt ad cor vsq; penetrarit; an ne aliam id ob causam factum credam, quàm vt hinc innumera quæ corde nostro exeunt peccata puniat, illinc verò charitatis suæ excessus patefaciat? Quasi mihi singillatim illud canticorum reperisset: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum.* sine me obsecro, dulcissime amor meus, in te per lateris tui apertionem ingredi, fac vt vita mea per te in Deo Patre tuo abscondatur, vt numquam ab hoc habitaculo migrem, in eodem comedam, bibam, dormiam, legam, studeam, negotier, orem, viuam, & indissolubiliter inseparabiliterque in eo moriar.

XI.

Eua prima nostrum omnium mater ex Adæ dormientis costa formata fuit; ita & Ecclesia communis mater nostra, è Iesu Christi mortis somnum dormientis latere formata produit, vtque iugæ omnis & maculæ expers foret, aqua & sanguis, quæ eodem latere effluerunt, eam abluerunt. Restabat pretiosi huius liquoris aliquantulum, iuxta & circa cor, quo spinæ & flagra

gra penetrare non potuerant, & hoc ipsū ad vſq; supremam guttam noſtri cauſa effundere vult. Aqua quoque egreſſa eſt, quæ aquæ baptiſmali animarum ſanctificandarū, aquæ verò lacrymarum in Sacramento poenitentię, luendorum ſclerum virtutem efficaciamque dedit. Dominus Ieſus erat quoque petra illa miraculoſa, è qua aquæ illæ quę ſitim noſtram in mundi huius deſerti medio extingunt, proſilire debebant, virga vero, quæ petram percuſſit, ipſius crux fuit.

XII.

Sicut crucem Dominus conſcenderat Patri obtemperaturus, ita & eadem corpus ſuum deponi voluit, vt legi & Præſidis, Iosephi petitis annuentis: decreto ſatisfaceret: idque vt ſuo exemplo, quam Dei Patris eius & omnium quos prouidentia eius mihi in ſuperiores dedit, iuſſis debeo obedientiam, faciliorem redderet.

XIII.

Niſi Ioseph vir iuſtus fuiſſet, ad opes eius & genus nobile Deus non reſpexiſſet. Antea quidem occultus fuerat Chriſti diſcipulus, iam verò non amplius meticuloſus eſt, animoſè ſe prodat, magiſtri ſui corpus à Pilato poſcit, de cruce deponit, & ſepulturæ tradit. Paſſio igitur filij Dei ſignitiem puſillanimitatemque ab animis eliminat.

XIV.

Ioseph & Nicodemus profunda cum reuerentia & deuotione, ſimul & compaſſione, accedentibus lacrymis, Redemptoris corpus de cruce depoſuerunt: pedibus ſacris benediſtisque manibus clauos eduxere, & oſcula mille è teneto
cor-

DE SEPVL. & DESCENS. AD INFEROS 351
cordis affectu eisdem impressere: spinam coronam summo honore & respectu abstulere, & quā corporis partem è cruce soluebant in humeros eam suos recipiebant, ne ad terram collabasceret. Contemplare hic, anima mea, filium Dei vni corpori mortuo vnitum, vide hic & admirare quomodo eò redactus sit, vt à creaturis suis ferri sustinerique debeat, tu verò numquam eius te nomine regi conduci que fines, ac si mortuus & cadauer exanime fores?

XV.

Sacrum corpus cruce iam depositum eius collectum & exceptum fuit gremio, à qua conceptum, gestatum, in lucem editum, nutritum, educatum fuerat, quæ illi seruierat, & totò vitæ tempore fuerat secuta. Humiliter & suppliciter id ipsa osculata est, tenerè amplexa, arctè vlnis suis constrinxit, multoque arctius etiam ipsi animæ brachiis, id est affectibus, ad litteram illud Cantororum implens: *fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*. Quæ oscula & amplexus longè erant alij quàm quos olim dedit dum in Bethlehém eum peperit, & in Aegyptum cum eo fugit & redijt. Accessit & Magdalena illos amplexans pedes, ad quos olim delictorum suorum veniam remissionemque obtinuerat; quos transfixos conspicata lacrymas teneriores maioremque amorem spirantes effudit, quàm priores illæ, quibus eosdem pedes in domo Simonis Leprosi abluuit, & humectauit. Verisimile portò videatur, ipsā, cū ea nō esset virtute & animi generositate quā Deipara, sapè animi esse passam deliquium, & nonnisi summa cum difficultate ad mentem redijisse. Ioannes vt

nes ut dilectus discipulus, & adoptiuus sanctissimæ matris filius, latus illi osculabatur, super quod pridie in cœna recubuerat suis illud lacrymis calefaciens, seque transformare desiderans in illum, quem tam enormiter sui causa deformatum videbat,

XVI.

Ut aliquo tempore filij corpus Deipara grêmio est suo complexa, Iosepho illud & Nicodemo reddidit, spineū ipsa fertum & clauos velut inestimabilis pretij arrhas & monilia asseruans. Pij illi viri sacrum corpus acceptum centum librarum vnguento perunxerūt. Hinc disco Christiani mortificationem integram & perfectissimam esse debere, qualis fuit *Christi Dei* iam inde à primo conceptionis articulo ad mortem usque, eò verò magis, quòd myrrha hæc à putrefactione animam eadem vngere se volentem præseruet.

XVII.

Corpus vinctum sindoni mundæ nouæque eam in rem comparatæ inuoluerunt, sacrum verò caput linteo, quæ pro more consueverunt. Credibile porro est illos sindonem sindoni, ob nimiam vnguenti copiam, super posuisse. Atque hæc verisimile est fuisse bina illa sudaria quæ hodie Taurini & Vésontione asseruantur. Corpus ita paratum verosimile est feretro ad usque tumulum vicinū delatum matronis piis stipantibus, & desolatam defuncti matrem cum lacrymis & suspiriis comitantibus. Piè etiam credi potest Angelorum choros in duas se cateruas deuisisse, & vnam quidem animam Redemptoris quæ in limbo

DE SEPVL. & DESCENS. AD INFEROS 353
bum descenderat comitatam, aliam verò corpori diuinitati vnito adhæsisse ad ipsum honorandum, & adimplendum illud quod scriptum legimus, *erit sepulchrum eius gloriosum.*

XVIII.

Adamus in horto peccauit, sepulcrum Iesu in horto item fuit: in horto vetus Adam innocentia vestem amisit, nouus animæ vestē, id est corpus in eo deposuit. Ioseph Deiparæ sponfus in primo claustris virginalis sepulcro partem non habuit, Ioseph ab Arimathia, neue alius quisquā in sepulcro quod excisum erat in petra: Iesus Christus lapis angularis verberibus & ictibus plurimis perforatus erat, corpus eius in petra etiam variis instrumentis excisa sepultum: Corpus hoc filij Dei super coelos omnes exaltandū erat: hinc primò infra omnia descendere debebat elementa: Iesus Christus pectoribus & cordibus malitia induratis includi admitti que debebat; hinc maturè & in tempore intra saxum concluditur: Non nisi cum dolorum eius & mortis recordatione corpus hoc recipiendum est: hinc sepulcrum monti Caluariæ vicinum fuit.

XIX.

Deipara postquam à sepulcro recessit, Iosepho & Nicodemo ob obsequiosam hanc officiosamque charitatem gratias egit, vti olim Dauid Galaaditis, dum ait: *Benedicti vos à Domino qui* 2. Reg. 24. *fecistis misericordiam hanc cū Domino vestro Saul, & sepelivistis eum.* Porro Caluariæ montem redeundo denuo ascendit, & crucem filij sui sanguine decoratam adoravit. Non minus verisimile est, illam inter incedendum sedulo cauisse, ne

2

1 pedi-

pedibus sanguinem quem terra imbiberat calcaret, utpote satis compertum habens, cuius ille esset pretij, ob personalem Verbi unionem; & summopere dolens, quod à satellitibus, militibus, aliisque tam contemptim habentibus illum calcari cerneret. Aliquot post annis Apostolus Ephesijs scribens, graues sibi esse ait & intolerabiles illos, qui peccatis suis denuo Iesum Christum crucifigunt, & noui testamenti sanguinis parui pendunt & pedibus proterunt.

XX.

Maria cum ad habitationis suæ locum reuertisset, tot in partes noctu & interdiu animam suam distractam sentiebat, quot in locis dilectissimus sibi filius versabatur. Pars una siquidem in sepulcro una cum corpore eius agebat, dolores quos subierat meditans, & animo voluens; pars altera animam in limbum usque sequebatur, contemplans quid cum sanctis illis patribus ageret, & præsertim cum Iosepho nutritio suo iam olim demortuo. Maxime verò illam hominum cruciabat ingratitude & peccata, quæ prima & originalis omnium quos sentiebat quosque filius passus erat dolorum causa erant.

XXI.

S. Petrus, ut verosimile est, primus omnium ad Deiparam matrem accessit; ac videre mihi videor, quomodo lacrymis suffusus, ad sanctissimæ matris & condiscipuli sui Ioannis pedes se prostrauerit, ob periurium & perfidiam suam erubescens, partim amissum dolens magistrum, partim tum Virginis tum omnium cum ipsa lamentantiū fletibus & doloribus compatiens. Benigne illum pia mater consolata est, utpote quæ
cæteris

DE SEPVL. & DESCENS. AD INFEROS. 311
 ceteris creaturis amplius filio suo bonitate, cle-
 mentia, & cōpassione similis erat. Sequuti mox
 alij ex ordine Apōstoli, quos omnes Deipara, su-
 periozem inertiam ignauiamque mentis non ex-
 probando, benignè excepit.

XXII.

Maria Magdalena, Maria Iosephi māter, aliæ-
 que piæ feminae circum sepulcrum sedulo inspi-
 ciebant, quo Redemptoris corpus modo conde-
 retur, notantes & locum & situm quō ipsum cō-
 di viderant, vt quando eōdem redirent, ritè of-
 ficiū suū peragerent, & in tempore etiam si-
 bi de vnguentis alijsque arōmatibus ad corpus
 Domini sui condiendum prōpriis prospicerent;
 eum prima per Iosephum & Nicodemum facta
 maiorem dignioremque merito eius vnctionem
 exigere opinarentur. Hinc duo praticare disco-
 vbi ad sacrum Eucharistiæ sacramentum acces-
 sero: primò attentè considerabo, quid in anima
 & corpore, quod præsentiā sua dignatur, Iesus
 Christus operetur, quando nimirum omnia ibi
 noua sunt, nullæ peccati sordes, & à nullo alio
 locus præoccupatus inquinatusque est. Secūdo, nō
 sola meditatione contentus ero, sed etiā aromata
 tā cōparare & cōquirere studebo, virtutes inquā,
 quarum corā Deo exercitium suauē est, & ad
 ædificationem Ecclesiæ odoriferum. Quām porro
 verum est, diabolū eiusque assecclas sem-
 per suis in adinventionibus machinationibusque
 etiam inuitos, ac contra voluntates suas, Deo
 seruire & obsequi debere? Principes quippe sacer-
 dotū & Pharisei sabbatō sūmo mane surrexērō

Pilatum oraturi sepulcrum custodiri vt iuberet, eò quòd *seductor iste* (nomine illum suo nominare non dignantes) *dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum vsque in diem tertium, ne fortè veniant discipuli & furetur eam, & dicant plebi, surrexit à mortuis.* Assignati illis ergo è præfidiariis custodes, quibuscù sepulcrum petière, obsignantes lapidem & custodiam validam addentes. Hæc omnia verò in causa fuère, cur Christi resurrectio magis diuulgata sit, & reddita certior & credibilior. Ita Deus impiorum molimina & machinationes in suum ipsorum caput conuertit.

XXIII.

Limbus locus est, quem Paulus *inferiora terra* nuncupat, & Apostolorù symbolum *inferni* nomine, dum credere nos iubent, eò Dominum statim post mortem suam descendisse. Zacharias *lacum* appellat *sine aqua*; Redemptor verò apud Lucam cap. XVI. *sinum Abraha* vocat, quasi dixeris locum quietis, vel ducta à sinibus maritimis & portubus, qui fida nauium statio sunt, vt quidem Theophylactus exponit, similitudine; vel quod secretus is & arcanus esset locus, prout intelligit Augustinus; vel comparatione ducta ab iis, qui veterum ritu accumbentes alter in alterius corpus reclinati cibum sumebant, vti apud Matthæum cap. XVII. Redemptor significat, loquens de iis, qui venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob; atque vt dilectus Domino discipulus in coena vltima in Domini ipsius sinu recubuit. Tertullianus cap. IV. libri de anima notat locum hunc vastam quamdam & profundam sinuositatem

DE SEPVL.& DESCENS. AD INFEROS 359
 tem esse debere, quod eum Redemptor ipse cor-
 dis terræ nomine donarit, Ionæ qui triduo & tri-
 noctio in ventre ceti commoratus est, se assimu-
 lans. Erat ergo locus hic animarum iustarū Re-
 demptorem suum exspectantium receptaculum
 vti enim terrestris paradysus primis nostris pa-
 rentibus illorumque posteritati occlusus fuit, i-
 ta & clausus cœlestis, donec eodem ascenderet
 is, qui *clavis David* nominatur, qui descendens
 primū in infimas terræ partes, Patres inde edu-
 ctos, in triumpho sui die secum in cœlestia dedu-
 xit, vt in Epistola ad Ephesios Apostolus docet,
 Ibi hi assiduū ad Messiae aduentum anhelabant,
 quò claram essentia illis suæ ipse visionem com-
 municaret: meum quoque studium sit, ad illud
 ipsum bonum continuò incessanterque suspirare
 & aspirare cum Apostolo dicendo: *Quis me libe-
 rabit de corpore mortis huius?*

XXIV.

*Quod autē, inquit idē Apostolus, ascendit, quid
 est, nisi quia & descendit primit in inferiores par- Ephes. 4.
 tes terræ? quomodo ergo exaltari sperabo, si hu- 9.
 miliari, deiici, & contemni refugiam?*

XXV.

Tamdiu cum sanctis illis Patribus in limbo
 māsit Redemptor, quamdiu corpus eius in sepul-
 chro fuit, quadraginta propè horis; qua in de-
 scensione humilitatem suam & charitatem exer-
 cuit. Eòdem non multò pòst boni latronis anima
 appulit; & quoniam illi paradysum, quem illi
 promiserat, contulit, ipsam scilicet essentia suæ
 visionem & fruitionem, credibile est tantundem
 illum & alijs sanctis animabus fecisse & in-
 primis

primis Præcursoris sui Ioannis Baptista, sancti Iosephi, & Innocentium martyrum.

XXVI.

Luciferi porro & dæmonum omnium, qui tāta in principis huius adeo victoriosi necem contentione cooperati fuerant, indignatio & furor fuit indicibilis, semet in sui imperij destructionem laborasse, & eius se morte denictos & prostratos, quem vitæ priuauerant videntium. Longius prouecta Iudæ & mali latronis desperatio, rabieque maiori efferafcere cœperunt, videntes suā se malitiā salutis iacturam fecisse, illū quidē in Christi schola, hunc iuxta eius crucem. Tum ergo, vt loquitur Vas electionis: *exspoliavit Principatus & potestates. & traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* idque insigni iustitiæ suæ manifestatione & iudicio coram infinitis Angelis, qui huic iudicio intererant,

XXVII.

Credibile item est, Dominum in infimo terræ agentem, purgatorium dispoliasse, animas, quæ diuinæ iustitiæ suæ satisfecerant, vel seipso, vel Angelorum adminiculo educendo, illarum debitorum solutionem accelerando, & clementia vtendo, idque sanguinis sui quem recenter effuderat, virtute & potētia, passionis suæ priuilegij, quod bono latroni communicarat, illas participes reddendo.

XXVIII.

Diei exprimi que qui posset gaudium animarum, harum quidem à vehementibus doloribus, illarum à tædiosa expectatione liberatarum. Erant hic Ioachimus & S. Anna auus & auia Redemptoris, S. Ioannes Baptista, Elisabeth & Zacha-

DE SEPVL.& DESCENS.AD INFEROS 359
 Zacharias, ibi beatissimus Iosephus, ibi omnes
 qui aut inter se, aut cum Salvatore necessitudine
 & affinitate coniuncti erant. Et quamuis, quod
 ex huiusmodi relationibus naturalibus oritur
 gaudium, exiguum quid sit cum consanguinita-
 te, quæ nobis in Christo Iesu secundum Deum
 communis est, comparatum incredibilem tamen
 hæ nouamq; consolationem afferebant, eò quòd
 naturâ non destruat gratia, utpote cû ab vno eo-
 demque auctore procedant. Maius verò hocce
 gaudium ipsa resurrectionis Dominicę die fuit,
 quando iuncti omnes Dominum ad desolatam
 matrē suam consolandam abeuntē comitati sunt.

COLLOQVIUM.

Quis dabit capiti meo torrentes, & oculis la-
 crymarum oceanum, vt potentis huius sub-
 limisq; Patrisfamilias, qui verus mundi monar-
 cha est, mortem dignè deplorem? quis pectori
 dabit flammæ omnes, quas sub cœli conuexo re-
 perire est, ad reciprocar charitatîs ardores in a-
 nima mea excitandos? Quis eo me luctu induet,
 quem exsequar, quas Maria Iesu filio suo, qui illi
 cum Deo Patre indiuisim cõmunis est, parat exi-
 gunt? Quis dabit ita vitam & mores vt compo-
 nam, vt desolatæ huius matris languoribus, so-
 ciarum eius doloribus, naturæ vniuersæ nulla
 veste indutæ compassioni ac sensui, & eius qui
 pro me tumulto illatus est, meritis respondeant?
 Benedicit te anima mea, amabilissime Iesu, & o-
 mnia interiora mea te laudant, & gratias ob tam
 ineffabilem dignationem agunt. Et quoniã nec
 cor, nec linguam, nec intellectum habeo,
 qui beneficij magnitudinem æquet, aut exequia-
 rum magnitudini respondeat; obsecro te, vt

sanctissime matris tue cor amore & dolore transfixum, vnà cū dilectissimi Discipuli tui, filij eius adoptiui charitate, & omnibus pijs huius urbe, pium hoc tibi officiosumque obsequium reddentis gemitibus, admittere & accipere digneris. Quod verò mihi faciendum incumbit, & quod gratia tua facere possum, quodque etiam tibi maximè optabile, est vt deinceps te offendere verear, cum vnicū peccatum poenibile hoc animæ tuæ à corpore diuortiū causatum sit, quod modò ex sanguine & vulneribus oppletum ad tumulum deferri contemplor. Quando te, ô peccatum, monstrum teterrimum, prodigium terribile, terra penitus obrutum videbimus? quando tandem inferno, è quo prognatum es, non amplius prodibis? ô nefandum dæmonum genimen, cum tenebrosus mundi immundi princeps mundo iam exactus sit, quid tibi amplius cum mortalijs negotijs? Tam bene scilicet omnia, Deus meus, fecisti, vt sine poenitentia tua sint dona, nihil vt annihilaris omnium quæ fecisti, & nulla in vniuersa rerum natura reperiri possit annihilatio, quam ipsa gratia, quando à peccato mortali ipsa destructa est; cum ea sit accidentium natura, numquam vt ab vno subiecto in aliud migrare possint, Et quoniam priuationes ex habitibus oppositis cognoscuntur, & secundum eas metiuntur, & gratia, qua peccatum nos priuat, quæque annihilatur, superioris cuiusdā ordinis est quàm natura omnis, hinc malum, quod peccata causatur maius est & enormius, & maiorem in creaturis omnibus confusionem turbationemque ciet, quàm si sol, luna, stellæ, coelum, terra, AN G E L I, homines, imo ipsa filij D E I huma-

DE GLORIOSA CHRISTI RESVR. 361
humanitas (si à Verbo separaretur) annihilaren-
tur, ed quodd omne hoc malum & ingens hæc an-
nihilatio in rerum natura admissa, minor est &
inferior ipsæ gratiæ, quæ ordinis & naturæ
cuiusdam superioris est, annihilatione. Quis
ergo deinceps miretur tam iuratum te, Deus
meus, peccati hostem esse? te ad crimini & ma-
lo huic satisfaciendum, naturam tibi mortalem
vnisse? mori denique, ipsum vt interficias? Quàm
bene proinde Propheta olim tuus dicebat, om-
nem aduentus tui in hunc mundum fructum
fuisse, vt auferatur peccatum?

Illud ergo ab anima mea & omnium illo-
rum qui Christiano nomine censentur, & à toto
mundo auferas, illius per Incarnationistuz
meritum à terra memoriam erade. Quod te
per odium, quo ipsum prosequeris, per vitæ tuæ
meritum, per lacrymas, per sanguinem, per mor-
tem, per sepulturam denique tuam; quin & per
dignissimæ matristuz preces, propter animas
quas animâ tua limbo eduxit, omnesque qui
Ecclesiam triumphantem constituunt, obsecra-
mus. Amen.

MEDITATIO XVI.

DE GLORIOSA CHRISTI IESV

Resurrectione.

PUNCTVM I.



OMINICAE, summo mane
post tertiam demum diem (partem
pro toto capiend) Christi Domini
anima corpori se reuiuuit, gloriæ

Z 5

illi

illi prærogatiuas communicando, ipsumq; impassibile, subtile, agile, & splendidum reddidit, adeò vt sine resistentia vlla sepulcro clauso signatoque prodierit.

II.

Apparuit haud dubiè primò beatissimæ matri suæ; credibile porro est Iosephum in corpore simul & anima cum ipso venisse. Meminit sacra scriptura & aliarum vndecim apparitionum; etsi quo illæ contigerint tempore & serie, planum non faciat, ac dubios nos relinquat. Secundà probabiliter fuit Mariæ Magdalenz facta, quando hortulani forma illi apparuit. Tertiò S. Petro apparuit. Quartò tribus Marijs dicēs illis, *Auete*. Quintò Cleophæ eiusque socio euntibus in Emaus. Sextò discipulis omnibus congregatis, cum pæcem ijs est apprecatus, verè se, resurrexisse euidenter probauit, & mentem illis ad scripturas intelligendas illustrauit. Septimò, rursus ijsdem, sed Thoma præsentē, cui vulnera sua inspicienda tangendaque dedit, Octauò, Petro, Thomæ, Nathanaeli, filijs Zebedæi, & duobus alijs in mari Tiberiadis piscantibus. Nonò S. Iacobo. Decimò plusquam quingentis fratribus simul. Vndecimò in monte Galilææ. Duodecimò S. Paulo Damascum proficiscenti, & denuo in arce: sed duæ illæ vltimæ apparitiones post eius ascensionem contigere, & illa qua quingentis fratribus apparuit, eadem esse cum illa, quæ in monte Galilææ contigit, creditur.

III

Quodnam fuerit sanctissimæ illius familiæ gaudium, & præsertim Deiparæ, equæ humanitatis Iesu Christi gloria, & quomodo quadraginta
illis

illis à resurrectione ad vsq; ascensionem diebus
plerumq; apud Matrem suam sanctissimā egerit.

FRUCTVS I.

Redemptor noster summa diligentia resurrectionis suæ terminum, ad suos consolandum, accelerans, docet quā promptè libenterque omnibus necessitatibus nostris prospiciat & securrat, & quā seduli promptiq; esse in charitatis operibus exercendis debeamus. Sepulcro clauso prodiens, ad oculum patefacit, potuisse se à Virgine nasci, nec sibi factu difficile esse, suum pluribus in locis corpus constituere, cum plurima corpora vno statuere loco queat. Cum tumulo egreditur, ostendit esse nobis, si resurgere cum ipso velimus, malis consuetudinibus egrediendum. Cum gloriosis se dotibus condecorat, docet, eum, qui sui participare gaudij velit, bono proximis exemplo præluere: secundò, in Dei obsequio promptum esse & agilem: Tertiò, Angelorum puritatem imitari: Quartò in mortificationibus velut insensibilem esse debere.

I I.

Ex apparitione sanctissimæ matri factæ colligimus, pro affectuum nostrorum qualitate & quantitate plus minusvè nos consolandos. Ex ea quæ B. Mariæ Magdalenz contigit, discimus omnium virtutum nobilissimam esse charitatem, nullaque re citius Deum ad nos attrahi, quàm si ex tota eum anima, toto corde, & totis viribus diligamus. Ex ea qua tribus Marijs apparuit, illasq; salutavit, & quod illæ eius pedibus aduoluerunt, discimus, eum qui pauperibus seruit, Dei pedes amplecti. Ex ea qua duobus discipulis visus est, discimus libenter de rebus loqui

loqui spiritualibus, docere ignorantes, sacram frequenter adire communionem, cum ad eos accesserit Iesus, dum de eo loquerentur, eos edocuerit, seque in fractione panis manifestarit, sub quo tam inuisibilis latere poterat, quam dum ab oculis eorum euauit, seque inuisibilem reddidit. Quando omnibus iunctim Apostolis apparuit, suarum illis manuum vulnera ostendit, ut discamus laborare; latus apertum, ut nos ad amorem suum excitaret; pedes transfixos, ut ita perieuerantiam disceremus. Ex eo verò quod insufflarit in eos, Spiritum sanctum ijs dederit, & dixerit: *Quorum remisistis peccata, remissa sunt; & quorum retinueritis, retenta sunt*, discimus, esse nobis peccata aperienda, ut norit Sacerdos, quæ retinere, quæ remittere debeat; & quantum sit beneficium, à debitis exsolui, ea duntaxat confitendo, vulneraque ostendendo, ab iisdem per sanari.

III.

Ex eo quodd Dominus Discipulis rursus apparuerit, Thoma iam præsente, discimus alterius infirmitati condescendere, fidem sensibus præstare, & certissimum hereseos signum esse credere nolle, quæ comprehendere non possumus; discimus item bonorum contubernium sectari, in eo namque se Deus manifestat. Ex apparitione piscantibus facta colligimus, virginibus se potissimum Deum patefacere, ut Ioanni, qui Petro innuit, *Dominus est*; item ijs qui animarum pascuui incumbunt; adhuc sine Dei gratia aut ope nihil nos comprehendere, nihil plane efficere, & plus præsente Deo vnico nos proficere momento, quam sine ipso omnibus creaturis adiuvantibus.

IV. Ex

IV.

Ex refectiōne piscantibus parata, discimus, Dominum nomine suo laborantibus mensam sternere. Centum quinquaginta tres pisces denotant, prædestinatorum numerum certum esse, ac mundum mare naufragijs & tempestatibus obnoxium, pisces homines, nauigium Ecclesiam, qui ipsum conducit & attrahit esse S. Petrum, litus & portum beatitudinem cœlestem esse.

V.

Ex apparitione in monte Galilææ, quæ transmigrationem significat, facta discimus, esse nobis vitam mutandam, si videre Christum velimus; & summum perfectionis Christianæ culmen ascendendum, si eum sequi velimus; cumque nobiscum se ad vsq; sæculorum consummationem fore promittat, numquam de eius auxilio diffidendum, sed fauorabilem eius in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento præsentiam agnoscendam, in quo reuera non minus præsens adest quàm dum Paulo in itinere Damasceno apparuit, & in arce ad ipsum arcessit, vt Actorum IX. & XXIII. capitibus scriptum est.

VI.

Ex eo quòd quadraginta post resurrectionem suam diebus Dominus in terra egerit, videmus, quomodo illum amor quo nos prosequitur, apud nos manere cogeret, vt ita inexcusabiles redderentur, qui resurrectionis eius veritati credere nolūt. Quando vt plurimū apud sanctissimā matrē suā verisatur, tacitè docet, apud ipsam se vt queramus, atq; vti per ipsam ad nos aduenit per ipsā itē se cupere, vt ad se accedamus. Verū quoniā ex apparitionibus, singulis singillatim consideratis

ratis, multa documenta, & quidem vtilissima eliciuntur, ea sunt minutim & attentè singula, prout sequitur, excutienda.

VII.

Vbi benedictæ illæ animæ, quæ Christi animam stipabant, corpus eius in sepulcro positum conspexere saucium, cõtusum, proprio conspersum cruore, manus, pedes, latusque transfixum, à laudando saluatore suo, infinitisquæ gratijs illi persoluendis, quod scilicet extraordinaria illa charitas exigebat, cessare non potuere. Incredibile item illarû fuit gaudiû, quando omnipotentia sua, & (vti verisimile est) Angelorum ministerio, omhem quem in horto Gethsemani, in Pilati prætorio, & in monte Caluariz effuderat sanguinem, piles quoq; & capillos sibi euulsos, in tanta id quod suis ipse sequacibus promiserat, quod capillus de capite ipsorum non periret, collegit. Extremus quoque fuit iubilus, quãdo animæ ipsa victrix, & beata, corpus hocce subiit, & suâ illud præsentia commutauit & transfigurauit, idq; multò excellentius, quàm alias in monte Thabor. Illud ab vnguento & omni macula purgavit eiq; dotes gloriæ, vt vocant, perpetuûm duraturas communicauit, splendorem, immortalitatem, impassibilitatem, & agilitatem. Vulneribus singulis immensam claritatem addidit, longè sanè fulgentiorem, quàm solis. Spinei feri puncturæ, in gloriosi diadematis caput eius condecorantis formam conuersæ: & eodem simul tempore agilitatis dotem cum subtilitatis applicando, sacrum hoc tabernaculum, hoc sanctum sanctorum, hanc noui fœderis arcam, quæ sepulchro latebat, saxo quod ostij erat loco, & obicis

obis figillisq; additis, nequidquam obstantibus anima inde sustulit. Credendum quoque est, quod, sicut pro more Dominus habebat oculos sapè ac manus in cœlum attollere, hæc modò ad Patrem sustulerit, illi de resurrectione & gloria corporali gratias agens.

VIII.

Dubitandum non est, quin iidem Angeli, qui quo tempore in mundum intrabat mortalem hîc vitam acturus, gloriosi & exultantis exercitus in morem descenderint, gloriosi ipsius triumphii solemnitati interfuerint, dum scilicet, morte iam superata, ad vitam æternam renascebatur. Tum verò Deus Pater, iterum introducens filium primogenitum in orbem terrarum, Angelis suis mandavit, ut eum adoraret, ut notat Apostolus.

IX.

Resuscitatus iam Iesus, incomparabili charitate actus, solus huius secundæ natiuitatis gloria frui noluit, sed eam & alijs communicavit, quorum corpora sepulchris clausa latebant, quæ tempore mortis eius aperta fuerant. Probabile item est, S. Ioachim, Annam, & S. Iosephum horum de numero fuisse, & hos in filij comitatu Deiparæ matri apparuisse. Et sicut ut plurimum pro consolationum modulo tristitias attemperat Deus, quis matris & filij gaudium, quis Annæ, & Mariæ, quis Iosephi, eiusque sponsæ lætitiâ exprimat? Beata Mater filium adoravit, illi, uti nascenti fecerat, pedes, velut Deo suo, manus ut Domino suo, genas ut filio exosculando. Mutuæ salutationes & benedictiones, illorum sermones & colloquia, quæ illi Dominus reuelarit mysteria, acre-

ac rerum futurarum prædictiones prorsus innarrabiles sunt potiusque meditando percurri, quam scribendo exprimi possunt.

X.

Et si Matri suæ iam se manifestasset Redemptor, non prima tamen ipsa eius resurrectionem promulgauit, expectans donec aut ipse, aut Angeli eam Apostolis significarent. Quam discretionem etiam in Incarnationis mysterio adhibuit, ipsum ne Iosepho quidem coniugi suo reuelare volens, donec id illi ab Angelo aperiretur. Inde discretè, humiliter, & cum restrictione aliqua discam Dei gratias & dona gubernare.

XI.

Maria Magdalena, & Maria Iacobi, summo pere desiderabant, extremum hoc charitatis officium corpori Iesu Christi præstare, cum eam ob causam aromata coëmerint: die tamen sabbati quiescere, ne festum violarent. Hinc discam numquam esse obedientiam pietatis prætextu infringendam, neue intermittenda ea quæ ex obligatione facienda incumbunt, ut ad faciendum illa, quæ è priuata deuotione proficiuntur.

XII.

Ex Angeli Marijs apparentis maiestate, pulchritudine, potestate, quæ tam è terræ motu, quam in saxo hoc ingenti ad ostium monumenti posito cui insidebat, reuoluendo eluxit, disco, opera mihi charitatis exercenda, quæ ab Angelis visiter & consolatione complear; & quicumque eo quo par est honore corpus Christi in Eucharistia prosequuntur, ut plurimum singulari quodam lumine illustrari; admirabilia eius cognoscenda,

DE RESURRECTIONE CHRISTI 369
scenda, & fructus inde colligendos. Et his Iesus
Christus fit Nazarenus, (quo eum nomine Ange-
lus nominauit) id est, floridus, & omnigena be-
nedictione abundans & redundans.

XIII.

In amore Iesu Christi feruor est semper adhi-
bendus. Lanerat lacrymis suis Domini pedes Ma-
ria Magdalena, pretioso eosdē vnguento vnxerat,
fuisse eos capillisterferat, doctrinæ eius audēdæ
sedulo vacauerat, in montem vsque Caluariæ
eum secuta fuerat, summo manē & impigrè stra-
to surrexerat, eum vinctura; passim & ubiq; om-
nium se in omnibus feruentissimam ostenderat:
hinc & illi primò post matrem suam se Domi-
nus patefecit.

XIV.

Magdalena sociæ cum audita ab Angelo Apo-
stolis nuntiaissent, his contentæ ad sepulcrum
denuo non rediēre: vti nec Petrus & Ioannes vi-
sa sindone & linteis. Non ita Magdalena, sed eō-
dem è vestigiò redijt, quiescere non valens. vt li-
cet duo alij illi Angeli apparerent, cum secundo
inclinaret se, vt monumentum inspiceret, vnus
in vna loci in qua posittum fuerat corpus parte,
alius in alia, non propterea tamen conquieuit,
nec curat, Angeline fuerint, an homines: de hoc
solum laborat, quonam Dominus suus ablati
sit. Ac tum ille retro post ipsam apparuit, stre-
pitum quemdam excitans, vt retròspiceret. Il-
lum ergo in mentito hortulani habitu conspicu-
ta, qui alia, quàm solebat voce illam interroga-
bat, quid ploraret (quod ipsum & Angeli ab ea
ante petierant) ait: *Domine si tu sustulisti eum, di-
cito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam:*
A a quasi

quasi nihil sibi impossibile fuisset, locuta, & quasi nemo non scisset, quid corde ipsa foueret. Unda veri erga Deum amoris proprietates signaq; colligam. Primò, quòd amantis & cor & linguam is rapiat, & proinde oculos, pedes, manus, memoriam, intellectum, & voluntatem; denique, verbo ut dicam, totum hominem in se conuertat. Secùdò, quòd in amante sui ipsius, rerum suarum, honoris, sanitatis, commoditatùq; omnium obliuionem causetur; interdum ut faciat, quæ communi hominù iudicio & humano sensu stulta stolidaq; videantur, vti quãdo Dauid regiæ maiestatis oblitus, coràm arca subsultabat & tripudiabat. Tertiò, quòd vires augeat, efficiatq; ut qui amat, multò pluribus se offerat quàm exequendo sit, nihil impossibile esse censens. Verbi gratia, quando Magdalena ea quæ suprà, dicebat, dies festus erat, sol exortus, & ipsa nonnisi vnica foemina debiliy erat: corpus de quo loquebatur, mortuum, crucifixum, Iudeis exosum, à Pilato iudicatum, cùm, ne Ioseph quidem ab Arimathia ipsum iniussu Præsidis tangere ausus fuerit. Illa verò omnes hæc difficultates perfringens, ait: *Ego eum tallam,* & suo eum loco collocabo. Hæc veræ charitatis proprietates excutiam, & videbo num vel aliquam in anima mea reperire sit.

XV.

Verbi Dei efficaciam videre in eo licet, quòd statim ac suo Magdalenam nomine Redemptor compellabat, & solito quidem vocis sono, illum ipsa agnouerit. Ait porro *Maria,* & ipsa, *Rabboni:* eius quippe intellectus cuestigio nouo quodam lumine illustrabatur, & perfectiori voluntas eius

eius excitabatur principio eius ut Dei amandi, quem ut hominem diligebat & carum habebat. *Magistrum* appellabat illum quem antè *Dominum* vocarat, Angelis respondens: quòd scilicet ipsimet iam loqueretur, & luminis infusi plenitudinem sentiret, quodè præcipuis diuini magisterij erat effectibus. Hoc item nomen suauius erat, & ipsum erat, quo illum mortali in corpore agentem nuncupare solebat. Ilico ergo ad pedes eius procidit, eosque exosculari volebat, velut primum quem post naufragium inuenerat portum. Sed inhibuit Dominus dicens: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum sed dic fratribus meis: Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum*: perinde ac si dixisset: noli de pedibus meis tangendis iam laborare, id aliàs licebit, neque enim tam cito ex hoc mundo emigrabo, sed festinando nuncià Apostolis meis, esse tibi me visum, & quid tibi dixerim; & hæc dicens disparuit. Præter dictam autem verborum Iesu Christi efficaciam, videbo item teneritudinem & affectum in legationis huius diuinæ verbis latitantem, cum discipulos suos appellat *fratres, suumq; Patrem & Deum*, illorum & Patrem & Deum esse ait, suum quidem vnitate naturæ, illorum verò vnione charitatis: aperte demonstrans propter conditionis suæ mutationem affectus sui naturam nequaquam tamen mutatam esse.

XVI.

Magdalena Domini iussis dum parer, obuias habuit in via socias suas, & visa auditaque

Aa 2

illis

illis retulit: quibus illa videndi desiderium magistri in fecit, qui euestigio illis apparens, dixit, *Auete*, quem conspiciatæ magna cum reuerentia ad ipsum accessere, & humiliter ipsum adorantes, illius magno cum affectu pedes osculatæ sunt. Quibus ille: *Nolite timere, ite nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilaam ibi me videbunt.* Hinc disco, Dominum querentibus se, & ex animo ad se anhelantibus, vltro occurrere.

XVII.

Mysterio non vacat, quod Apostolos Dominus, (quod & Angeli antè dixerant) in Galilæam tendere velit vt se videant, etsi immediatè post illis esset Ierosolymis appariturus. Hinc nanq; cum D. Gregorio disco, duplci se seruis suis ratione Deum communicare. Primò obiter & leuiter medijs in tumultibus, strepitu, commercijs & turba: secundò, intimius & abundanter in pace, quiete, tranquillitate tum interiori, tum etiam exteriori. Egrediamur ergo libenter, cum iubemur, tumultuosa Hierosolyma, & pacatam quietamq; Galilæam petamus: post talem enim transmigrationem commodius nos Dominus visitabit, sapius nobiscum ager, eiusque in anima nostra gratia copiosior erit.

XVIII.

Ex eo quod mulierum verbis credere noluerint Apostoli, somnia illa & natiuas arbitantes, duo traho documenta; primum, vehemens rei allicuius, quo tenemur desiderium, & timorem quo ne ea contingat, metuimus in causa esse, cur in credendo difficiles simus: secundum, non minus peccatum esse, vt imaginarium & phantasti-

taſticum dicere , quod Dei reuelatione cognoscitur,quàm reuelationum inſtar habere debilis cerebelli commenta & fictiones, Ergo nec nimis credulum , nec nimis incredulum eſſe oportet, in relatiſtam hominum quàm foeminarum aliorumq; idiotarum ad mentem admiſſendis; ſæpenumerò namque ſit, vt ſimplicitas, feruor & deuotio interioribus illuſtrationibus, & apparitionibus exterioribus locum dent; ſæpè etiam è contra amor proprius , ſuiſpiſus æſtimatio , iudicij debilitas , & curioſitas occaſionem patri mendacij præbeant in Angelum lucis ſe tranſfigurandi. Ne credamus ergo nobiſiſis, ſed prælatorum, confeſſariorum, & ſuperiorum noſtrorum directionem ſequamur , & nulli patebimus periculo. Illorum verò eſt Petrum & Ioannem imitari , id eſt, operam omnem dare , vt in ijs quæ ad Deum ſpectant certi ſint ipſi, & nos certos tutoſq; reddant. Hinc duo illi diſcipuli ſepulchrum petiuere ; & tamen ſi Ioannes, qui charitatem repræſentat, præcucurrerit, Petrus tamen, qui fidem designat, primus intrauit ; illius nãq; eſt nobis quæ credere & nō credere, quæ facere & nō facere debeamus, proponere.

XIX.

Volupe eſt Domino cum afflictis , cum de ſe loquentibus, paſſionis ſuæ recordantibus, ſacramentaq; ſua frequentantibus agere; hoc namque pacto patefecit ſe duobus diſcipulis in Emauſtendentibus, & , ſi fortè recedere lōgius videatur, noſtris vult orationibus, gemitibus, lacrymis, poenitentijs, & precibus compelli. ita namque ad ea quæ petimus nobis concedenda, inuitatur; dicamus ergo cum Iacob : *Non dimittam*

te nisi benedixeris mihi. Ut verò videam exemplum esse verbo potentius , in fractione panis Dominus se patefecit, non verò in verbis, quibus Cleopham ac socium in via erat allocutus. In via quidem Verborum suorum dulcedinem illis & sapientiam ostendit, sed in mensa gravitatem, modestiam qua in manus panem sumere solebat, deuotionem quoque qua illum benedixit, reuerentiam, qua Deo Patri gratias egit, & charitatem, qua illum inter ipsos diuisit. Hac in actione oculi illis aperti.

XX.

Textus Græcus non modò eum ait disparuissè, verùm etiam inuisibilem factum. Est quippe de corporis gloriosi dotibus, se, prout animæ libuerit, aut videndum dare, aut ab oculis hominum subtrahere: cogitemus oportet, idem esse corpus, quod etià mortale de Virgine natum erat, quòd aquis superinambularat, quod secundo inimicorum manus, clam se subducendo, effugerat, Nazarethi scilicet & in templo, quod in monte Thabor splendenti facie visum erat, quodq; in Eucharistiæ institutioni immortalter & impassibiliter sese dederat. Quorum mirabilium nullum veræ naturaliq; corporis sui realitati repugnabat.

XXI.

Sicut Dominus subtilitatis suæ aut penetrationis dotem patefecit, quando iannis & fenestris clausis cœnaculum, in quo collecti aderant Apostoli, ingressus est; ita & omnipotentis suæ efficaciam, & quòd velut absolutus Dominus in animam intrare, eam consolari, immutare, prout ipsi videbitur, potest, nihil vt ipsum auertat, aut
volun-

voluntati eius resistat, mihi ostendit : item gratum sibi esse seruos suos sensus, qui cordis ostia & fenestræ sunt, propter metum Iudæorum, ne scilicet peccatum, quod animæ mors, ipsum ingrediatur, occludere.

XXII.

Stetit in medio Apostolorum Redemptor, velut sol quidam illustrans, velut magister docens, ut pastor gubernans, ut protector defendens, ut mediator pacificas, ut pater filiis suis benedicens; docetque se pro his omnibus, recipere animæ meæ medium, id est cor, deprecari; meque, si virtutes acquirere velim, extrema evitare debere, quod inter incredulitatem, & credulam superstitionem media sit fides, media inter præsumptionem & desperationem spes, inter amorem naturalem & profanum charitas, inter indulgentiam, & nimium rigorem iustitia, inter astutiam & fatuitatem prudentia, inter temeritatem & timiditatem fortitudo, inter luxuriam, & inspidam insensibilitatem temperantia, inter prodigalitatem & auaritiam liberalitas, inter superbiam & pusillanimitatem humilitas, & sic de alijs.

XXIII.

Varijs vicibus pacem Apostolis suis precatus est Dominus, & non pacem mundanam, sed suam, quæ in interiori quiete consistit, quando scilicet animæ cum Deo, cum proximo, & secum benè est. Quæ pax non nisi post peractum cum passionibus bellum acquiritur, quæ

nisi pareant imperant , nosq; supplantant
nisi subiunguntur. Vt autem nullum bello ciuili
deterius ac metuendum magis, nullum domesti-
co ciuilius , nullum personali domesticum ma-
gis; ita nulla quàm inter inferiorem & superio-
rem animæ partem pax optatior. In ea regnum
Dei, quod intra nos est, consistit,

XXIV.

Cum Apostolis Redemptor ait: *Ego sum*, tan-
tumdem dixit ac, Magister vester, Saluator, Re-
demptor, aduocatus, frater, & pater vester sum.
Et dum subiungit: *Nolite timere*, dicere vult, mo-
dò me habeatis amicum, nihil est quod metuatis;
me si quando amittatis, totum amittitis, & cum
vnicum me possederitis, nihil est quod perdere
vereamini,

XXV.

Non fuit charitati Iesu Christi satis Aposto-
lis locutum fuisse & se manifestasse; voluit insu-
per aliam singularem fraternitatis & affabilita-
tis notam addere, cibum postulando, & cum eis
manducando, etsi ea actio foret longè à corporis
sui gloriosi conditione aliena. Vnde ad bonita-
tem adeò humanam, & potiùs adeò humanè di-
uinam, & diuinè humanam diligendam, quin-
etiam ad humiliandum me, vbicumque proximo
obsequendi se obtulerit occasio, excitabor. Ad-
hæc in Eucharistia Dominum propiùs recipio
quàm olim illum Apostoli recepère, dum san-
ctam eius carnem tetigère, & fauam mellis
& partem piscis assi illi obtulère, quorum il-
lud diuinitatis, hoc humanitatis eius est sym-
bolum,

XXVI.

Cū Apostolis dicit Redemptor: *Sicut misit me pater, & ego mitto vos*, aduerbium hoc cōparationis *sicut*, maximæ plenum est efficaciz. Perinde enim sonat ac si dixisset, Propter hominum salutem veni, vos item propter hominum salutem mitto: veni vt animas Deo patri reconciliem, vos autem intercessores & interpositores operis huius eximij constituo: veni vt viam in coelos edoceam, vos autē mitto, vt quod cēpi ipsi continuetis. Magnam item *sicut* emphasin habet; etsi enim æqualitatem non denotet, aliquam tamen dicit in omnibus missionis suæ partibus similitudinē, qualia sunt, docere & administrare sacramenta, animas regere, cæcos illuminare, claudis pedum vsum reddere, morbosos sanitati restituere, mortuos suscitare; demique super duodecim sedes, *velut iustitiz suæ assessores*, sedere, & in iudicij die mortis vitæque sententiam ferre. Non ait item: *Peccata, quæ remissa esse declarabitis, sed quæ remiseritis remittentur*, idque addita circumstantia imprimis notabili, quod nimirum insufflauit in eos dicens: *Accipite Spiritum sanctum*. Et sicut cum Apostoli recepēre, ita & confessarij peccatores poenitentes per absolutionis, quam *reconciliationem* Sanctus Paulus nūcupat, verba ore suo prolata absoluit & liberant. Vt verò hæc in Ecclesia potestas continetur, voluit Dominus Episcopos, Apostolorum successores, eadem insufflatione, & eisdem repetitis verbis spiritum sanctum dare iis, quos Sacerdotes constituerent, vnā cum peccatorum remittendorum potestate. In quo bonitas ac misericordia Dei planē existit admirabilis & ineffabi-

effabilis. Si enim peccatorum condonatio & remissio nonnisi verbo, aut flatu aliquo illi constisset, non tanti ingens eius liberalitas fieret, quæ tam amplam offensarum remittendarum potestatem dedit: verum cum sanguinis pretio & tam extremis cruciatibus eam compararit, quis non miretur, & velut extra se tam inmensam considerans misericordiam rapiatur.

XXVII.

Qui hominis imbecillitatem, & cordis humani duritiem videre voluerit, & quod ad Iesum Christum nemo nisi per fidem (quod omnes eius discipuli constanter docuerunt, & etiamnum hodie docent) perueniat, quomodo item fides infusa (quæ vera est) nonnisi à Deo veniat, sancti Thomæ incredulitatem consideret. S. Petrus certò illi asseuerauerat visum à se Dominum, item discipuli ex Emmaus reuersi, mulieres quoque quæ ad sepulcrum iuerant, id ipsum confirmarat & ipsa Deipara mater, & reliqui Apostoli collegæ eius, non tamen horum quidquid se crediturum ait, nisi videret in manibus fixuras & mitteret digitum in loca clauorum, & manum in latus eius. Quæ cordis durities quatuor & quidem graues errores continet. Primum, quod à ceteris se Apostolis, vel fortè tædio victus, vel aliam forsan ob causam se subduxerit, quam obrem Iesu Christi visionis bono tum quidem priuatus fuit. Secundus fuit, iudicii proprii præfacta duritia, cum contrarium tot viri fide dignissimi affererent, occulta quadam superbia suam aliorum sententiæ opinionem præferens. Tertius fuit, præsumptio & curiositas, quod mediū modum-

DE GLORIOSA CHRISTI RESVR. 379
modumque quo crediturus esset, non verò alio,
Deo præscriberet. Quartus, quòd ostitudo in ma-
la hac dispositione perseveraret, condiscipulorū
suorum testimoniis dispositionibusque cedere
detrectans. Quos errores numquam in electa
illa Dominus anima tolerasset, nisi magnū in-
de elicere bonum potuisset, idque etiam in Apo-
stoli huius commodum, qui exinde humilis esse
didicit, & nomen Iesu Christi ceteris Apostolis
longius remotiusque per terrarum orbem diffu-
derit, quin etiam in nostrum, eò quòd Thomæ
incredulitas ad nostræ plagas curandas plurimū
condukerit. Credibile porro est illum ad Do-
mini pedes se abieciſſe, & ab eo tangendo se ab-
stinuisse: sed manum eius Dominiū apprehen-
diſſe, eiusq; ita desiderio satisfeciſſe; in quo cha-
ritatis suę mansuetudinisque magnitudinem pa-
tefecit, vti & quando ante ostitudum alios A-
POSTOLOS inuitavit vt se tangerent & palpa-
rent, itaque verum se habere corpus ostende-
ret.

XXVIII.

O B sex rationes vulnerum suorum notas
& signa Dominus retinuit. Primò, vt magis
confirmaret eos quibus, resurrectionis fidem fa-
cturus, esset appariturus. Secundo, vt illa victo-
riæ testimonia forent, & irrefragabile trium-
phi sui indicium. Tertio, vt nos velut suis scri-
ptos in manibus, pedibus alligatos, & cordi
insculptos haberet. Quarto, vt Deo Patri
eadem exhiberet, quoties peccatis eum no-
stris ad iracundiam prouocassemus. Quintò, vt
velut illicium forent, quo ad ipsum accedere-
mus

remus, quodq; ad ipsum amādū eiq; obediēdū invitaremur, perspicientes quantū nostri ipse causa præstitisset. Sexto, vt damnatos in die iudicij cōfunderet, & præsertim Iudæos, quando accepta ab ipsis & pro ipsis vulnera ostendet, iisque quod in libro de symbolo scripsit Augustin⁹, exprobrabit: *Ecce homo, quem crucifixistis, respicite vulnera, qua inflixistis, agnoscite latrōs, quod lancea perforastis, quod tam his, quàm illis apertum fuit, etsi intrare ipsi renueritis.* Ad quæ verba horribilem clamorem tollent: electi verò & beati vice versa mille in eū præconia & benedictiones effundent.

XXIX.

Apparuit Dominus S. Petro, Ioanni, & alijs quinque discipulis in littore marij Tiberiadis, qui tota laborantes nocte nihil prendiderant; qui cum suam impotentiam agnouissent, & pisces alligere se non potuisse confessi essent, tum Dominus ad dextrum nauigij latus rete mitti iussit: tantam porro piscium multitudinem conclusere, vt rete ad littus trahentes centum quinquaginta tres pisces maiores numerarint. Ita quando meum nihil agnouero, & nihil me in me ipso posse confessus fuero, tum in me & per me ad nominis sui gloriam & honorem Deus magna mirabiliaque efficiet.

XXX.

Ioannes primus Redemptorem agnouit, primus Petrus ad illum accurrit; præcingens enim se in mare se proiecit, & versus littus ad Dominum, natauit, cymbam præueniendo; vnde discovitam contemplatiuam magis illustrari, & actiuā plus operari.

XXXI.

Ecquod erit epulum cœleste, & quo electos suos & amicos modo ibi Christus excipiet, cum hoc etiam in mundo Apostolis mensam apparet, eique panem miraculosum apponat, & piscem, quem nauigio egressi prunis superpositum conspexere. Notabo cum S. Augustino, quodnam fuerit inter hanc piscationē, & illam quam Lucas cap. V. describit, discrimen. Hæc enim facta ad dextram partem, pisces in hac numerati, qui omnes magni fuere, non tamen rete rumpebatur. Ad designandum solos prædestinatos ad dextram collocandos, quorum certus est numerus, & inter quos parvus nemo: nullum etiam ubi erunt, futurum schisma vel ruptura. In illa vice versa omne genus piscium cōclusum fuit, boni & mali, magni & parui, & tantus illorū erat numerus, ut duas implerēt cymbas, easque propè demergerent: piscatio quoque omne ad latus instituta est, & rete frangebatur, ad denotandū bonos & malos in Ecclesia fore, probos iuxta ac improbos reprobos & prædestinatos, & piscationem à multis instituendam, id est, per vniuersum terrarum orbem, scelestos interdum bonis perditionis & exitij periculum creaturos, eosque hæreses & schismata in Ecclesia causaturos. Non numerantur autem, quod mali, & in primis damnati, nullo apud Deū loco, & nihilo sunt minus.

XXXII.

Christus cum antè resurrectionem suā regni cœlorum clauēs S. Petro se daturū promississet, iā sua implere promissa voluit, atque ideo tertio ab eo petijt: *Diligis me plus his* & Simonem Ioānis, aut Ionæ, ipsum nominauit, & tertio dixit,

Pasce

Pasce oues meas, pasce agnos meos. Vt hic euident
& manifestum fieret, Prælatos fide & charitate
inprimis clarere debere. Et quoniam *Simon obe-*
dientem, Ioannes gratiam, & Ionas columbam de-
notat, fidei & charitati exactiorem inspiratio-
nibus diuinis obedientiam, & maiorem erga pro-
ximum benignitatē mansuetudinemque, quin &
attentiorē ad Spiritus sancti, quem columba
denotat) motus cooperationem addant neces-
se est.

XXXIII.

Non ait Petro: *pasce oues tuas, aut agnos tuos,*
sed oues, & agnos meos: vt hinc disceret non do-
minum se, sed vicariū dumtaxat gregis constitui,
& fidelium se, vt gregis Iesu Christi, qui princeps
Pastorum est, curam rationemque habere, & illi
officij sui rationem reddere debere: quod & Pe-
trus tum intellexit, & post scripto cōmisit. Ce-
terum his Petrum verbis Redemptor vniuersalē
ouilis sui pastorem constituit, & non modò
communis fidelium coetus, qui per *agnos* si-
gnantur, sed etiam & martyrum spiritualium,
quarum figura sunt *oues*, quales sunt Confessa-
rij, Concionatores, Magistri, Episcopi, Ar-
chiepiscopi, Metropolitani, Patriarchæ, il-
lius in omnes sine vlla exceptione primatum
confirmans, ita quidem vt nonnisi vnum es-
set ouile futurum, & vnus pastor. Triplex
illa pastura, quam iterato illi inculcat, do-
ctrinam, Sacramenta, & bonum significat
exemplum, quod omnis gregi suo Pastor ex-
hibere debet, nisi poenas & flagella, quæ per
Ezechielem Dominus intentat iis, qui se, non
autem

DE RESVRRECTIONE CHRISTI 383
autem gregem suum pascunt & saginant, incurrere velit. Tales sunt omnes illi, qui è beneficiis suis & præbendis nonnisi honorem, voluptates, & commodum spectant.

XXXIV.

Quādo quis suo mōtu volūtateq; pēnitētiā facit, aut austeritatem aliquam corporalē subit, se ipse cingit, & liber nihilominus manet, quomodo & quando ipsi visum fuerit: sæpè quoque fit, vt amor proprius in deuotionibus eius partem habeat: at quando aliunde immissa labores, afflictiones, mortificationes, vel ab hominibus, vel dæmonibus, qui nos exagitant, vel à Deo ipso, qui eas ad maius bonum nostrum fieri permittit, tam per morbos, infamiam, vulnēra, falsa testimonia, paupertatem, tribulationem, quam per supplicia propter iustitiam vel fidei defensionem tolerata, immittas tolerat, tum præter, numquam autem contra voluntatem suam, si modò verus Dei seruus sit, ab alio cingitur. Atque hæc mortificationis ratio perfectiorum est, & eam immittit Dominus iis, quos à propria voluntate abesse & plane expurgare voluerit, quos & per se ipse cingere dignatur.

XXXV.

Redemptor è loco in quo confederat surgens, pergere coepit, & soli Petro ait: *sequere me*, confirmaturus, quæ illi dixerat: tria autem verbum hoc significabat: *sequere me* in summi Pastoris officio: *sequere me* in vitæ virtutumque mearum imi-

imitatione, *sequere me* in cruce moriendo. Credā
& hoc mihi triplici alia ratione dici: *sequere me*
per integram præceptorum meorum adimple-
tionem: *sequere me* consilia mea seruando: *seque-
re me* inspirationibus meis auscultando, easque
executioni mandando.

XXXVI.

Apostoli, Domino ita iubente, in Galilæā ab-
euntes, ceteris id discipulis, per varia sparsis lo-
ca significarunt, adeo ut plusquā quingenti vnū
in locū cōnuenerint, quibus se Dominus, ut ad
Corinthios Apostolus scribit, manifestauit: cre-
ditur vulgo, in monte Thabor, in quo olim trās-
figuratus erat, hæc apparitio cōtigisse. Hinc do-
ceor, si fidei mysteria penetrare, & Christū pro-
pius videre velim, ad summum perfectionis vitæ
culmen ascendere & anhelanter ad charitatis &
vñionis fraternæ fastigiū me properare debere.

XXXVII.

Dicente Domino: *Data est mihi omnis potestas
in cælo & in terra*, hæc gratiam, illa gloria respici-
cit. Notandū verò, quod tametsi ius hoc & pote-
stas, ratione vñionis hypostaticæ illi deberentur
per meritū tamē; illi etiā acquisita fuerint. Hoc
que exemplo & prototypo vult omnes, qui ad v-
sum rationis perueniunt, gloriam æternam me-
ritis cōparare; quæ profecto longè maior est gra-
tia, quàm si eam duntaxat, ut hæreditatē elar-
giretur. Duplici quippe nomine nos sibi deuincit,
primò quod nos ad gloriæ huius possessionē
admittat, deinde quod ita illam promereri nos
faciat, ut etiam nobis debita sit, proprietas in-
quam illus nostra sit, & illam velut in debitam
remunerationem operis accipiamus.

XXXVIII.

Notat S. Gregorius quotidie spiritualia in Ecclesia miracula fieri, quæ exterius & corporaliter in primitiua Ecclesia fiebant. Concionatores siquidem, sacerdotes, & confessarij, malignos spiritus ab anima pellunt, dum illam ab aliquo peccato soluunt: lingua loquuntur noua, dum verbum veritatis annunciant: serpentes tollunt, quando odia, rancorem, illusiones, & omne prauorum habituum genus à cordibus profligant: mortiferum potum bibunt & non nocet iis, quando inter improbos agentes illorum nequitiam norunt & patiuntur, ab ea tamen non inquinantur: super ægros manus imponunt, & benè habent, quando verbo & exemplo infirmos ad virtutem excitant. Illorum exemplo ab anima mihi pellendus dæmon ille voluntarius, peccatum inquam, per plenam perfectamque contritionem: noua vtendum & loquendum lingua, non de terra terrenisque amplius loquendo, sed de celestibus: serpentes tollendi, nimirum occasiones, quæ me in tentationem pertraherent; fugiendo, & à memoria mea omnes quæ me inficere possent imagines & cogitationes eradendo: virus hauriendum & non inficiendus, concupiscentiæ tentationes suggestionesque superando: super ægros manus imponendæ bonis operibus peruersas & scelestas consuetudines sanando. Si prout oportet credidero, omnia hæc signa in me habebō.

XXXIX.

Credam Dominum mihi quoque dicere, quod Apostolis suis: *Ego tecum sum vsque ad consumptionem sæculi*, quod mihi quidem est vitæ extremum

tremū, quasi diceret: Ecce tecum sum vt te tuus in laboribus consoler, in operibus auxilio, sim, actiones tuas contempler, denique omnia opera tua iudicem & compensem.

XL.

Cū Dominus *ad finē vsq; seculorū* cum discipulis suis, qui mortales erant, futurū se ait, in illorū persona vniuersā Ecclesiā suā alloquitur: dū autē addit: *omnibus diebus*, intelligo nō ad futurū illum per certa interualla, modō vno die, modō altero, sed diebus omnibus, horis omnib⁹ momentis omnibus, non fixo aut certo mille aut bis mille annorum numero, sed ad vsque finem mundi. Quibus verbis significat^r Ecclesiā suā, & consequenter Sacramenta & sacrificia sua perpetua fore, seque sacerdotem secundū ordinem melchisedech, in æternum quoad institutionem & continuationem sanctissimæ Eucharistiæ futurum. Equidem cum S. Augustino dicam, quod, quemadmodum nullum dari momentum posset temporis, quo non Dei sui bonitate fruatur & vtatur homo, ita nullum esse momentū debeat, quo non eum sibi præsentē habent.

XLI.

Sicut illæ Iesu Christi apparitiones non vno omne tempore contingere, vnoque modo, sed aliz in horto, aliz ad sepulcrum, aliz in via Emmaus, aliz in coenaculo, aliz in littore, aliz in monte Galilææ; ita internæ Spiritus sancti visitationes vel tempore orationis, vel inter legendum ad mensam, vel aliquod bonū opus exercendo, vel in recollectione, vel diebus festis, vel in agris, vel inter laborandum, vel alio tempore & loco contingere solent. Vnde disco à merequire.

quirere Dominum, ut omnitempore & loco, omnibus in occasionibus paratus & promptus sim, semper à diuina eius prouidentia dependens, quod, sicut ipse dixit: *Spiritus ubi vult spiraret*, & pro dispositione quam repetit, minori maioriq; se splendore communicet, uti fecisse Dominum post resurrectionem scimus, aliter se sanctissimæ matri suæ, aliter Apostolis, aliter discipulis & mulieribus aliter manifestando.

C O L L O Q V I V M.

Iam tandem post tot passionum diluuium, arca salutaris in montibus Armeniæ requiescit.

Iam tandem Ioseph, postquam à suis fratribus venditus, & ad necem quæsitus esset post calūnias, post vincula, post cōpedes & carceres totius est Aegypti præpositus, & primus à rege declaratus. Hodie Dauid victoriā de Golia refert; hodie Salomon in Regem Israelis inunctus est, hodie Ionas è balena, & Daniel è lacu leonum egreditur. O beatam diem, lætitia tantum plenā, quantum præcedentes omnes mœrore & amaritudine plenæ fuere. Iam non amplius de clauis, lancea, cruce & sepulcro agitur: iam hyēs transit, imber & procella abiit & recessit, iam spinæ florere, quique ad crucem vsque humiliatus fuit, ita modò est exaltatus, nullum ut sub coelo sit nomen, in quo saluari possimus, præter solum ipsius: qui propter hominum salutem homo factus est, ex æterno temporalis, ex immortalis mortalis, ex impassibili passibilis, ex creatore creatura; hodie, quò mortales ad se imitandum & peccato moriendum, uti ipse propter peccatum mortem occubuit, animaret, resurgit impassibilis ut coelum, subtilis ut spiritus,

ritus, agilis vt fulgor, & solis instar resplendens. Tu, ô dulcissime Iesu, coeli terræque decus ac dilectum, tu, ô gloriæ triumphator, inferos expugnasti, mortem domuisti, peccatum denique fregisti. Tuæ sunt laureæ, & immortalia salutis acquisita tropæa. Matrem igitur tuam afflictâ consolare, tuos visita Apostolos, eosq; de tua resurrectione certiores reddens, omnium sæculorum fidem confirma. Atque vti semel ob peccatum mortuus es, & iam amplius moriturus non es, ita nobis misericordiam præsta vt perfectè ad gratiæ vitam resurgentes, deinceps peccato immortales, si non habitu, saltem actu inueniamur. Placuit tibi pro peccatis nostris mori, & propter nostram iustificationem resurgere, tua ergo in nobis desideria per merita tua perfice, & propter matrem tuam, memento esse te diuitem, etsi nos paupères simus; etsi nos secundogeniti tui, te nostrum esse primogenitum; etsi nos ignorantes, te ipsam esse sapientiam; etsi nos debiles, te ipsam potentiam & fortitudinem; etsi nos improbi, te ipsam bonitatem; etsi nos miseri, te ipsam misericordiam; etsi nos mortui, te vitam ipsam. Atque vt in omnibus his nulla imperfectionis nostræ, etiam maxime, cum perfectione tua, quæ infinita est, institui potest comparatio, præstare digneris etiam, vt quod & tibi & nobis es, præualeat ei quod sumus, & tibi sumus. Nam nimis quàm æquissimum est, vt sicut ipse viuens & moriens creaturis celsisti, ita modò creaturæ ratione præditæ (quarum omniū ipsa sum indignissima, tibi, dulcissime & amabilissime Creator, cedant & obediant.

M E D I-

MEDITATIO XVII.

DE GLORIOSA CHRISTI DOMINI *Ascensione.*

PUNCTVM I.

QUAM beata illa dies, qua in coelos ascendere Dominus decreuerat, post resurrectionem scilicet quadragesima, iam illuxisset, discipulis suis in coenaculo cibum sumētibus apparere dignatus est. Denuò hic cum ipsis cibum sumpsit, & insignia sui in ipsos amoris indicia dedit: deinde subiunxit eo se die ad Patrem ascendere, locū se iis præparaturū, ad eos se reuersurū quòd eos secū ducat, si diligerēt se, illos vtiq; de discessu suo gaudere debere, & ad patrem, qui se maior erat, properaret: tū quod maximo opere illis expediret, & ipsorū interesset se discedere nisi enim abiret, Spiritum sanctum non descensurum, eius proinde aduētum Hierosolymis expectarent. Quo dicto eduxit eos foras in Bethaniam in montem qui dicitur Oliueti.

II.

Apostoli omnes & discipuli vnà cū Virgine Deipara hoc in monte cum conuenissent, splendidiori & iucundiori solito modo iis se Dominus videndum exhibuit; & amplexuū quibus amici amicos discedentes impertiri solent, loco, ad pedum manuumq; sacratissimarum omnes osculum admisit, suis è vulneribus iucundissi-

mum odorem exhalans: sublatis deinde manibus oculisque suam ipsis benedictionem contulit, paulatimq; è terra sursum ferri coepit: ilico nubes abstulit eum ab oculis intuētium, & cœlos, Angelis, animabusque limbo & purgatorio eductis comitatus, ingressus est; quem Deus Pater, & omnis curia cœlestis velut victorem magno plausu, pompa, ac triumpho excepit, sedetq; in quantum homo ad dexteram Dei Patris.

III.

Cùm sanctus ille cœtus Dominum ascendentem oculis suis amplius prosequi non posset, in cœlos nihilominus semper intenderet, ecce duo Angeli albis induti illis apparuere subito, dicentes: *Viri Galilæi, quid statis respicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis, sic veniet, quā admodum vidistis eum euntem in cœlum.* Qui cum rursus disparuissent, illi adorantes regrets sunt in Hierusalem incredibili repleti gaudio, quotidieque in templo agebant laudantes Dominum & benedicentes.

FRUCTVS I.

Nullū creaturæ irrationali afferre nuntiū potest latius aut optatius, quàm similia audire verba iis, quæ ad Apostolos Redemptor ait: Gaude, in mortis hora te mecum assumam, & ubi ego sum, eò te introducam, ut in loco, quem ab omni æternitate tibi Pater meus constituit, te collocem.

II.

Si corporalem filij Dei præsentia imperfecto quo-

quodam & proprium commodum spectate amore amare, Spiritus sancti aduentum impediēbar: quāto eum magis proprius vel inordinatus erga aliam creaturam amor impiediet?

III.

Spiritus sancti aduentum mystica quadam ratione, quæ singillatim mihi excutienda est, Dominus promittit. Primū ait: *sedete & requiescite, quoadusque induamini virtute ex alto*. Vnde discō internam quietem & animæ tranquillitatem esse ad Spiritum sanctum recipiendum necessaria, eumque patienter expectandum, diuinæ prouidentię & locum & tempus, subiectum & modum aduentus eius committendo. Vult eos Hierosolymis manere, etsi potius fuisset, eos in desertum aut in locum aliquem solitarium mittere; vt ostenderet nimirum non ipsorum sed hominum omnium causa Spiritum sanctum dari; hinc in publico eum recipi vult loco, è quo statim ad veritatem Euangelicam annuntiandā egredi & erumpere queant, iuxta illud Isaïæ oraculum: *De Sion exibat lex, & verbum Domini de Ierusalem*. Item vt significaret, Domino interiorē mentis, quam exteriorē corporis solitudinem cariorem esse; & vnum è Spiritus sancti effectibus esse, animas fidelium, Deo, quocumque demum in loco, coniūctas & vnitas tenere. Verba hæc, *virtute ex alto*, tantumdem valent, ac dicere, *robore Spiritus sancti*, sine quo Apostoli omnibus destituti, inermes, debiles, pusillanimes, idiotæ, & stupidi erant. Nostrium igitur est animas in tranquillitate, lōganimitate, spe, ac deuotione custodire, si modò aduentum & dona spiritus sancti consequi velimus.

IV.

Cùm discipulos è Bethania in montem Oliueti concedere Dominus iubet, non datur colligere, an eos ipse eòdem duxerit, vel ad tempus visibilis ipsis, reliquis viatoribus inuisibilis adfuerit; vel an disparuerit, & solos eos abire sinerit. Quidquid sit, paruere quamprimum Apostoli. Credibile porro est illos coenaculo egredientes reuocasse in memorià amaram illà vespèram, qua hortum Gethsemani petiuerūt, qui ad vnum montis Oliueti latus erat; quæ sanè longè erat à lia, ab hora, die, & occasione, quæ modò eos eundem in locum inuitabat, & conducebat.

V.

Vt discam, si modò patienter omnia feram, illud ipsum, quod humiliationis meæ fuit initium, exaltationis etiam futurum, & per temporales me labores ad æternos conducendum; voluit Dominus eodem è loco ad gloriam suam ascendere, in quo maxima in angustia Patrem orauerat, ab Apostolis derelictus fuerat, à Iuda proditus, inimicis traditus, funibus constrictus; denique vnde erat ad crucis ignominiam subeundam & sustinendam egres-
sus,

VI.

Manus suas Dominus cum in altum sustolleret, ostendere volebat, benedictionem, qua illos impertiebatur, non temporalem nec rerum temporalium, sed bonorum cœlestium esse. Esse insuper benedictionem, quam suorum cruce brachiorum extensione illis acquisierat: tū vt hoc pacto denotaret, suam se ipsis gratiā & benedictionem
quàm

quàm copiosissimè, & plenè veluti manibus dare. Quibus eam verbis dederit, aut quæ ipsis bona sit, apprecatus, non constat. Sed fortè fuerint similia ijs quæ sexto Numerorum capite legimus, quibus filijs Israel benedici volebat Dominus: *Benedicat vobis Dominus, & custodiat vos. Ostendat Dominus faciem suam vobis, & misereatur vestri. Convertertat Dominus vultum suum ad vos, & det vobis pacem.* vel fortè repetijt orationem illam qua ante Venerabilis Eucharistiæ instantiæ onem Patrem est deprecatus, & septimo decimo Ioannis capite legitur: *Pater sancte serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint vnum sicut & nos, ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.* Et quandoquidem Iesu Christi benedictio productiva est, eodem sane tempore singularem donorum & gratiarum influxum à Deo Patre receperunt. Adèò ut etsi nullum aliud eximie sanctitatis ipsorum aut prærogatiarum, quibus præ reliquis hominibus donati sunt, argumentum haberemus, hæc oratio, benedictionibus accedentibus, ad oculum eadem liquidoque ostenderet.

V II.

Sanctissima mater, Apostolorum chorus, ipsorumque socij, animæ corporisque oculos in Dominum suum ascendentem, triplici cum affectu, & quidem ardenti, defixos habebant. Primò namque mirabantur, videntes tam faciliè in aërè corpus carneum ferri, non quidem Eliæ & Enoch instar abripi aut subito auferri, sed propria virtute ascendere. Secundo; summo opere gaudebāt; Domini sui gloriam & diuinitatis eius effectus conspic-

ti. Tertiò, ex animo & corde intimo eum sequi optabant, in quo omnis ipsorum thesaurus situs erat. Hoc verò in sensu duplices secum captiuos dñs duxit, primos quidē re ipsa & facto, in propriis ipsorum personis, iustos inquā limbo eductos; secundos verò, quorum corda iam captiuarat, sanctissimam scilicet matrem & discipulos, qui indissolubilibus amoris catenis vincti, eum sequebantur. Quis mihi det, vt de hoc Iesu captiuorum sim numero?

VIII.

Carnis nostræ fragilitas, intellectus nostri stupor, curarum varietas, vitæ huius mortalis necessitatum multitudo, cupiditas, inordinatus erga creaturas affectus, voluntariæ distractiones, aliæque miseriæ actionibus nostris adhaerentes totidem velut obstacula sunt & nubes, animarum nostrarum solis visum auferentes: sæpè quidem nubes hæc à Deo immittitur, qui prouult ad maiorem nominis sui gloriam & maiorem nostram perfectionem expedientius, se manifestat aut subducit: vti, dum dulcem præsentis suæ consolationem suspendit, quò aliis rebus vtilioribus vacemus; vel quādo nos in humilitate, patientia, & longanimitate exercere cupit, vel diligentius attentiusque iis quæ partium nostrarum sunt, intendere & occupari. Ceterum ex eo quod Apostoli oculos à coelo diuertere non potuerant, discimus eequod sit inter corporalia & spiritualia, terrestria & coelestia discrimen. Illa sunt in hominum opinione & existimatione maiora, quàm reuera in seipsis: hinc eadem possidendo minora opinato reperiunt, & illico ipsa

ipsa nauseam pariunt: hæc è contra longè, quid-
quid excogitari potest, superant. Hinc qui ea-
dem gustare cœperit, satiari nescit aut refici, ap-
petitu semper in immensum crescente.

IX.

Quando Angeli discipulos à contemplatione
abstraxere, suaferunt vt Deum propter Deum re-
linquerent, meditationem inquam, quo actioni
vacarent, & desererent quæ puræ deuotionis é-
rant, vt in ea quæ obligationis incumberent. Di-
centes Iesum ita venturum, vti eum in cœlos a-
scendentem viderant, de visibili eius præsentia
loquebantur, & de nube quæ eum ab conspectu
hominum interceperat. Nam alioquin, qui dul-
cis & benignus tantaque cum charitatis signifi-
catione ascendit, terribilis & formidabilis, ex-
tremamque seueritatem præferens redibit, vt
nobis dum abiret commissorum rationem tum
deposcat, nulla indulta venia illi, quem offi-
cio suo compererit defuisse. Hinc semper mihi
proponam eum, qui in die ascensionis cœlos
petit, vt meus sit aduocatus & mediator, ventu-
rum aliquando vt sit iudex, & omni creatura ra-
tionabili inspectante conuentum & confessum
suum generalem & supremum agat.

X.

Dominus cum ait : *Vbicumque fuerit corpus
ibi congregabuntur & aquila*, de suo corpore glo-
rioso, & animabus loquitur, fidei oculum
perspicacissimum habentibus, quæ instar aquil-
arum renouatæ sunt, & viua quadam fiducia
suum mutarunt, vt loquitur Psalmista, fortitu-
dinem, aquilinas sibi alas adaptantes, quod
faci-

facilius pervolent ad ea, quæ ad eius obsequium spectant. Tales fuere Apostoli, præsertim post Spiritus sancti aduentum. Eos ipse imitabor, ijs adhærebo, templaq; frequentabo, in quibus ven. Sacramentum residet, & in primis Deiparæ Virginis studiosus ero.

XI.

Cum in supremum gloriæ capitolium Dominus triumphator ascendit, turba quam secum duxit constabat tum animabus quas limbo purgatorioq; eduxerat, tum iustis quos iam duplici ratione in corpore scilicet & anima glorificarat (modò verum sit, eos qui cum ipso resurrexere, non amplius deinde mortuos esse.) atque hoc innuit Apostolus, & prædictum olim erat, quod

Psal. 33. *ascendens in altum, captivam duceret captivitatem.* Singulæ porro animæ empyreumiam ingressæ coelû clamare iure meritoq; poterât: *Quæ dilecta tabernacula & habitacula tua Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Quibus cœlestis musica respondebat:

Psal. 46. *Psalamus Deo nostro, psallite, psallite Regi nostro:*
7. *quoniam rex omnis terra Deus, psallite sapienter; Deus sedet super sedem sanctam suam.* Millia & miliones Angelorum, Dominum suum comitantium, quicq; illi, vt Psalmista notat, currus triumphalis instar erant, multò quàm olim in natiuitate, triumphum gloriæ eius decantarent iucundius & suavius, & vnanimi omnes voce exclamarunt: *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, in sacula seculorum. Amen.*

XII. Quæ

XII.

Quæ exprimat lingua, quis concipiat intellectus, quo Deus Pater dilectissimum suum gaudio exceperit filium, quando iam cælum ingressus, opulentiam hanc quam secum ducebat captiuitatem illi obtulit, & velut rationem omnium quæ in mundo gesserat reddens, ait, vt Ioannes *Ioan. 19.* litteris mandauit: *Manifestaui nomen tuum hominibus: Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam: & nunc clarifica filium tuum apud te ipsum claritate quam habui prius, quam mundus esset apud te.* E. tunc, vt ait *Psal. 9.* *Dauid: dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis,* super omnes eum Cherubinos & Seraphinos, velut omnium Angelorum hominumq; caput, & cœli terræque secum & vnâ cum sancto Spiritu indiuisim, Imperatorem constituens.

XIII.

Redemptor ergo cùm cœlos penetrasset, & ad dextram Patris, id est loco eminentissimo, consideret, supremi œconomi partes agere coepit, animabus quæ secum cœlos ascenderant, sedes debitas & promeritas assignando. Aliquæ inter Angelos, aliquæ inter Archangelos, aliæ inter Principatus locum sortitæ sunt. S. Ioseph, & Ioannes Baptista inter Cherubinos & Seraphinos cooperti, & suum quisq; locum & ordinem meritis conformem nacti sunt. Atq; hoc pacto iustus viuorum & mortuorum iudex, impleuit, vt quidem Dauid ait, ruinas hominibus, quibus apostatæ angeli exciderant.

XIV.

Eodem quoq; tempore officium aduocati & patroni, pro alijs quos in terra reliquerat fratribus ex-

bus exércuit, vulnerū, quæ ad eos redimendos suscepserat vestigia Patri exhibens. Hinc excellentes amoris & fiduciæ affectus excitabo, & cum Apostolo dicam: *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cælos, Iesum filium Dei teneamus confessionē spei nostræ*, semper profitentes quæ credimus, & ambientes quæ speramus; si verbū cōtingat (cōtingit autē sæpissimè) in aliquod nos peccatū labi, recordemur, quod ad nostram cōsolationem Ioannes scripsit: *filioli mei hac scribo vobis, ut non peccetis. sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi*, quasi dixisset, verisimile non est, eum, cum sanguinis sui pretio & vitam exponendo cœli ianuam reſerarit, iis easdem occlusurum, qui debita mandatorum eius obseruatione eas intrare cupiunt, & quauis ratione contendunt.

COLLOQVIUM.

VNde fieri discam, Deus animæ meæ, ut cū ferrum magnes, festucam succinum, & chalybem Lunarium attrahat, cor meum nihilominus adhuc in terra maneat te in cœlis commorante? fieri nē ergo potest, ut tu mihi sis qui es, & ipse sim qui sum? tu thesaurus meus, tu vnicus meus, tu mihi omnia & ipse adhuc in mundo hoc inferiori, in luto repēs, & inquinatus, inter creaturas tanto me inferiores & te indignas hærebo? ò Iesu mundi decus, Iesu saluator abis, Iesu naturæ errabundæ reparator, alterutrum mihi

mihi concede, vel ut reipsa & effectu, vel saltem affectu non amplius in mundo sim. Quatuor res aliqua modis ab alia dicitur attrahi: annon vel vnum experiri ipse possim? Primò, calore, ita videmus vapores & exhalationes ascendere, quando mare & terra à solis radiis calefcunt. Secundò similitudine, quæ amicitia mater, ita quodque animal sibi simili gaudere & adherere videmus. Tertiò, vacuo; quod ut evitetur, gravia sursum ferri, & levia deorsum, & alios plurimos eius rei incredibiles, præter omnem naturæ ordinem effectus cernere est. Quartò occulta sympathia, qualis est inter stellam borealem & cuspidem nauticam magnete affricatam. Quis ergo mihi det, ut tua caritate ardens ad te per calorem ascendam? ut superbix & iræ moriens humilitatem & mansuetudinem à te discam? ut terram deserens, similitudinis & affinitatis titulo ad te pervoalem? Quàm optabile mihi esset vacuum, ne graue imperfectionum mearum pondus amplius sentire cogerer! ô dulcis amor, quando illa illucescet hora, qua me ipso vacuatus, te replebor! ô diem beatam! ô tempus optabile! Veni ergo dilecte mi, veni ad pauperculâ creaturam tuam; numquam enim ipsa ad te accedet, quin prius ad eam ipse accesseris, & si sympathia & applicatione quadam opus est, annon ea euidenter in diuinissimo tuo Eucharistiæ Sacramento elucet? Ibinè præsens ades nec ne? si porro ibi adsis, (vti planè indubitateq; id credimus) annè ades vt me in terra detineas, an verò vt me in cœlo sustollas? an vt te in me, an verò me in te transformes? Per omnes hæc vias, & per omnia hæc media, quæ totidem sunt indu-

industriæ charitatis tuæ adiumenta, te obsecro,
Deus meus & omnia, ita ut amoris tui telo cor
meum sauciare digneris, ut non nisi ad te dein-
ceps aspirem, post te solum suspirem,
& propter te dumtaxat
respirem.

F I N I S.



INDEX CONCIONVM SIVE MEDI- TATIONVM DE VITA ET PASSIONE DO-

mini.

CONCIO PRIMA.

DE Annunciatione B. Virginis. pag. 8.
II.

De Protectione quam per montana iudaa, incarnatum Ver-
bum utero Matris Elisabetham cognatam suam visita-
tis, conclusum instituit. 23

III.

De Natiuitate & Circumcisione S. Ioannis praecursoris Do-
mini nostri Iesu Christi. 36

IV.

De ijs qua contigerunt, dum Iosephus Deiparam Virginem
spensam suam deferere cogitaret. 48

V.

De Natiuitate Domini nostri Iesu Christi in Bethleem
Iuda. 56

VI.

De Circumcisione Domini nostri Iesu Christi, deque sanctis-
simi nominis Iesu impositione. 69

VII.

De Magerum aduentu & adoratione 84

VIII.

De praesentatione Domini in Templo. 97

De Purificatione Deiparae & occurfu Simeonis.

IX.

De fuga Domini in Aegyptum, deq; Innocentium strage. 111.

X.

De reditu ex Aegypto 126

XI.

Quomodo Dominus aetatis anno duodecimo in Templo inter
Doctores inuentus sit. 134

XII.

De vita Domini nostri Iesu Christi ab anno aetatis duodeci-
mo ad vsque tricesimum. 135

))

MEDI.

2

INDEX CAPITVM
MEDITATIONES DE PASSIONE DO-
mini nostri Iesu Christi.

Meditatio Prima.

D E Agni Paschalis manducatione, deq; pedum lotione	167
II. De Institutione Sanctissimi Sacramenti & Augustissimi sacrificij Eucharistici	181
III. De Oratione Domini in horto, agonia, sudoreq; sanguineo, deque Angeli apparitione,	195
IV. De proditione Iuda & Iesu Christi comprehensione	209
V. De ijs qua Redemptor à cõprehensione ad usque in domum deductione, & deinde in domo Caipha pertulit.	220
VI. De Trina Petri negatione, deq; ijs qua in domo. Caipha Dominus pertulit.	229
VII. De accusatione Redemptoris coram Pilato, deque morte Iuda.	244
VIII. Iesus ad Herodem mittitur, indeque ad Pilatum remittitur, & Barabba postponitur.	260
IX. De Flagellatione Redemptoris.	273
X. De Coronatione Redemptoris, & de Ecce Homo.	281
XI. Iesus rursus ad Populum producitur, & à Pilato postremũ interrogatur, & morti adiudicatur.	291
XII. De crucis basilatione, de occurſu Deiparae, & ijs qua in monte Caluaria, antequam Redemptor cruci affigeretur, contigerunt.	304
XIII. De Crucifixione, & crucis exaltatione, & titulo quem Pilatus ei superposuit.	318
XIV. De septem verbis qua in cruce Dominus locutus est, deq; alijs circumſtantiis.	329
XV. De ijs qua mortem Christi secuta sunt, de eius sepultura, deque descensu eius ad inferas.	344
XVI. De gloriosa Christi Iesu Resurrectione.	361
XVII. De Gloriosa Christi Domini Ascensione.	389

INDEX RERVM MEMORABILIUM, IN QVO LITTERA A DESIGNAT PRIMAM PARTEM, B secundam.

BILIVM, IN QVO LITTERA A DESIGNAT PRIMAM PARTEM,
B secundam.

A



- A**braham quatuor habuit filios, 91. b.
quomodo æquiocatione vsus. 145. b.
Actiones humane continue non sunt. 321
2.
Adamus quanti pretij. 137. a.
Adami peccatum quantum mali nobis attulerit. 166. a. eius cum B. Virgine Maria collatio. 10. b.
Anima Christi in Limbo quamdiu manserit. 357. b.
Apparitio Christi sanctissimæ Matri & Mariæ Magdalenz & reliquis Mariis quid nos doceat 363. b.
Æquiocatio quomodo inculpati seruari possit & debeat. 143. & seq. b.
S. Agnes Parentibus suis apparuit. 411. a.
Agnus paschalis quid Christo insinauerit. 170. b.
Agni Dei cur consecrentur & indulgentiis donentur. 188
a.
Agri purgandi duplex ratio perfectioni acquirendæ adaptata. 205. a.
Alapa pugni verbere ignominiosior. 140. b.
Alapas Christo qui indignant. 239. b.
Amicitie symbolum. 421. a.
Amor purus non est mercenarius. 211. a.
Amoris Dei proprietates. 172. b.
Amor proprius quanto per vitandus. 69. a.
Amoris duo genera, concupiscentiæ & amicitie. 201. a.
Amor filialis sex habet proprietates. 201. a.
S. Andreæ verba ignita ad crucem. 306. b.
Angelus Christum in horto alloquens quas rationes attulerit. 204. b.
Angelus custos excirator noster. 214. a.
Angelorum in creatione nouem priuilegia. 171. a. horrenda strages. ibid.
Ange-

INDEX R E R V M

Angelorum apostatarum peccatum quod	60. b
Angeli puri spiritus. 61. a. eorum sex alæ	61. a. quanta il-
lorum multitudo.	ibid.
distinctio in hierarchias & ordines.	ibid.
præ humana natura quanta excellentia.	62. a.
varia privilegia.	ibid.
in quantum homines superant.	67. a
eorum officium quod	68. a.
Custodes hominum à multis eos periculis præservant.	
80. a. cur hoc faciant.	81. a
Quando eos deserant.	84. a.
Anima Christi ab instanti creationis beata. 14. a. eius va-	
riæ gratiæ ad septem capita reduci possunt.	ibid.
Animæ tres potentia.	252. a
Animæ beatæ qualitas & notitia. 95. a. damnatorum i-	
gne cruciandæ.	482. a
Anima rationalis omnium formarum perfectissima.	318.
a.	
Animabus in purgatorio detentis viuentes quatuor mo-	
dis succurrere possunt.	416. a
Annæ Prophetissæ sex virtutes.	106. b
Antichristus qualis futurus, eiusque persecutio.	428. a
Apparitio S. Agnetis & aliorum. 411. a	& seq.
Apostolis cur Christus suam tristitiam ante passionem	
aperuerit.	200. b
Arsenij Eremitæ metus ob iudicium.	370. a
Astrilij Reguli ob fidem seruata patientia in tor-	
mentis.	209. a
Auditus damnatorum quomodo puniendus.	509. a
Aurcola quale præmium.	550. a

B.

Balthasaris Babylonij visio quid moneat.	357. a
Baptismus ad salutem & remissionem peccatorum ne-	
cessarius. 183. a.	
Barbam Christi qui conuellant.	241. b
	S. Bar.

MEMORABILIVM

S. Bartholomæi Apostoli orandi assiduitas.	276.a
Basiliscus solo intuitu necat homines, ita & mors	345.
a.	
Beatorum domicilium quod.	540.a
varia felicitas in omnibus sensibus & potentiis,	541.
& seq a.	
corpora quibus dotibus gaudeant,	546.a
non omnibus æqualis,	570.a
Beatitudo à Deo velut corona datur & quomodo,	122.
a.	
quomodo ex misericordia Dei datur.	114.a
quid sit.	136.a
eius varia descriptio.	ibid & seq.
S. Benedicti in orando assiduitas.	277.a
Belli incommoda varia.	332.a
S. Bernardi sententia de iis qui scire volunt.	266.
b.	
Bianctis dictum in periculo naufragij.	268.a

C.

Causæ cur Deus peccatum oderit.	164.a
Cæremoniæ agni Paschalis quid doceant.	183. b
Charitatis varia encomia.	206. a. & seq.
morti, sepulchro, inferno cur comparata.	215. a
eius tres proprietates.	216. a
Charitas Sanctorum durat in altera vita.	103. a
Charitas erga proximum idem cum amore erga Deum	
habitus.	220. a
ad eam non nisi gradatim pervenitur.	224. a
primarius eius effectus cordis custodia.	228. a
Christus resurgens & sepulchro clauso prodicens, quid	
nos doceat.	363. b
reliquæ Christi apparitiones quid doceant.	366. &
seq. b	
Christus qualiter in vtero Virg. à Spiritu sancto forma-	

INDEX RERVM.

rus. 13. a. tres in eo diuersæ substantiæ. ibid. eius anima
ab instanti creationis beata & cur. 19. a. corpus per se
immortale & impassibile 16. a. cur concipi voluerit. 19.
a. in Incarnatione generaliter, in institutione S. Eucha-
ristiæ specialiter suo in nos amoris satisfecit, & quo-
modo. 24. a. humanitas non est ubiq; 31. a. quomodo &
quot modis solus sit mediator. 102. a. eius quintuplex
scientia. 445. a. in iudicio extremo visibilis & glori-
osus apparebit 455. a. eius anima ab ipsa conceptione
numquam otiosa. 24. b. cur matrem ad visitationem
Elizabeth commouerit. 15. b. cur nouem totos menses
in utero matris suæ delituerit 58. b. quomodo natus,
59. b. circumcisio eius non simplex pœna fuit. 70. b. tri-
bus locis sanguinem effudit. 71. b. fugæ in Ægyptū se-
ptem causæ 132. b. item reditus ex Ægypto septē cau-
sæ. 133. b. dissimulatione sæpè vsus 145. b. parentibus
subditus, & quomodo 155. b.

Christinæ Virginis horrendum martyrium.	517. a
Clauorum supplicium Christo quàm acerbum.	39. b
Christum imitari qui vult tria scire debet.	339. b
Comparatio Christi cum antiquis Patriarchis.	342. b
Cogitationum tria genera.	289. a
Colaphi quem Christus pertulit circumstantiæ.	224. b
Colossus Rhodius cuius rei symbolum.	345. a
Cometarum motus qualis.	80. b
Confessio peccatori necessaria 178. a In ea sacrilegium quomodo committatur.	141. b
Concilij Florentini definitio de animabus à corpore se- paratis.	442. a
Concionatorum, Confessariorum, Sacerdorum miracu- la.	385. b
Continentia voluntaria duplex	17. b
Cratis Thebani diuitiarum contemptus.	209. a
Corpus Christi quomodo sepultum.	352. b.
Creatio, incarnatio, transsubstantiatio tria Dei opera primaria.	28. a
Crudelitatis horrendæ exempla.	516. a
Cruz	

Crux vexillum Christi. 456. a. a solo Christo baiulata. primo & cur. 308. b. quomodo cum Christo ferenda. ibid. in natura & scripta lege variè præfigurata. 316 b

D.

Damnatorum quorundam apparitiones. 474. a. animæ igne cruciâdx. 482. a. prosopopœia in extremo iudicio ad Christum & Sanctos, 485. a. corpora in duobus sensibus & anima torquebuntur. 507. a. promiscua malorum societate punientur. 512. a. immortales sunt. 522. a

Deipara Virgo Christo iam sepulto Iosepho & Nicodemio gratias egit. 353. b

Derelictio Christi à Patre duabus potissimum in rebus sita. 338. b

Deuotio quomodo & cur aliquando subtrahatur. 141. b. & seq.

Deus est ipsum esse, vnus, solus, infinitus, & quid ex eo sequatur. 2. a. circa fidem in eum duo vitiosa. 3. quod sit quomodo ex naturalib. probari possit. 4. a. eius charitas pura. 7. a. simplicitas & immutabilitas eius quid docent. 8. a. item quid æternitas. 9. a. in creaturarû conditione quem ordinem seruauerit. 60. a. multitudine precum nostrarum non turbatur. 101. a. nullius mortē sed omnium salutem desiderat. 130. a. singulis sufficientem gratiam dat ad salutem. 132. a. quomodo quosdā prædestinauerit, quosdā reprobauerit. ibid. ex hæreticorum doctrina crudelis est & tyrannus. 138. a. necessario odit peccatum. 163. a. quot modis in creaturis suis existat. 291. a. item 295. a. quomodo in cœlis dicatur esse. 306. a. remittit quidem peccata, sed nihilominus punit. 391. a

Diabolus sex modis in Deum insurgens peccauit. 63. a. & quid nobis inde discendum. 68. a. eius voluntas inflexibilis. 519. a. eius conatus in opprimendo Christo. 415. b. multis illudit & quibus. 140. b. certis temporibus mira ei potestas homines vitandi. 217. b. a.

INDEX RERV

stultia circa morituros.	251.b
Discedite verbum asperum,	480.a
Discrimen inter opus mortuum & mortificatum.	115.a
inter attritionem & contritionem.	184.a
inter verba Dei & hominū.	39.b
inter cœli & terræ honores.	44.b
inter cogitationes Dei & hominum.	52.b
inter veram & fictam poenitentiam.	250.b (205.b)
Dux glandes in oculis nostris lacrymarum effectrices.	
Duo in peccato inveniuntur, materiale & formale.	142.a
Duo throni maximè discrepantes.	321.b
E.	
Ecce homo dupliciter considerari potest.	293.b
Ecclesia patiens, militans & triumphans vnum corpus constituit.	105.a
unde formata	359.b
Elizabeth in senectute pariens quid nos doceat.	18.b
Epaminondæ Thebani moderatio,	109.a
Ethnicorum insignia facta nihil sunt ad charitatem Christianam.	209.a
Eucharistiæ Sacramentum singulare argumentum charitatis Christi in nos.	24.a
clarissimè ab Euangelistis consignatum.	26.a
est etiam sacrificium.	ibid.
duodecim circa illud mirabilia.	29.a
& seq. compendium sapientiæ & potentæ diuinæ	39.a
illud frequenter sumere magnum signum salutis nostræ.	150.a
eius institutio ex temporis & loci circumstantia valde commendatur.	185.b
in ea tria Dei attributa elucet.	186.b
sex in ea considerata.	190.b
Euz & B. Virg. Mariæ comparatio.	9.b
Exempla eorum qui ex improviso mortui sunt.	329.a
horrendæ crudelitatis.	516.a
F.	
Fames horrenda Romæ tempore Honorij.	334.a
in Gallia initio hæresis Calvinisticæ.	ibid.
Filij miraculosi concepti aut nati semper alijs præcelluerunt, & cur.	38.b
Finis obedientiæ Christi.	156.b
Fla.	

MEMORABILIVM,

Plaga Christi triplicia.	273.b
Fortitudo ad salutem necessaria.	10.b.
Fuga Christi in Ægyptum septem causæ.	132.b

G.

Gabriel Angelus legatus & paranymphus quantopere à nobis colendus. 74. a. qua forma B. Virg. apparuerit. 11.b. ex eius insolita saluandi forma quid discendum 12.b. promptitudo in exequenda legatione sua. 36. b	
Gallia hæreticorum crudelitas in sacerdotes. 318. a	
S. Gamaliel Luciano presbytero apparuit. 412. a	
S. Gertrudis quàm Deo accepta. 211. a	
Gratia destitutus qualis sit. 114. a. omnibus operibus pretium dat & valorem. 117. a. circa eam duo hæreticorum extrema vitanda 118. a. gratis datur & meritis datur quia merita nobis dantur, 125. a. datur omnibus sufficiens. 132. a. sola magni facienda 17, b ea quomodo Christus profecerit 154. b	
Guelphorum & Gibellinorum in se inuicē tyrannis. 517. a	
Gustus damnatorum quomodo puniendus. 509. a	

H.

Hæreses modernæ quàm detestabiles. 100. a	
Hæreticis sanctos nostris precibus turbari obuiicentibus quid respondendū. 101. a. eorū impietas. 1. 8. a. & 139.	
Hebræis omnia in figura contigisse quomodo verū. 72. b	
Herodis regis cecitas & ambitio. 112. b & 120. b. eum Christus cur fugere voluerit. 115. crudelitas & pœnæ. 121. b.	
S. Hieronymi metus ob Dei iudicium. 371. a	
Hædus quale animal. 460. a	
Homo cur conditus, 153. a eius si Deo non seruiat stultitia. 155. a. eius tres exercitatores & qui. 213. a	
Homines respectu Angelorum formicæ. 68. a. quibus causis à Deo abstrahantur. 184. a	

I.

Identitas naturæ humanæ Christi & B. Virg. 13. b	
Iesus libenter in templo cōmoratur. & cur, 136. b. eius humilitas. 137. b. cur a parentibus duodenis amissus, 138. b	
Iesu	

- Iesu nomen qualis dignitatis & excellentiæ. 74. b. vnde
deriuatum ibid. quomodo honorandum. 75. b
- Ignis amoris diuini efficax ad perfectionem acquiren-
dam. 206. a
- Ignis supplico quinā afficiantur iuxta leges. 303. a. in-
ferni postea cōmunissima. ibid. & seq. quomodo dā-
natis inhæreat. 306. a
- Ignominia gloriæ præponenda exemplo Christi 292. b
- Ignorantia culpabilis Deum pellit ab anima, & quo-
modo. 138. b
- Illud t. Diabolus multis, & quibus. 140. b
- Impiorum sedulitas. 246 & seq. b
- Incarnatio Christi opus S. Trinitatis. 17. a
- Indulgentia quid sit. 179. a. eius vsus valde utilis & fa-
cilis. 185. a
- Indulgentiarum distinctio. 181. a. varietas. 188. a etiam
mortuis profunt. 417. a
- Infamiæ formido quā noxia. 231. b
- Infernus ab initio non hominum sed dæmonum causa
creatus. 484. a. quid sit. 494. a
- Intercessio Sanctorum, nulla Dei fit iniuria. 99. a. quo-
modo probetur. 104. a
- Intellectus beatorum quā felix. 544. a
- Ioānes Baptista quātis priuilegiis à Deo donatus. 306. b
mirāda in eius natiuitate. 38. b. magnus coram domi-
no cur dictus. 40. b. cur ignes multis locis in ipsius
natiuitate accendantur. 43. b
- Ioseph ab Arimathia corpus Iesu petiit. 345. b. de cruce
deponit 350. b. vñctum sindoni mundæ inuoluit. 352. b
- Iosephi sponsi B. Virg. sanctitas quanta. 49. b. & cur my-
sterium incarnationis non reuelatum. 51. b
- Iphicratis diligencia in pace. 349. a
- Iudæorū obduratio & peruerbia quid nos doceat. 346.
b.
- Iubilæus quæ requirat. 181. a
- Iudas proditor extremæ nequitiae. 211. b. eius poeniten-
tia Caini poenitentiae similis. 249. b
- Iudæo-

MEMORABILIVM.

Iudæorū tribulationes. 450. a. sacerdotium venale. 221. b
 Iudicium particulare tria habet consideranda. 362. a. quā-
 do agatur. 363. a. signa mystica quæ illud præcedant.
 367. a. quantopere a Sanctis quibusdam formidatum.
 369. a. septem eius rei rationes. 733. a
 Iudiciū vniuersale quando & cur futurum. 424. a. & seq.
 vbi duodecim causæ recensentur. eius materia 427. a.
 signa 431. a. vbi futurum. 457. a. eius variæ circumstantiæ.
 458. a. & seq.

L.

Lacedæmonij armata manu fortunam inuocandam di-
 cebant, & cur 278. a. seruos suos inebriabat & cur. 501.

Languor amoris filialis species. 203. a

Latro ad dextram Christi crucifixus. quid nos doceat.
 334. b

Legatio Dei ad B. Virg. qualis. 9. b

Lentuli patientia. 109. a

Leonis adeps conducit contra ferarum morsum. 344. a

Liber in extremo iudicio præferendus qualis. 461. a

Limbus Patrum sæpè infernus vocatur. 496. & seq. a. sed

Zacharias & Redemptor aliter eum appellant. 356. b

Locorum tria genera, circumscriptionis, definitionis &
 sacramentalis. 30.

Luciferi ad alios cacodæmones insignis oratio de sedu-
 cendis hominibus. 87. a

M.

Macarij Eremitæ constantia inter ossa mortuorum a

Diabolo mota. 345. a

Magi gentium primitiæ. 90. b

Magnum esse coram Deo aut mundo quid sit. 41. b

Malorum consortium quantum noceat. 89. b

Manus Dei extensa quomodo dicatur. 43. b

Manus cum Pilato qui lauent. 299. b

Maria Virgo sine peccato concepta, ab instanti conce-
 ptionis suæ Deū amauit, ob acceleratū rationis vsum.

42. a. varia eius priuilegia. ibid. & seq. a nobis colenda

& inuo-

INDEX RERVM.

- & inuocanda & quomodo. 50. a. & seq. ad eam va-
 riaz aspirationes. 53. a. eius cum Eua collatio. 9. b. be-
 nedicta inter mulieres quomodo. 14. b. mutus Ec-
 clesie in illam cultus & festa, & cur ibid. & seq. tur-
 batione sua ad Angeli salutationem tres virtutes no-
 bis commendat. 16. b. eius assensus cur requisitus. 19.
 b. diebus purificationis sue sex virtutes exercuit. 29.
 b. eius nomen quod. 131. b. martyrum martyr. 336 b.
**Media ad peccatorum remissionem consequendam ne-
 cessaria quæ.** 183. a
Meditatio quatuor modis instituitur. 254. a
Meritum & merces termini correlatiui. 122. a
Messalianorum error. 275 a
**Michael Archangelus Ecclesie Præses, quantopere à
 nobis honorandus.** 74. a
**Missæ valde efficax ad placandum Deum, 184. a. quatuor
 modis à diuersis auditur.** 64. b
Missionis vocabulum in diuinis personis quid designet.
 198. a
**Mors edomat omnia vel per resolutionem naturalem
 vel violentam dissolutionem.** 325. a
**Mortis tria genera. 317. a. tres gladij, bellum, pestis, fa-
 mes. 331. a. diadema 337. a. falx quid significet.** 339. a
 item clepsydra. 341. a
**Mulier Hierosolymitana filium proprium occidit & co-
 xit.** 333. a
**Mulierum durarum Burgundicarum ex fame mirabile
 fatum** 334. a
Mundi ægrotantis indicia septem, 431. a
Mundi morientis indicia item septem ibid. signa mortui
 432.
**Mutuus Christi & matris ipsius aspectus in passione quæ
 acerbus.** 311. b
- N.
- Natales Sanctorum celebrantur in die obitus eorum,
 exceptis tribus.** 43 b
**Nazareth cur locus conceptionis Christi electus. 11 b. tria
 denotat. 128. b.** Neccf.

MEMORABILIV M.

Neceffitas & infallibilitas quomodo differant. 145. a
Numantinoꝝ pꝛæ fame in Romanos immanitas. 334.

2.

O.

Obedientia cæca nobis commendatur. 119. b. extenditur
 vsque ad mortem. 183. b

Obedientiæ Christi finis. 156. b.

Oratio Christi pro crucifigentibus quem effectum ha-
 buerit. 348. b

Operis celeritas in tribus consistit. 320. a

Operum quinque genera. 109. a

Opus viuum quod fit. 109. a. habet quatuor qualitates.
 111. a. item tres alias. 113. a. mortuum & mortificatum
 quid 110. a. 115. a. viuificatum quid. 110. a

Operum merita vnde colligantur. 123. a

Oratio ordinaria quomodo instituenda. 105. a

Oratio quid sit. 242. a. thuri cõparata. 249. a. non est per-
 fecta, quando orans orare se percipit. 251. a eius duo
 genera 253. a. quadrupliciter instituitur. ibid. fructus
 255. a. varij effectus. 257. a & seq. contra eam diaboli
 conatus eius ostendit excellentiam, & necessitatem.
 263. a quatuor in ea proprietates. 291. a

Orationis dominicæ explicatio. 304. a

Orans Deum pꝛæsentem esse cogitare debet. 186. a

P.

Parentum querela de filijs suis pro ipsius non orantibus
 aut elemosynas non dantibus. 419. a

Pars integrans quæ sit. 317. a

Participatio peccatorum alienorum Deum facit recede-
 re ab anima. 139. b.

Pater noster cur dicamus in oratione Dominica & non
 Pater meus. 304. a

¶ Petrus Christi oues pascens quid doceat, 382. b

Peccata etiam remissa in extremo iudicio erũt manife-
 sta, 462. a

Peccatum quid sit, 161. a, variè committitur
 ibid.

INDEX RERVM

ibid. defectus potius est quàm effectus, & quomodo.	
162. a. illud Deus odit necessario & quomodo.	163. a.
quàta per ipsum Deo iniuria irrogetur. 164. a. cur Deus tantopere oderit. ibid. est varij generis. 168. a. & seq. in eo duo habentur. 179. a. omnium animar' timorum causa.	347. a
Peccatorum venialium duo genera.	170. a
Peccatum habituale quod.	140. b
Peccator & Deus magis contraria quàm album & nigrū.	
162. a	
Pedum lotio in Christo quàm admirabilis. 173. b. Eucharistiae institutioni praemissa quid doceat.	183. b
Pestis horrenda tempore Davidis in Iudaea. 335. a. Constantinopoli, & per Graeciam ibid. in Gallia.	336. a
Petrus Apostolus generalem; ceteri Apostoli & Episcopi limitatam habuere potestatem 180. a eius viua fides ubi ostensa. 179. b. quibus gradibus ad Christum negandum descendit. 332. b. non galli tantum sed Christi intuitu conuersus.	215. b
Passio Christi duabus rebus ipsius initio aggrauata & quibus. 198. b. in ea duo consideranda, actio & passio. 222. b ab omni hominum genere perpetrata.	336. b
Philoxonus sacerdos Galata sexennio in monumentis vixit.	345. a
Plato ubi mortē meditari solebat. 343. a. tria docet esse hominum genera.	407. a
Pœnarum quatuor genera.	496. a
Pœna damni infinita quid sit.	497. a
Pœna sensus qualis.	501. a
Pœnitentia duplex.	255. b
Polemon ebrius audita Xenocratis doctrina repente mutatus est.	583. a
Prædestinatio tria constituitur. 125. a. in Deo præsupponit præscienciam & quomodo.	133. a
Prædestinatum se esse nemo certo scit sine Dei reuelatione.	134. a. & cur. 146. a
Præmia varia beatorum.	565. a
	Prolo.

MEMORABILIVM.

- Prosepopcia damnatorū in extremo iudicio ad Christum, Angelos & Sanctos. 483. a
 Pulchritudo Christi Iudæos non emolliuit. 274. b
 Purgatorium variè & multoties oppugnatum 390. non repugnat redemptioni quæ est per Christum. 392. a. variè probatū. 394. a ab hoc quatuor hominum genera immunia, & quæ. 409. a. ubi sit. 410. a

Q.

- Quatuor Christus vestibus in passione spoliatus. 315. b
 Quatuor hominum genera libera à purgatorio & quæ 409. a
 Quatuor hominum genera natiuitatem Christi nesciuerunt. 63. b
 Quatuor tribunalibus Christus oblatus. 263. b
 Quatuor notanda circa flagellationem Christi. 275. b
 Quinque operum genera. 109. a

R.

- Recedit Deus ab anima ob quædā peccata & quæ. 138. b
 Reproborum confusio in extremo iudicio quæta futura. 463. a
 Resurrectio corporum præbet iudiciū vniuersale. 454. a

S.

- Sacerdotes aut valde boni aut valde mali. 248. b
 Sacrificium quid sit. 193. b
 Sacrilegiū in confessione quomodo committatur. 141. b
 Samuelis apparitio Sauli facta an vera fuerit. 415. a
 Sæctitas Deo quomodo propria. 308. a. ei proprium quid sit. 41. b
 Sancti quidam falsa criminatione infimulat. 425. a
 Sancti pro nobis orare norunt, volunt, possunt. 93. probatur. ibid. & seq. perfecto nos amore prosequuntur, & sunt nobiscum vnum corpus 97. a. quanta illorum apud Deum potestas, 98. a. precibus nostris an turbentur. 101. a. eorum charitas durat etiam in altera vita. 103. a. cur iudiciū Dei magnopere formident. 373. a
 Sententia in extremo iudicio à Christo qua lingua, & quomodo proferenda. 480. a
 Septem

INDEX. RERV

Septem Christi verba in cruce quæ, & quid nos doceant

319.b. & seq.

Sex cruciatuum genera Christi in atrio. 232.b

Z. Sforcia captiui dictum Lautrechium. 514.a

Sicli quinque quibus Christus Redemptus est quid designent. 103.b

Signa salutis nostræ. 149.a

Signa olim facta. 466.a

Silentij Christi apud Herodem causæ 264.b

Simon Cyrenæus cum Christo crucem fert & quatuor circa eum considerata. 309.b

Societas damnatorum acerbissima. 513.a

Sol quatuor miliaria singulis horis conficit. 325.a

Stella quæ Magos duxit qualis. 86.b. à multis visa, sed à paucis secuta. 87.b Stellarum tria genera. 85.b

T.

Tempus quid sit. 318.a utrum vita an mors. 321.a

Tentatio à feminis periculosissima. 133.b

Tituli crucis notandæ significationes. 322.b. (122.b)

Tres gradus quib. Petrus ad Christum negandum descendit.

Trinitas in diuinitate à Gentilib. cognita 5.a. probatur.

Triplex in mundo tentatio. 118.b (ibid.)

V.

Verbum Dei quàm efficax. 168.b

Vermis damnatorum qualis. 510.a

Vinum myrrhatum Christo oblatum, & quæ circa hoc considerata. 313.b

Vinum felle mixtum quinam Christo offerant. 314.b

Virginibus tria promissa. 551.a

Virtutes semper mediæ inter vitia. 3.a

Visiones, seu spectra vxoris pilati vnde prouenerunt 297.b

Visio Dei quid sit. 562.a

Vnio spiritualis animæ cum Deo duobus modis fit. 199.a

Voluntas beatorum quàm fœlix. 554.a

Vultus Christi à quibus conspuitur. 240.b

X.

Xenocratis insensibilitas. 209.a

F I N I S.

